diae erat exemplar. verum quoniam necessitati ne dii quidem, ut dicitur, resistere queunt, euntem saepissime in expeditiones imperatorem comitari cogitur. quamvis enim innatus eam pudor in regia retineret, caritas tamen fervensque in imperatorem amor ex aula illam licet invitam hasce ob causas eduxit. primum is, quo imperator affligebatur, pedum morbus, cum acerbissimis eum afficeret doloribus, cura indigebat vel diligentissima. neque quemquam tam desiderabat pedes suos contrectare quam dominam matremque meam, quae curiose ac perite fricando tractandoque pedum dolores aliquantum permulcebat. imperator vero ille (mihi sane nemo magniloquentiam obiciat: domestica enim admiror; neve me mentiri de imperatore suspicetur: vera enim loquor) sua ipsius commoda urbium saluti postponebat: nihil enim eum a Christianorum amore seiunxit, non dolores neque voluptates neque bellorum aerumnae neque aliud quidquam aut parvum aut magnum neque solis ardores aut frigora hiemis neque cuiusvis generis adversus barbaros proelia. sed constanter ea omnia pertulit, et quamquam morbis defatigabatur corpus, tamen succurrebat, quocumque vocaverat salus publica. altera deinde eaque

δὲ καὶ μέγιστον αἴτιον τοῦ τὴν βασιλίδα συνοπαδὸν εἶναι τῷ αὐτοκράτορι, ὅτι τοι πολλῶν ἐπιβούλων ἀναφυομένων B ἁπανταχόθεν πολλῆς ἐδεῖτο τῆς ἐπιβλέψεως καὶ ὡς ὄντως πολυομμάτου δυνάμεως. καὶ γὰρ καὶ νὺξ αὐτῷ ἐπίβουλος ἦν καὶ τὸ μεσαίτατον τῆς ἡμέρας, καὶ ἡ ἑσπέρα προσανέφυέ τι κακὸν καὶ ἡ πρωΐα ἐτέκταινε χείριστα· μάρτυς τούτων Θεός. ἆρ' οὖν οὐκ ἔδει τὸν βασιλέα ὑπὸ τοσούτων κακῶν ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ μυρίων ὀμμάτων φρουρεῖσθαι, τῶν μὲν ἐπιτοξαζόντων αὐτῷ, τῶν δὲ τὸ ξίφος παραθηγόν- C των, τῶν δ' ἀφιέντων, ὁπόταν οὐκ ἐνῇ τι δρᾶσαι, λοίδορον γλῶτταν καὶ τὸ κακῶς εἰπεῖν; τίνα τοίνυν ἔδει παρεῖναι τῷ βασιλεῖ σύμμαχον παρὰ τὴν σύμφυτον σύμβουλον; τίς μᾶλλον ἐκείνης πλέον ἐπεσκέπτετο μὲν τὸν αὐτοκράτορα, ὑπεβλέπετο δὲ τοὺς ἐπιβουλεύοντας, [τίς] ὀξεῖα μὲν τὸ συμφέρον ἐκείνῳ ἰδεῖν, ὀξυτέρα δὲ τὸ παρὰ τῶν ἐχθρῶν σκευωρούμενον κατιδεῖν; διὰ ταῦτα καὶ πάντα ἐν πᾶσιν ἦν ἡ ἐμὴ μήτηρ τῷ D δεσπότῃ μου καὶ πατρί, καὶ νύκτωρ ἄγρυπνον ὄμμα καὶ ἡμέρας περιφανέστατος φυλακτὴρ καὶ τραπέζης καιροῖς ἀντίδοτος ἀγαθὴ καὶ τῆς ἀπὸ τροφῶν ἀδικίας φυγαδευτήριον φάρμακον. ταῦτα τοίνυν τὰ αἴτια τὴν σύμφυτον αἰδῶ τῆς γυναι- P. 353 κὸς ἐκείνης παρηγκωνίζετο, καὶ ἐθάρρει τοὺς ἄρρενας ὀφθαλ-

3. ὡς om. C. 5. ἡ ἑσπέρα F, ἡ om. P. 13. ἐπεσκέπτετο F, ὑπεσκέπτετο P. 14. τίς P, seclusi. 15. ὀξύτερον C. 18. ἀντίδοτος ἀγαθή F, ἀντίδοτον ἀγαθὸν P. 19. θεραπευτήριον C.

gravissima reginae fuit imperatoris comitandi causa tot insidiarum, quae parabantur ubique, periculum, id quod singularem requirebat curam tutelamque vere cautissimam. etenim et nox ei insidias tendebat et meridies, vesperque novum semper exitium moliebatur; matutinum denique tempus infaustissima struebat; quorum omnium testis est deus. quid ergo? nonne a tot nefariis hominibus circumventum principem sexcentis custodiri oculis oportebat, cum alii eum arcu peterent, alii gladium contra eum acuerent, alii tale quid moliri prohibiti verborum iniurias calumniasque iacerent? quemnam tum regi adesse oportuit praeter uxorem natura ad ipsi auxiliandum destinatam? quis ipsa melius consulebat imperatori eiusque insidiatores suspicabatur? sagax quippe fuit ad ea quae utilia erant providenda, sagacior ad perscrutandos inimicorum animos. itaque erat unica omnino in omnibus rebus domini et parentis mei spes in matre collocata, quae noctu quidem velut vigil oculus, die custos illustrissima, inter cenae pericula antidotum optimum et contra ciborum iniurias salutare remedium fuit. hae igitur causae innatam matronae illius verecundiam summovebant eamque de virorum oculis haud sollicitam

μούς· καίτοι οὐδὲ τότε τῆς συνήθους εὐκοσμίας ἐπελανθάνετο, ἀλλὰ καὶ βλέμματι καὶ σιγῇ καὶ τῇ περὶ αὐτὴν θεραπείᾳ
V. 280 τοῖς πλείοσι μὲν ἀγνωστοτέρα ἐτύγχανε· καὶ τοῦτο μόνον, ὅτι βασιλὶς παρέπεται τῷ στρατεύματι, ὁ φερόμενος ταῖν ἡμιόνοιν οἰκίσκος ἐδείκνυ καὶ τὸ ἄνωθεν βασιλικὸν καταπέτασμα, τὰ δ' ἄλλα ἐπηλυγάζετο τὸ θεῖον ἐκείνης σῶμα. μόνον ὅτι πρόνοιά τις ἀρίστη τὰ κατὰ τὴν νόσον τοῦ βασιλέως διεξάγοι καὶ φρουρὰ βασιλέως ἀκοίμητος παρὰ πᾶσι
B διεγινώσκετο καὶ ὅμμα ἐγρηγορὸς καὶ μὴ ἐπινυστάζον τοῖς πράγμασι. καὶ ἡμεῖς δέ, ὅσοι περὶ τὸν αὐτοκράτορα εἰνοι, περὶ τὴν ἐκείνου φρουρὰν διεπονούμεθά τε καὶ συνηρόμεθα τῇ δεσποίνῃ καὶ μητρὶ ἕκαστος ὡς εἶχεν ὅλῃ ψυχῇ καὶ γνώμῃ μηδ' ἐπινυστάζοντες ὅλως. ταῦτα πρὸς τοὺς φιλοσκώμμονας καὶ τὰς φιλολοιδόρους γλώττας γεγράφαται. τόν τε γὰρ ἀναίτιον ὑπ' αἰτίασιν ἄγουσι (καὶ τοῦτον οἶδε τὸν ἀνθρώπινον τρόπον καὶ ἡ Ὁμήρου Μοῦσα) καὶ τὰ καλῶς πεπραγμένα διαφαυλίζουσι καὶ ὑπὸ μέμψιν ποιοῦσι τὸ
C ἄμεμπτον. καίτοι ἐκείνη κατὰ τὴν ἐκστρατείαν τὴν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγονυῖαν (κατὰ γὰρ τοῦ Βαϊμούντου τὴν ὁρμὴν ὁ βασιλεὺς ἐπεποίητο) τὸ μέν τι ἄκουσα, τὸ δ' ἑκουσίως συνείπετο. οὐ γὰρ συνεισβαλεῖν ἔδει τὴν βασιλίδα τῷ

1. *συνήθους* om. C. 3. *ἀγνωστότερον* C. 8. *διεξάγοι* F, *διεξάγει* P. 13. *ἐπινυστάζοντες* F, *ἐπινυστάζοντος* sententiis perperam distinctis P. 20. *τι* F, *τοι* P.

esse adduxerunt. quamquam ne tunc quidem consuetae modestiae umquam oblita est, verum tam oculorum obtutu quam silentio et cultus modestia plerisque fuit occultior. unum hoc, imperatricem castra sequi, indicavit lectica duabus mulabus vecta et imperatorio desuper tapete cooperta: ceterum divinum eius corpus latebat. id solum omnibus notum erat, insignem quandam curam omnia morbo imperatoris necessaria suppeditare, custodem regis numquam dormire, oculo vigili esse nec umquam connivente in officiis. sed etiam nos, quicumque imperatori bene volebamus, ei custodiendo laborabamus coniunctis cum domina et matre viribus pro se quisque tota mente totoque animo neque umquam defatigati. haec adversus obtrectatores linguasque maledicas a me scripta sunt. innocentes enim probris obnoxii esse solent; quod quidem humanae naturae vitium nec Homeri Musa ignorabat; praeclare facta calumniantur resque inreprehensibiles in reprehensionem ducunt. illa igitur expeditionis tum temporis adversus Boëmundum ab imperatore susceptae partim invita partim prompta sese comitem dedit. nec utique conflictura imperatrix fuit cum barbaris

βαρβαρικῷ στρατεύματι. πῶς γὰρ ἄν; Τομύριδος ταῦτα καὶ Σπαρέθρας τῆς Μασσαγέτιδος, ἀλλ' οὐχὶ τῆς ἐμῆς Εἰρήνης. ἄλλοσε γὰρ ἐτρέπετο τὸ ταύτης ἀνδρεῖον καὶ ἄλλως ἐξώπλιστο, ἀλλ' οὐ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς δόρατι οὐδὲ τῇ κυνέῃ τοῦ Ἅιδος· ἀλλ' ἀσπὶς μὲν ἐκείνῃ καὶ θυρεὸς καὶ ξίφος ἐς τὸ πρὸς τὰς συμφορὰς καλῶς ἀντιπαρατάσσεσθαι καὶ τὰς τοῦ D
βίου ἐπαναστάσεις, ἃς οἶδεν ἡ βασίλεια τοῖς βασιλεῦσιν ἐπικειμένας, ἡ περὶ τὰ πράγματα δραστηριότης καὶ τὸ κατὰ τῶν παθῶν ἐπιπληκτικώτατον καὶ ἡ ἀνυπόκριτος πίστις, ὡς Σολομῶντι δοκεῖ. οὕτως ἡ ἐμὴ μήτηρ καὶ πρὸς τοιούτους P. 354
πολέμους ἐσκεύαστο, τὰ δ' ἄλλα εἰρηνικωτάτη ἦν κατὰ τοὔνομα. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ μὲν τῆς συμπλοκῆς τῶν βαρβάρων ἔμελλε, πρὸς δὲ παρασκευὴν τῶν τῆς συμπλοκῆς ὁ βασιλεὺς ἀφεώρα καὶ τὰ μὲν ἀσφαλίσασθαι τῶν φρουρίων σκοπὸν εἶχε, τὰ δὲ κατοχυρῶσαι καὶ ὅλως εὔοδα πάντα τὰ κατὰ τοῦ Βαϊμούντου καταστήσασθαι ἔσπευδε, συνεξυπήγετο καὶ τὴν βασιλίδα τὸ μέν τι καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα καὶ δι' ἃς αἰτίας εἰρήκειμεν, τὸ δέ τι καὶ ἐν τῷ ἀκινδύνῳ τῶν πραγμάτων ἔτι καθεστηκότων καὶ μήπω καιροῦ πολέμου ἐπιδεδημηκότος. ἀναλαβομένη τοίνυν ὁπόσον B
διὰ χρυσοῦ καὶ ἄλλης ποιότητος προσῆν αὐτῇ χάραγμα καὶ ἑτερά τινα τῶν χρημάτων ἔξεισι τῆς πόλεως. καὶ τοῦ λοιποῦ ἐν τῷ διιέναι τὰς ὁδοὺς πᾶσι τοῖς ἐπαίταις καὶ τοῖς

2. σπαρέθας C. τῆς ἐμῆς μητρὸς? 5. ἐς addidi. 9. ἐπεικτικώτατον A. 12. ἔμελε F. 17. τι F, τοι P. 18. τῷ ἀκινδύνῳ FC, τῷ om. P. 20. αὐτῇ] τῇ in ras. F.

copiis. quid enim? Tomyridis id fuerit et Sparethrae Massagetidis, non Irenes meae, quae in alias prorsus res virtutem conferebat armisque erat instructa aliis quam hasta Palladis galeave Plutonis. sed parma ei et scutum gladiusque, quo fortiter resisteret rebus adversis et vitae vicissitudinibus, quibus imperatrix reges norat expositos, strenua in agendo erat virtus, in cupiditates summa severitas, fides denique sincerissima, ut Solomoni videtur. his igitur mater mea ad eiusmodi bella armata fuit, cetera pro nomine suo moribus pacatissimis. sed quamvis nondum instante barbarorum impetu, omnia tamen ad eum imperator parare studebat. quare arces tutiores firmioresque reddidit providitque res omnes, quae adversus Boëmundum necessariae videbantur. coniugem vero secum duxit et sua ipsius causa ac propter rationes supra expositas et quod nondum periculum imminebat neque belli tempus aderat. sumptis igitur omnibus, quos tum habuit, nummis aureis et ex alio metallo et aliis praeterea rebus pretiosis ex urbe profecta per totam deinde viam

σισυροφόροις καὶ γυμνοῖς δαψιλῆ τὴν χεῖρα παρεῖχε· καὶ οὐδεὶς ὁ αἰτησάμενος καὶ κενὸς ἀπελθών. ἐπὰν δὲ τὴν
V. 281 ἀποτεταγμένην σκηνὴν κατειλήφει, οὐ πρὸς ῥαστώνην εὐθὺς ἀπέκλινεν εἴσω ταύτης γεγονυῖα, ἀλλ' ἀναπεταννῦσα ταύτην ἄνετον τοῖς αἰτοῦσι παρεῖχε τὴν εἴσοδον. τοῖς τοιούτοις
C γὰρ καὶ μάλα εὐπρόσιτος ἦν καὶ παρεῖχεν ἑαυτὴν ὁρᾶσθαί τε καὶ ἀκούεσθαι. οὐ χρημάτων δὲ μετεδίδου τοῖς πένησι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ λώονα συνεβούλευε. καὶ ὁπόσους μὲν εὐρώστους τὰ σώματα κατενόει, ῥᾳθύμως δὲ περὶ τὸν βίον ἔχοντας, πρὸς ἔργα καὶ πράξεις προὐτρέπετο, ἵν' ἐν-
τεῦθεν τὰ πρὸς χρείαν κομίζοιντο, καὶ μὴ δι' ἀμέλειαν ἀναπεπτωκότας θύραν ἐκ θύρας ἐπαιτοῦντας περινοστεῖν. καιρὸς δὲ οὐδεὶς τῆς τοιαύτης ἐργασίας ἀπεῖργε τὴν βασιλίδα.
D ὁ μὲν οὖν Δαυὶδ μετὰ κλαυθμοῦ τὸ πόμα κιρνῶν φαίνεται· ἡ δέ γε βασιλὶς αὕτη καὶ τροφὴν καὶ ποτὸν ἐλέῳ συγκερανῦσα καθ' ἑκάστην ἐδείκνυτο. καὶ πολλὰ ἂν εἶχον εἰπεῖν περὶ ταύτης τῆς βασιλίδος, εἰ μὴ τὸ θυγάτριον εἶναι ψεύδους παρεῖχεν ὑπόνοιαν καὶ ὅτι μητρὶ χαριζόμεθα. πρὸς δὲ τοὺς ταῦτα ὑπονοοῦντας παρέξομαι τοῖς λόγοις συνεπιμαρτυροῦντα τὰ πράγματα.

P. 355 4. Τὸν δέ γε αὐτοκράτορα τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβόντα μεμαθηκότες οἱ ἐκ τῶν ἑσπερίων λήξεων, καθάπερ

3. ἀποτεταγμένην F, ἐπιτεταγμένην P. 4. ταύτης F, τούτης P. ἀλλ' F, ἀλλὰ P. 22. μεμαθηκότες μεμα F; μεμα cad. m. expunxit. ἑσπερίων λήξεων καθ in ras. F.

omnibus mendicis et pellibus tectis seu prorsus nudis largissimam manum porrigebat, adeo ut omnino nullus, qui petiisset ab ea, inanis abiret. postquam vero destinatum sibi tabernaculum occupavit, non hic otio sese dedit, sed eo aperto petitoribus aditum praebuit. his enim semper affabilis erat ac videndam audiendamque se libenter praebebat. neque pecuniam pauperibus largiri contenta meliora etiam iis suadebat; et quos forte viribus valentes vitam agere videbat otiosam, eos ad opera laboresque impulit, ut inde sibi peterent ad vitam necessaria neu languore oppressi ostiatimque mendicantes vagarentur. nec ullum umquam tempus ab illa beneficentia imperatricem detinuit. itaque David quidem potum fletu miscuisse constat, imperatricem vero et escam quamlibet et potum cum misericordia habere cotidie commixta patebat. multa hercle sunt, quae de hac imperatrice mihi tradere liceret, nisi filiae testimonium mendacii suspicionibus obnoxium foret, quasi in matris gratiam confictum esset. equidem sane adversus eos, qui talia suspicantur, verbis meis actiones ipsas testes proferam.

4. Ad imperatorem autem, ubi Thessalonicam eum pervenisse cognitum est, occidentis partium milites, veluti centrum gravia cor-

τὰ βαρέα τῶν σωμάτων ἐπὶ κέντρα φέρεται, οὕτω δὴ καὶ ἅπαντες πρὸς αὐτὸν ἐφοίτων. ἀκρὶς μὲν οὖν οὐ προηγήσατο τῶν Κελτῶν καθάπερεὶ τῶν πρότερον διελθόντων· ἐν οὐρανῷ δὲ κομήτης ἐφάνη μέγας καὶ τῶν πάλαι φανέντων ὁ μέγιστος, ὃν οἱ μὲν δοκίδα, οἱ δ' ἀκοντίαν ἔφασαν εἶναι. ἔδει γὰρ τῶν μελλόντων καινισθῆναι ξενοπρεπῶν πραγμάτων προοίμιά τινα προκαταγγελτικὰ τούτων μηνυθῆναι ἄνωθεν. καὶ γὰρ ἦν B τοῦτον θεᾶσθαι ἐπὶ τεσσαράκοντα νυχθημέροις ὅλοις παμφαίνοντα· ἐφαίνετο δὲ ἀπὸ τῶν δυτικῶν μερῶν ἐξιὼν καὶ πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου διήκων. ὃν οἱ θεώμενοι ἅπαντες ἐκδειματούμενοι ἐζήτουν, τίνων ὁ ἀστὴρ ἄγγελός ἐστιν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ μηδὲ πάνυ τοῖς τοιούτοις προσέχων, ἀλλὰ φυσικῆς τινος ἐξηρτῆσθαι τὰ τοιαῦτα αἰτίας δοξάζων, ὅμως ἠρώτα τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα δεινούς· μεταπεμψάμενος δὲ καὶ τὸν τῆς ἐπαρχίας τοῦ Βυζαντίου τὴν ἀξίαν πρώην εἰληφότα Βασίλειον (ἀνὴρ δὲ οὗτος πολλὴν τὴν περὶ τὸν αὐτοκράτορα C εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος) περὶ τοῦ φανέντος ἀστέρος ἐπυνθάνετο. ὁ δὲ ἐς νέωτα φυλάξειν ἐπηγγείλατο τὴν ἀπόκρισιν καὶ ἀπελθὼν οὐ κατέλυε (τέμενος δὲ τοῦτο ἐπ' ὀνόματι τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου πάλαι ἀνοικοδομηθέν), ἐπεὶ πρὸς δυσμὰς ὁ ἥλιος ἦν, περιεσκόπει τὸν ἀστέρα. διαπορουμένῳ δὲ καὶ καμόντι τοῖς λογισμοῖς ὑπνῶσαι ξυμβεβήκει καὶ τηνι-

1. κέντρῳ A. 6. ξενοπρεπῶν F, ξενοπρεπῶς P. 8. θεᾶσθαι F, θεάσασθαι P. νιχθημέροις P, correxi. ἡμέρας καὶ νύκτας ὅλως A. 15. τὸν C, om. P. βυζωτοῦ A. τὴν A, om. P. πρώην FC, πρώτην P. 20. ἀποστόλου εὐαγγελιστοῦ F. 22. ξυμβεβήκει A, ξυμβέβηκεν F, ξυμβέβηκε P.

porum petunt, undique confluunt. Gallorum tunc adventus non praeiens, ut antea, locusta indicio fuit, sed in caelo apparens cometes magnus vel potius omnium, qui olim visi sunt, maximus, quem alii ad genus trabalium, alii vero iacularium pertinere contendebant. oportuit enim nova atque insolita quae eventura erant caelestibus quibusdam indiciis praenuntiari. nam oculis ille pleno lumine sese praebebat quadraginta dierum noctiumque spatio atque ab occiduis partibus ortus in orientem solem tendebat. quo viso obstupefacti omnes, cuius ille rei afferret nuntium, sciscitabantur. imperator vero, etsi talibus rebus minime addictus, sed naturalibus eas assignandas causis ratus, peritos tamen tunc huiusmodi rerum viros, quin etiam arcessitum ad se Basilium, Byzantii praefectura nuper donatum, quem imperatori maxime deditum esse constabat, ea de re consuluit. ille proximo die se responsurum esse dixit et in locum, ubi deverterat, reversus (templum id fuit in honorem Ioannis evangelistae olim extructum) post solis occasum astrum intuebatur.

καῦτα τὸν ἅγιον θεάσασθαι ἱερατικῶς ἐσταλμένον. ὁ δὲ περιχαρὴς γεγονὼς οὐκέτ' ὄναρ ἐδόκει, ἀλλ' ὕπαρ ὁρᾶν. D ἔνθεν τοι καὶ γνωρίσας τὸν ἅγιον ἔμφοβος γενόμενος μεθ' ὑποστολῆς ἠτεῖτο, τίνων ἀγγελτικὸς ὁ ἀστὴρ ἐστι, γνωρίσαι οἱ. ὁ δὲ Κελτῶν κίνησιν προσημαίνειν τοῦτον ἔφη· "τὸ V. 282 δὲ σβέννυσθαι τὴν τούτων αὐτοῦ που κατάλυσιν δηλοῖ." ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ φανέντος ἀστέρος τοιαῦτα· ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν Θεσσαλονίκην καταλαβών, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, ἡτοιμάζετο πρὸς τὴν τοῦ Βαϊμούντου διαπεραίω- P. 356 σιν ἐκπαιδεύων μὲν τοὺς νεολέκτους τόξον τε τείνειν καὶ βέλη κατὰ σκοποῦ πέμπειν καὶ περιφράττεσθαι θυρεῷ, ἀλλὰ καὶ ξενικὰς ἐξ ἀλλοδαπῶν διὰ γραμμάτων παρασκευάζων δυνάμεις, ἵν' ὁπηνίκα καιρὸς καλοίη, θᾶττον παραγένωνται. πολλὴν δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐπεποίητο πρόνοιαν τήν τε πόλιν τὸ Δυρράχιον ἀσφαλισάμενος καὶ ἡγεμόνα ταύτης τὸν δεύτερον υἱὸν Ἰσαακίου τοῦ σεβαστοκράτορος Ἀλέξιον καταστησάμενος. ἅμα δὲ κἀκ τῶν Κυκλάδων νήσων καὶ τῶν παρὰ θάλασσαν τῆς Ἀσίας πόλεων καὶ αὐτῆς τῆς B Εὐρώπης στόλον παρεκελεύσατο ἁπαρτίσαι· πολλῶν δὲ παρεμποδιζόντων τὴν τοῦ στόλου κτίσιν διὰ τὸ μήπω τὴν τοῦ Βαϊμούντου κατεπείγειν διαπεραίωσιν, ὁ δ' ὅμως οὐκ ἐπείθετο λέγων δεῖν εἶναι τὸν στρατηγὸν ἀνύστακτον φύλακα

4. ἀγγελικὸς A. 18. θάλασσαν F, θάλατταν P.

ita laborans et computationibus defatigatus accidit ut somno caperetur et sanctum illum sacerdotali toga ornatum conspiceret. ipse, licet maxime gauderet non somnium, sed veram videre visionem ratus, agnito tamen sancto obstupefactus animo demisso ab eo petiit, ut, quorumnam stella eventuum nuntia esset, sibi indicaret. cui ille Gallorum motus astro praenuntiari dixit, "quo extincto" inquit "eo ipso in loco eorundem exitium significatur." hactenus de astri apparitione. at imperator Thessalonicam profectus omnia, ut supra expositum est, contra Boëmundi traiectionem parabat cum tirones nuper delectos ad arcum strenue intendendum, ad feriendum telis scopum et ad corpus scuto tuendum exercens tum missis litteris auxilia ex exteris gentibus evocans, ut quamprimum tempus posceret, illuc advolarent. singularem vero curam de Illyrico adhibuit; nam Dyrrachium urbem firmavit eique Isaacii sebastocratoris alterum filium Alexium imposuit praefectum. eodem tempore ex insulis Cycladibus maritimisque Asiae et ipsius Europae urbibus instrui classem iussit. ac licet multi, ne naves cogerentur, intercederent, quia nondum immineret Boëmundi traiectio, ipse tamen ut his

καὶ μὴ πρὸς τὰ ἐν ποσὶ μόνον παρασκευάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρρω ὁρᾶν μήτε μὴν φειδοῖ χρημάτων καιροῦ καλοῦντος ἀνέτοιμον φαίνεσθαι καὶ μᾶλλον, ὁπηνίκα ἔφοδον ἐχθροῦ αἴσθηται. ταῦτα τοίνυν δεξιώτατα διαθέμενος ἐκεῖθεν μεταναστὰς καταλαμβάνει τὴν Στρούμπιτζαν κἀκεῖθεν αὖθις ἄχρι τοῦ Σλοπίμου. μεμαθηκὼς δὲ καὶ τὴν Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ τοῦ σεβαστοκράτορος ἧτταν κατὰ τῶν Δαλματῶν προ- C
αποσταλέντος δυνάμεις ἀποχρώσας ἐκπέμπει εἰς ἀρωγήν. ὁ μὲν οὖν Βολκάνος εὐθὺς πονηρότατος ὢν ἐρωτᾷ πρὸς τὸν βασιλέα τὰ περὶ εἰρήνης καὶ τοὺς ζητηθέντας ὁμήρους ἐκπέμπει. ἐκεῖνος δὲ ἐγκαρτερήσας ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕνα καὶ μῆνας δύο, ὡς τὸν Βαϊμοῦντον ἔτι ἐν τοῖς τῆς Λογγιβαρδίας μέρεσι διατρίβοντα ἐπεπληροφόρητο, τοῦ χειμῶνος ἐπικαταλαμβάνοντος ἤδη, τοὺς στρατιώτας πρὸς τὰς σφῶν οἰκίας ἐξέπεμψεν, αὐτὸς δὲ τὴν Θεσσαλονίκην καταλαμβάνει. ἐν δὲ τῷ τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ἀνύειν ἐτέχθη ὁ πρωτότοκος τῶν υἱῶν τοῦ πορφυρογεννήτου καὶ βασιλέως Ἰωάννου κατὰ D
τὴν Βαλαβίσταν συνεπαγόμενος ἐν τῷ τίκτεσθαι καὶ ἕτερον θῆλυ. ἐκεῖσε γοῦν τὴν μνήμην τοῦ μεγαλομάρτυρος Δημητρίου ἐκτελέσας εἰσέρχεται εἰς τὴν μεγαλόπολιν. γέγονε δὲ καί τι τοιοῦτον. περὶ τὰ μέσα τοῦ Κωνσταντινίου φόρου

5. Στρούμπιτζον C. 7. υἱοῦ τοῦ F, τοῦ om. P. 12. ἔτι τοῖς F, τοῖς om. P. ἐν addidi. 19. μνήμην τοῦ F, τοῦ om. P. 21. μέσα F, μετὰ P. Κωνσταντίνου C.

cederet, nequaquam adductus est esse ducis dicens, nullum ad vigilantiam tempus intermittere neque ad ea solum, quae essent ante pedes, intendere, verum etiam futura cogitare nec denique intempestiva parsimonia inparatum deprehendi, si necessitas urgeret, cum adeo hostium impetus nuntiaretur. his igitur optime dispositis Strumpitzam se confert indeque progreditur usque ad Slopimum. ubi audita clade, quam Ioannes sebastocratoris filius adversus Dalmatas paulo ante missus acceperat, sufficientes ei copias auxilio misit. quare fraudulentissimus Bolcanus statim ad imperatorem delegavit, qui pacem rogarent, petitosque obsides dedit. ille annum unum et menses duos ibi moratus, cum Boëmundum commorari etiamtum in Longibardiae partibus resciret, instante hieme milites domum dimisit. quo facto dum Thessalonicam versus proficiscitur, natus est ad Balabistam porphyrogeniti imperatorisque Ioannis filius primogenitus sororem secum geminam in partu ducens. deinde memoria ibi magni martyris Demetrii celebrata in caput regni sese recepit, ubi tum temporis hoc accidit. collocata erat in medio Constantini foro

χαλκοῦς τις ἀνδριὰς ἵστατο καὶ πρὸς ἀνατολὰς ἀπέστραπτο ἐπὶ πορφυροῦ κίονος περιόπτου σκῆπτρον μὲν κατέχων τῇ δεξιᾷ, τῇ δὲ λαιᾷ σφαῖραν ἀπὸ χαλκοῦ κατασκευασθεῖσαν.
P. 357 ἐλέγετο δ' οὖν εἶναι οὗτος Ἀπόλλωνος ἀνδριάς· Ἀνθήλιον δέ, οἶμαι, οἱ τῆς Κωνσταντίνου οἰκήτορες αὐτὸν προσηγόρευον. ὃν ὁ μέγας ἐν βασιλεῦσι Κωνσταντῖνος ἐκεῖνος καὶ τῆς πόλεως καὶ πατὴρ καὶ δεσπότης εἰς τὸ ἑαυτοῦ μετέθηκεν ὄνομα Κωνσταντίνου αὐτοκράτορος ἀνδριάντα αὐτὸν προσειπών. ἐπεκράτησε δὲ ἡ ἀρχῆθεν τεθεῖσα προσηγορία τῷ ἀνδριάντι καὶ ἤτοι Ἀνήλιος ἢ Ἀνθήλιος ὑπὸ πάντων
V. 283 ἐλέγετο. τοῦτον τὸν ἀνδριάντα ἐξ αἰφνιδίου πνεύσαντες ἄνεμοι πλατύτατοι λίβες ἐκεῖθέν τε ὦσαν καὶ εἰς γῆν ἔρρι-
B ψαν περὶ τὸν ταῦρον τοῦ ἡλίου τότε ὁδεύοντος. ὅπερ οὐκ ἀγαθὸς οἰωνὸς τοῖς πλείοσιν ἔδοξε καὶ μᾶλλον, ὁπόσοι μὴ καλῶς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εἶχον· ὑπεψιθύριζον γὰρ τὸν τοῦ βασιλέως θάνατον τὸ συμβὰν προμηνύειν. ὁ δὲ "ζωῆς καὶ θανάτου ἕνα κύριον ἐπίσταμαι," ἔλεγε "πτώσεις δὲ εἰδώλων θάνατον ἐπάγειν οὐδόλως πιστεύειν ἔχω. ὁπηνίκα γὰρ Φειδίας τις, φέρε εἰπεῖν, ἤ τις τῶν λιθοξόων λίθον ἀποξέσας εἴδωλον ἀπεργάσοιτο, ἀναστήσει μὲν καὶ νεκρούς, παράξει δὲ καὶ ἔμψυχα; καὶ εἰ ταῦτα, τῷ τῶν ὅπάντων δημιουργῷ τί καταλειφθήσεται; ἀποκτενῶ γὰρ καὶ

9. ἐπεκράτει C. ἀπειργάσοιτο P. 12. πλατύτερον C. 20. ἀπεργάσοιτο F, 21. interrogationis signum posui.

aenea statua in orientem conversa, quae columnae porphyreticae late conspicuae imposita sceptrum tenuit dextra, laeva globum ex aere factum. ferebatur esse illud Apollinis simulacrum, Anthelium, opinor, a Constantinopolitanis vocatum, quod Constantinus magnus ille imperator, urbis pater ac dominus, in suum ipsius nomen transtulit et Constantini imperatoris statuam appellavit. at vicit nomen illud statuae antiquitus impositum, ita ut ab omnibus Anelius vel Anthelius vocaretur. quam statuam exorti subito saevissimi Africi venti, sole tum in Tauro posito, deturbatam humi prostraverunt. quod non faustum plerisque augurium visum est; et quotquot minus imperatori favebant, adeo subsusurraverunt, imperatoris mortem isto eventu praenuntiari. at ille "equidem" inquit "unum vitae mortisque dominum agnosco; ut vero casus simulacrorum necem inferre credam, numquam ego adducar. quando enim Phidias quidam verbi causa vel alius quis artificum, quotiescumque statuam e saxo scalpro conficit, vel excitabit mortuos vel vivos creabit? quod si esset, quid iam conditori omnium esset reliqui? hic enim: ego,

ζῆν ἐγὼ ποιήσω φησὶ καὶ οὐχὶ τοῦδε ἢ τοῖδε εἰδώλου C
πτῶσις ἢ ἀνέγερσις." καὶ γὰρ τὰ πάντα τῇ μεγίστῃ τοῦ Θεοῦ
ἀνετίθει προνοίᾳ.

5. Κυκεὼν δὲ κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἄλλος αὖθις
κακῶν ἐξεγήγερτο, ὃς οὐχ ὑπὸ τῶν τυχόντων ἐξηρτύετο ἤδη.
ἄνδρες γάρ τινες ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ γένους εὐκλείᾳ μεγάλα
αὐχοῦντες κατὰ τοῦ βασιλικοῦ ἐμελέτησαν σώματος φόνιον
πνέοντες. καὶ θαυμάζω ἐνταῦθα τῆς ἱστορίας γεγονυῖα,
πόθεν τοσοῦτον πλῆθος κακῶν τὸν βασιλέα περιεστοίχισεν.
οὐδὲν γάρ, οὐδὲν ἦν οὐδ' ὁποθενοῦν, ὃ μὴ κατ' αὐτοῦ ἐκε-
κίνητο. τά τε γὰρ ἔνδον ἀποστασίας ἦσαν μεστὰ καὶ τὰ
ἔξωθεν ἐπαναστάσεως ἔγεμε. καὶ μί πω πρὸς τὰ ἔνδον τοῦ D
αὐτοκράτορος ἀντικαταστάντος τάκτὸς πάντα περιεφλέγμαινε,
βαρβάρους ἅμα καὶ τοὺς ἔνδον τυράννους τῆς Τύχης αὐτῆς
ὥσπερ τινὰς Γίγαντας αὐτοφυεῖς ἀναβλαστανούσης, καίτοι
τοῦ βασιλέως ἅπαντα πρὸς τὸ ἡμερώτερον καὶ φιλανθρω-
πότερον ἐπιτροπεύοντος καὶ διοικονομουμένου τὰ πράγματα
καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα μὴ τοῖς ἀγαθοῖς κατακλύζοντος. τοὺς
μὲν γὰρ καὶ ἀξιωμάτων τιμαῖς κατεκύδαινε καὶ δωρεαῖς με-
γάλαις καταπλουτίζων ἀεὶ οὐκ ἀνῆκε· τοὺς δὲ ὁπουδήποτε P. 358
βαρβάρους, ἀφορμὰς μὴ διδοὺς πολέμων μηδ' ἀνάγκην ἐπάγων
αὐτός, ἀνασοβοῦντας ὅμως ἀνέστελλεν, ὡς ἔστι κακῶν στρα-

2. τοῦ θεοῦ FC, τοῦ om. P. 7. αὐχοῦντες F, εὐτυχόντες P.
9. περιεστοίχισεν F, περιεστοίχησεν P. 10. οὐδὲν ἦν F, ἦν
οὐδὲν P: οὐδέποτε ἦν? 13. περιεφλέγμαινε F, περιεφλέγμηνε P.

inquit, occidam et ego vivere faciam, at non huius illiusve simulacri lapsus aut constitutio." nempe omnia ad summam providentiam dei referebat.

5. Iam vero nova tendebatur in imperatorem pernicies eaque non a plebe parata, sed consiliis virorum et fortitudine et nobilitate generis insignium ipsam adeo principis caedem anhelantium. ac miror in conscribenda rerum memoria ad hoc tempus progressa, unde tanta malorum copia principem invaserit. undique enim contra eum ingentes extiterunt motus: domi seditionis, foris tumultus plena erant omnia. cumque imperator nondum iis quae intus parabantur se opposuisset, iam foris ardebant omnia, barbaros una cum intestinis tyrannis ipsa Fortuna veluti quosdam Gigantes terrae filios excitante, quamvis semper imperator et clementia humanitateque et ratione administrandae rei publicae moderatissima uteretur nec esset, quem beneficiis non obstrinxisset. illos enim ad amplissimos evexit honores magnisque semper locupletavit donis: nec usquam barbaris causam belli praebuit nec bellandi necessitatem imposuit; provocantes quidem et tumul-

τηγῶν, τῶν πραγμάτων ἡσυχαζόντων αὐτοὺς ἐξεπίτηδες ἀνερεθίζειν τοὺς πέριξ εἰς πόλεμον. εἰρήνη μὲν γὰρ τέλος ἐστὶ πολέμου παντός, τὸ δ' ἀνθελέσθαι ἀεὶ αὐτόθεν τὸ ἕνεκά του * καὶ τοῦ ἀγαθοῦ τέλους ἀεὶ ἀμελεῖν, τοῦτο ἀνοήτων ἐστὶ στρατηγῶν καὶ δημαγωγῶν καὶ ὄλεθρον πραγματευομένων τῆς πόλεως. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τοὐναντίον ἅπαν ἐποίει καὶ τοῦ εἰρηνεύειν ἐκτόπως ἐπεμελεῖτο καὶ * παροῦσαν ἀεὶ πανταχόθεν συνεῖχε καὶ ἀπούσης ἐπηγρύπνει πολλάκις, ὅπως ἐπανέλθοι. καὶ ἦν ὁ αὐτὸς κατὰ φύσιν μὲν εἰρηνικός, ἀναγκαζόντων δὲ τῶν πραγμάτων πολεμικώτατος. καὶ ἔγωγ' ἂν φαίην θαρρούντως περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, ὡς
V. 284 ἄρα τοῦ βασιλικοῦ χαρακτῆρος πολλοῦ χρόνου καταλελοιπότος τὰ τῶν Ῥωμαίων βασίλεια, ἐπ' αὐτοῦ καὶ μόνου ἐπανεληλυθέναι τρόπον τινὰ τότε πρώτως τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ ἐπιξενουμένου *** ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον τοῦ λόγου ἀρχομένη, ὅτι θαυμάζειν ἔχω τὴν τοσαύτην τῶν πραγμάτων τῶν πολεμικῶν ἐπίχυσιν. τά τε γὰρ ἔξω καὶ τἄνδον πάντα ἦν ἰδεῖν κυμαινόμενα πανταχόθεν. ἀλλ' ὅ γε βασιλεὺς Ἀλέξιος καὶ τὰ ἀφανῆ τῶν ἐχθρῶν καὶ κρύφια καὶ προησθάνετό τε καὶ παντοδαποῖς μηχανήμασι πόρρω τὰς βλάβας ἀπήλαυνε καὶ πρὸς τοὺς ἔνδοθεν τυράννους καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν βαρβάρους ἀνταγωνιζόμενος

1. αὐτοὺς F, αὐτὸς P. 4. lacunam signavi: πολεμεῖν vel simile verbum intercidit. 7. lacunam signavi. 9. ἐπανέλθοι F, ἐπανέχθοι P. 11. ἔγωγε F. 14. πρώτως F, πρῶτος P. 15. ἐπιξενουμένου. ἀλλ'] inter haec verba unius fere versus rasura in F est: lacunam signavi. 17. τἄνδον FC, τὰ ἔνδον P.

tuantes summovebat. malorum est enim ducum, rebus omnibus pacatis ultro gentes finitimas ad bellum incitare. pax cuiusque belli finis est; sed belli causas temere quaerere salute communi posthabita est imprudentium ducum et hominum seditiosorum omniumque, qui civitatis perniciem moliuntur. sed Alexius imperator contra prorsus faciebat. namque pacis erat vel maxime studiosus, quam, simul ac conciliavit, omni ope servabat, turbatam vero ut redintegraret, semper invigilabat. atque natura erat pacis amantissimus, at cum tempora postulabant, idem bellicosissimus. quare equidem de viro illo affirmare haud dubitaverim, maiestatem regiam, quae per longum tempus a regia Romana afuerit, in ipso solo quodammodo comparuisse et quasi hospitem Romanum imperium tum primum visitasse *** sed ut redeam, unde exorsa sum: merito miror tantam bellicorum tumultuum abundantiam, cum et domi et foris cuncta fluctuaverint. Alexius autem imperator omnes hostium machinationes occultas et clandestinas praevidit eaeque ne nocerent varia arte cavit, ita ut intestinis tyrannis exterisque bar-

ἀεὶ προφθάνων ὀξύτητι νοῦ τὰς τῶν ἐπιβουλευόντων ἐπιβουλὰς καὶ ἀνακόπτων τὰς τούτων ὁρμάς. καὶ ἔγωγε στοχάζομαι ἀπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν τὴν Τύχην * * τῆς βασιλείας, ὅτι πανταχόθεν συνέρρευσε τὰ δεινὰ καὶ ἐτετάρακτο αὐτό τε τὸ σῶμα τῆς πολιτείας καὶ πᾶν ἀλλότριον ἐμεμήνει κατὰ τῆς βασιλείας Ῥωμαίων, ὡς εἴ τις οὕτως ἔχοι κακῶς, ὥστε καὶ D ὑπὸ τῶν ἀλλοδαπῶν πολεμεῖσθαι καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων κατατρύχεσθαι τὰς σάρκας διαμασσώμενον, τοῦτον δὲ ἀνεγεῖραι P. 359 τὴν πρόνοιαν, ἵνα πρὸς τὰ πανταχόθεν κακὰ ἀντιμηχανῶτο, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ τηνικαῦτα συνιδεῖν ἔδει. ὅ τε γὰρ Βαϊμοῦντος ὁ βάρβαρος ὁ πολλάκις ἡμῖν εἰρημένος ἐξηρτύετο κατὰ τῶν σκήπτρων Ῥωμαίων βαρύτατον στράτευμα ἐπαγόμενος καὶ τὸ τυραννικὸν τοῦτο πλῆθος ἑτέρωθεν ἀντεπηγείρετο, καθάπερ ἄνωθεν τοῦ λόγου πεπροοιμίασται. τέσσαρες μὲν ἦσαν οἱ ξύμπαντες οἱ τῆς βουλῆς καταρχόμενοι, Ἀνεμάδες τὴν ἐπωνυμίαν, τὰς κλήσεις ὁ μὲν Μιχαήλ, ὁ δὲ Λέων, ὁ ἕτερος ...., ὁ ἄλλος ..... προσηγορεύετο. ἀδελφοὶ δ' ἦσαν καὶ τὰ σώματα πρότερον καὶ τότε τὴν γνώμην· εἰς ταὐτὸ γὰρ ἅπαντες συνεφρόνησαν, ἀποκτεῖναί τε τὸν αὐτο- B κράτορα καὶ τῶν βασιλικῶν ἐπιλήψεσθαι σκήπτρων. συνυπήγοντο δὲ αὐτοῖς καὶ ἕτεροι τῶν εὐγενῶν, οἵ τε Ἀντίοχοι γένους ὄντες περιφανοῦς καὶ οἱ Ἐξαζηνοὶ καλούμενοι, ὅ τε

3. lacunam signavi. 4. *συνέρρευσε* F, *συνέρευσε* P. 7. *ὑπὸ τῶν οἰκείων* in F m. 2 in ras. 13. *τοῦτο* scripsi: *τούτου* P. 17. *ἕτερος* ** *ὁ ἄλλος* * P: spatia lacunarum ex F dedi.

baris resistens insidiantium insidias animi sollertia semper praeveniret eorumque impetus propulsaret. equidem ex rebus ipsis conicio ipsam tum praesentem adfuisse Fortunam imperio, siquidem adversis rebus undecumque concurrentibus reipublicae corpus turbabatur atque omnes omnino hostes in Romanum imperium saeviebant, pariter ac si quis et ab externis hostibus impugnaretur et a suis gravissimis dolorum tormentis discruciaretur, hunc vero providentia divina excitaret ut calamitates undecumque coortas repelleret; id quod tunc quidem dilucide cognosci oportebat. cum enim Boëmundus, barbarus ille saepe commemoratus, adversus Romanorum imperium ingentem colligeret exercitum, tyrannica haec multitudo ab altera parte, ut supra praefata sum, excitata est. coniurationis auctores fuerunt fratres quattuor, Anemades cognominati, quorum unus Michael, alter Leo, tertius ·, postremus denique · vocabatur. qui quidem fratres cum corporis tum consiliorum necessitate coniuncti id unum omnes convenerunt, ut occiso imperatore regnum occuparent. quibus et alii nobiles sese socios adiunxerunt, velut Antiochi generis nobilitate florentes et qui Exazeni

Λούκας καὶ ὁ Ὑαλέας, ἄνδρες ἐκθυμότατοι τῶν πώποτε γεγενημένων πρὸς μάχας, πρὸς δὲ καὶ Νικήτας ὁ Καστα-
μονίτης καὶ Κουρτίκιός τις καὶ ὁ Βασιλάκιος Γεώργιος. οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου πρωτεύοντες, τῆς δέ γε συγκλήτου ὁ Σολομὼν Ἰωάννης. ὃν διὰ πλούτου περιουσίαν καὶ γένους λαμπρότητα βασιλέα χρίσειν ὁ
C Μιχαὴλ ὁ καὶ κορυφαῖος τῆς τετρακτύος τῶν Ἀνεμάδων σχηματιζόμενος ἐπηγγέλλετο. ὁ δὲ Σολομὼν οὗτος τῆς συγκλήτου λογάδος τὰ πρῶτα φέρων οὐ μόνον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῶν συνεξηπατημένων αὐτῷ βραχύτατος μὲν ἦν τὴν ἡλικίαν, κουφότατος δὲ τὴν γνώμην. Ἀριστοτελικῶν τε καὶ Πλατωνικῶν μαθημάτων ὤετο εἰς ἄκρον ἐληλυθέναι· οὐ μὴν εὖ ἦκε τῆς φιλοσόφου εἰδήσεως, ἀλλ' ὅμως ἐτετύφωτο διὰ περιουσίαν κουφότητος. λοιπὸν πρὸς τὴν βασιλείαν ὅλοις ἱστίοις ἀπένευε καθάπερ ὑπὸ τούτων τῶν Ἀνε-
μάδων ἐμπνεόμενος. ἀλλ' ἦσαν ἄρα τὰ πάντα πλάνοι. οὐ
V. 285 γὰρ εἶχον ἐν νῷ τοῦτον οἱ ἀμφὶ τὸν Μιχαὴλ ἐς τὸν βασιλικὸν θρόνον ἐναγαγεῖν, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ἀλλὰ τῇ κουφότητι
D τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῷ πλούτῳ πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιχείρησιν ἀπεχρῶντο. ἀεί τι ἐκεῖθεν τοῦ χρυσοῦ ῥεύματος ἐπισπῶντες καὶ ταῖς ἐλπίσι τῆς βασιλείας ποιοῦντες ὑπότυφον ὅλον ἑαυτοῖς τιθασσὸν ἐποιήσαντο γνώμης τοιαύτης ἔχοντες, ὡς

1. *ὑαλέας* F, *Υελέας* P. 7. *ὁ καὶ* FC, *ὁ* om. P. 8. *δὲ δὴ* P, *δὴ* om. C. 10. *συνεξηπατημένων* F, *ξυνε.* P. *βραχύτατος* scripsi : *βραχὺς* libri. 11. *τὴν ἡλικίαν* F, *τῇ ἡλικίᾳ* P. *δὲ* addidi. 16. *πλάνοι* C, *πλάνη* P. 21. *ποιοῦντες* FC, *ποιοῦντος* P.

vocabantur Ducas et Hyaleas, viri omnium qui umquam fuerunt in proeliis fortissimi; praeterea Nicetas Castamonites ac Curticius quidam et Basilacius Georgius. hi principes facile in catalogo militari erant, e senatorum autem numero eorum socius fuit Solomon Ioannes, quem ob divitiarum copias et generis splendorem Michael quatuor Anemadum princeps simulavit se sacro oleo imperatorem esse inauguraturum. is enim Solomon senatorii ordinis princeps cum aliis tum iis qui eadem cum ipso fraude decepti erant et statura erat brevior et levioris ingenii: videbatur sibi Aristotelis Platonisque disciplinam una cum pulvisculo exhausisse, re vera aberravit a recta philosophiae scientia torpuitque insigni levitate. ceterum ad imperium passis velis pervehebatur Anemadibus quasi adspirantibus. hi scilicet erant omnino praestigiatores. multum enim aberat, quominus Michael eiusque fratres deferre illi regnum in animo haberent, sed levitate istius hominis divitiisque ad suam ipsius ambitionem callide abutebantur: semper inde velut ex aureo flumine haurientes illum regni spe elatum totum in suam

εἰ εὔοδα πράξαιεν καὶ ἡ Τύχη αὐτοῖς εὐνούστερόν πως ἐνατενίσειε, τὸν μὲν παραγκωνίσαιντο ἀφέντες ψαίρειν ἐπὶ P. 360
πελάγους, αὐτοὶ δὲ τῶν σκήπτρων ἀνθέξοιντο μικράν τινα δόξαν καὶ εὐετηρίαν αὐτῷ ἀπονείμαντες. οἱ μέντοι γε πρὸς ἐκεῖνον λόγοι τῆς ἐπιβουλῆς οὐ φόνον τοῦ αὐτοκράτορος ἐπηγγέλλοντο οὐδὲ ξιφουλκίας ἐμέμνηντο, οὐ μάχης οὐδὲ πολέμων, ἵνα μὴ καταπτοήσαιεν τὸν ἄνδρα πάλαι τοῦτον εἰδότες πρὸς ἅπαν εἶδος πολέμου δειλότατον. τοῦτον τοίνυν τὸν Σολομῶντα ὥσπερ δὴ κορυφαιότατον τῶν ἄλλων ἐνηγκαλίσαντο. συνεπήχθησαν δὲ τῇ τούτων βουλῇ καὶ ὁ Σκληρὸς καὶ ὁ τὴν ἐπαρχίαν τῆς Κωνσταντίνου τῷ τότε διηνυκὼς Ξηρός. ὁ μέντοι Σολομῶν κουφοτέρας ὢν γνώμης, B
καθάπερ ἄνωθεν εἴρηται, καὶ μηδὲν τῶν παρὰ τοῦ Ἐξαζηνοῦ καὶ τοῦ Ὑαλέα καὶ αὐτῶν δὴ τῶν Ἀνεμάδων μελετωμένων συνεὶς ἐν χερσὶν ἤδη τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων κατέχειν οἰόμενος προσωμίλει τισὶ καὶ ὑπεποιεῖτο ὑποσχέσεσι δωρεῶν καὶ ἀξιωμάτων τούτους ὑπαγόμενος. φοιτήσας δέ ποτε πρὸς αὐτὸν ὁ τοῦ δράματος κορυφαῖος Μιχαὴλ ὁ Ἀνεμᾶς καὶ θεασάμενος ὁμιλοῦντά τινι ἐπυνθάνετο, τί ἂν εἴη τὸ λεγόμενον. ὁ δὲ Σολομῶν μετὰ τῆς συνήθους ἁπλότητός φησιν ὡς "ἀξίωμα αἰτήσας ἡμᾶς καὶ λαβὼν τὴν ὑπόσχεσιν

2. *ψαίρειν* F, *χαίρειν* P. 11. *τῆς Κωνσταντίνου τῷ τότε* F, *τῷ τότε τῆς Κωνσταντίνου* P. 14. *ὑαλέα* F, *Υελέα* P. 17. *δέ ποτε* F, *ποτε* om. P. 20. *Σαλομῶν* P, correxi.

potestatem redegerunt eo consilio ut, si felici uterentur successu atque Fortuna ipsis arrideret, extrusum tamquam in mari eum relinquerent, ipsi vero rerum potirentur gloriolam illi quandam exiguamque felicitatem concedentes. in sermonibus eo praesente de coniuratione habitis imperatoris caedes non commemorabatur neque ulla de ferro aut de pugna bellisve mentio fiebat, ne homini, quem ad omne bellum ignavissimum sciebant, terrorem inicerent. hunc igitur Solomonem tamquam ceterorum principem amplectebantur. praeterea eiusdem consilii participes facti sunt Sclerus et Xerus, qui Constantinopolis praefectura tum functus fuerat. Solomon vero, homo, ut dixi, levioris ingenii omniumque ignarus, quae ab Exazeno et Hyalea ipsisque Anemadibus parabantur, quasi iam imperium Romanorum teneret, adiit quosdam eosque munera dignitatesque pollicitus conciliare studuit. convenit eum forte aliquando dramatis coryphaeus Michael Anemas, qui, cum eum nescio quocum confabulantem vidisset, quid inter se conferrent, sciscitatus est. tum consueta simplicitate Solomon "hic" inquit "qui dignitatem a nobis petiit accepta

συνέθετο κοινωνὸς ἡμῖν τῆς βουλῆς τῶν πάντων ἔσεσθαι."
C ὁ δὲ μωρίαν τούτου καταψηφισάμενος καὶ περίφοβος γεγονώς, ὡς μηδόλως ἐχεμυθεῖν πεφυκότα διαγνούς, οὐκέθ' ὡς τὸ πρότερον πρὸς αὐτὸν ἐφοίτα.

6. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται, τοὺς Ἀνεμάδας φημὶ καὶ Ἀντιόχους καὶ τοὺς τούτων συνωμότας, κατὰ τοῦ βασιλικοῦ τὴν σκαιωρίαν ἐποιοῦντο σώματος, ἵν' ὁπηνίκα καιροῦ εὐθέτου τύχοιεν, παρευθὺ τὸν μελετώμενον κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος φόνον εἰς ἔργον προάξωσιν. ὡς δὲ παρὰ τῆς προνοίας ἄδεια οὐδεμία τούτοις ἐδίδοτο καὶ ὁ καιρὸς παρερρύετο, πτοηθέντες μὴ κατάφωροι γένωνται, ὃν ἐπεζήτουν καιρὸν ἔδοξαν εὑρη-
D κέναι. ἐπεὶ γὰρ ὁ αὐτοκράτωρ μετὰ τὸ διυπνισθῆναι κατὰ δείλην ἑῴαν τὴν ἐκ τῶν πολλῶν φροντίδων ἐγγινομένην ἅλμην καταγλυκαίνειν ἐθέλων ἐνίοτε συμπαίστορας εἶχε τῶν συγγενέων τινὰς παίζων τὸ ζατρίκιον (παιδιὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων τρυφῆς ἐξευρημένον καὶ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖ-
P. 361 θεν ἐληλυθός), οἱ τὴν τυραννικὴν ἐξοπλίσαντες χεῖρα διὰ τοῦ βασιλικοῦ κοιτωνίσκου ἔμελλον ὡς εἰς τὸν βασιλέα χωρῆσαι τὸν φόνον ὠδίνοντες. ὁ δέ τοι βασιλικὸς κοιτωνίσκος
V. 286 οὗτος, οὗπερ οἱ βασιλεῖς ἔτυχον εὐναζόμενοι, κατὰ τὴν εὐώνυμον κεῖται πλευρὰν τοῦ ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεομήτορος ἀνεγηγερμένου τεμένους κατὰ τὰ ἀνάκτορα, κἂν οἱ πολλοὶ

5. *φημὶ καὶ ἀντιόχους* F, *καὶ ἀντιόχους* om. P. 6. *συνωμότας* F, *συνομότας* P. 9. *προάξωσιν* F, *πράξωσιν* P. 10. *παρερρύετο*] *ερ* in ras. F. 14. *ἤθελεν, ὅτε* C. 16. *ἐξευρημένον* C, *ἐξευρημένων* P. 21. *ὀνόματι* F, *ὀνόματος* P.

promissione consilii nostri totius exequendi socium se fore pactus est". cuius stultitiam ille detestatus timore quodam affectus est, quia ne minima quidem in re tacere eum posse cognovit; quare ab hoc inde tempore non ut antea domum eius frequentabat.

6. Milites vero, Anemades dico Antiochosque eorumque conscios, imperatoris vitae insidiabantur, ut tempus nancti opportunum statim destinatam imperatoris caedem perpetrarent. cum autem divina providentia securitas ipsis denegaretur tempusque opportunum praeterlaberetur, veriti, ne deprehenderentur, occasionem, quam captarent, invenisse sibi videbantur. imperator enim somno solutus mane, ut aestum multarum curarum leniret, cum interdum collusores quosdam consanguineos ad zatricium adhiberet, qui quidem lusus ab Assyriorum luxuria inventus ad nos inde delatus est, illi nefarii tyrannica manu armata per regium dormitorium caedem molientes ad imperatorem procedere constituerunt. est autem id cubiculum, ubi tunc imperatores dormitabant, in sinistro latere aedis nomine deiparae intra regiam extructae, quam plerique magno

τὸ τοῦ μεγαλομάρτυρος Δημητρίου ὄνομα ταύτῃ ἐπέγραφον. κατὰ δὲ τὴν δεξιὰν αἴθριον ἔδαφος ἦν ὑπὸ μαρμάρων κατεστρωμένον. καὶ ἡ πρὸς τοῦτο ἐξάγουσα πύλη τοῦ τεμένους ἄνετος πᾶσι τοῖς ἐθέλουσιν ἦν. ἐκεῖθεν οὖν ἐσκέψαντο εἰσελθεῖν εἴσω τοῦ τεμένους καὶ τὰς τὸν βασιλικὸν κοιτωνίσκον ἀποκλειούσας κατεάξαι πύλας κἄϑ' οὕτως εἰσελθόντες ἀνελεῖν διὰ ξίφους τὸν αὐτοκράτορα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μιαφόνοι ἐκεῖνοι ἄνδρες κατὰ τοῦ μηδὲν ἠδικηκότος διεσκοποῦντο· ἔσφηλε δὲ τὴν τούτων βουλὴν ὁ Θεός. δηλωθέντος δὲ τοῦ δράματος διά τινος τῷ αὐτοκράτορι παραχρῆμα μετεπέμποντο ἅπαντες. πρῶτον μὲν οὖν Ἰωάννην τὸν Σολομῶντα καὶ Γεώργιον τὸν Βασιλάκιον εἰς τὰ ἀνάκτορα εἰσαχϑῆναι ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψεν ἐγγυτέρω γενομένους τοῦ οἰκίσκου, ἐν ᾧπερ αὐτὸς ἐτύγχανεν ὢν μετὰ τῆς περὶ αὐτὸν συγγενείας, ἵνα διά τινων ἐξερωτῴη αὐτούς, ἁπλουστέρου φρονήματος τούτους πάλαι γινώσκων κἀκ τούτου ῥᾳδίως τὰ βεβουλευμένα μεμαϑηκέναι οἰόμενος. ὡς δὲ πολλάκις ἐρωτώμενοι ἔξαρνοι ἦσαν, ἔξεισιν ὁ σεβαστοκράτωρ Ἰσαάκιος καὶ πρὸς τὸν Σολομῶντα ἀπονεύσας ἔφη "οἶσϑα πάντως, Σολομών, τὴν τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ καὶ βασιλέως ἀγαϑότητα. εἰ μὲν τὰ βεβουλευμένα πάντα ἀπαγγείλῃς, συμπαϑείας παραχρῆμα ἀξιωϑήσῃ, εἰ δ' οὖν, ἀνηκέστοις βασάνοις παραδοϑήσῃ". ὁ δὲ ἐνατενίσας καὶ τοὺς περικυκλοῦντας τὸν σε-

1. *Δημητρίου* om. C. *τούτῳ?* 21. *ἀπαγγείλῃς* F, *ἀπαγγέλῃς* P.

martyri Demetrio dicatam putant. dextra vero sub divo pavimentum erat marmore stratum, quo educentem templi portam omnibus intrare licuit. per eam igitur in aedem penetrare conabantur, ut vi perruptis regii cubiculi ianuis ingressi imperatorem ferro occiderent. quae cruenti isti moliebantur sicarii contra eum, qui nullam iniuriam fecerat. at discussit deus eorum consilia. re enim per indicem quendam ad imperatorem delata omnes ille extemplo ad se adduci iussit; ac primos quidem omnium imperator Ioannem Solomonem et Georgium Basilacium ad se in regiam duci iussit in locum proximum cubiculo, in quo ipse cognatorum grege stipatus fuit, eo quidem consilio, ut ex iis, quos iam dudum sciebat natura esse simpliciores, interrogando omnia facile cognosceret. at illi saepius interrogati cum in negando perseverarent, prodiit sebastocrator Isaacius innuensque Solomoni "bene nosti," inquit "Solomon, imperatoris, fratris mei, clementiam; quare si fateri omnia volueris consilia, extemplo te misericordia dignabitur; sin minus, crudelissimis tormentis excruciaberis." ille vero sebastocra-

βαστοκράτορα βαρβάρους θεασάμενος ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑτε-
D ρόστομα ξίφη κραδαίνοντας ἔντρομος γεγονὼς παραχρῆμα
ἅπαντα ἀπαγγέλλει τούς τε συνίστορας ὁμολογήσας, μηδὲν
δὲ περὶ τοῦ φόνου εἰδέναι διϊσχυριζόμενος. εἶτα παραδο-
θέντες τοῖς τὴν φυλακὴν τούτων ἐμπεπιστευμένοις [τῶν ἀνακ- 5
τόρων] καὶ διαιρεθέντες ἔμφρουροι γεγόνασι. τοὺς δέ γε
P. 362 λοιποὺς αὖθις ἠρώτων περὶ τοῦ δράματος. ὁμολογήσαντες
δὲ ἅπαντα καὶ μηδὲ τὸν φόνον ἐπικρύψαντες, ἐπεὶ οἱ στρα-
τιῶται τοῦτον μεμελετηκέναι ἐγνώσθησαν καὶ μᾶλλον ὁ
Ἀνεμᾶς Μιχαήλ, ὁ καὶ τῆς βουλῆς κορυφαῖος, ὁ καὶ κατὰ τοῦ 10
αὐτοκράτορος φόνιον πνέων, ἅπαντας περιορίσας καὶ τὰς σφῶν
ἐδήμευσε περιουσίας. ὁ μέντοι οἶκος τοῦ Σολομῶντος περι-
φανὴς ὢν ἐδόθη πρὸς τὴν Αὔγουσταν. ἐκείνη δέ, ὁποία περὶ
τὰ τοιαῦτα, οἶκτον λαβοῦσα τῆς τοῦ Σολομῶντος ὁμευνέτι-
δος ἀπεχαρίσατο τοῦτον αὐτῇ μηδὲ τὸ τυχὸν ἐκεῖθεν ἀφελο- 15
μένη. τὸν μέντοι Σολομῶντα ἔμφρουρον εἶχεν ἡ Σωζόπολις.
B τὸν δὲ Ἀνεμᾶν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ὡς πρωταιτίους καὶ τὴν
V. 287 ἐν χρῷ κουρὰν τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος ψιλώσας διὰ
μέσης πομπεῦσαι τῆς ἀγορᾶς παρεκελεύσατο, εἶτα ἐξο-
ρυχθῆναι τοὺς ὀφθαλμούς. παραλαβόντες οὖν τούτους οἱ 20
σκηνικοὶ καὶ σάκκους περιβαλόντες, τὰς δὲ κεφαλὰς ἐντοσ-
θίοις βοῶν καὶ προβάτων ταινίας δίκην κοσμήσαντες ἐν
βουσὶν ἀναγαγόντες καὶ ἐγκαθίσαντες οὐ περιβάδην ἀλλὰ

5. τῶν ἀνακτόρων seclusi. 14. Σολομῶντος C, Σαλομῶντος P.
21. περιβαλόντες FC, περιβαλλόντες sic P.

torem intuitus barbarosque eum circumstantes, qui gladios in humeris ex una parte acutos gestabant, ad tremorem usque perterritus cuncta statim confessus est prodiditque omnium consciorum nomina, pertinaciter tamen perseverans, nihil se de caede novisse. tum isti suis custodibus traditi in separatos carceres ducti sunt. deinde ceteri quoque eadem de re interrogati omnia confirmarunt et ne caedem quidem reticuerunt ipsam; cumque milites eam parasse pateret inprimisque Michaelem Anemam, totius consilii principem, imperatoris sanguinem anhelantem, decretum est, ut publicatis bonis omnes deportarentur. Solomonis aedes perquam elegantes Augustae donatae sunt, quae tamen pro animi indole miserata Solomonis uxoris ne minima quidem re excepta illas ei gratificata est. ipse autem Solomon Sozopolim est in custodiam deductus. Anemam autem eiusque socios ut coniurationis auctores ad cutem tonso capite et barba penitus rasa per medium forum imperator traduci, deinde oculis privari iussit. quos tum scaenici apprehensos saccis induerunt eorumque capita intestinis boum oviumque quasi taeniis ornarunt; deinde bobus impositos cruribus non divisis sed ad unum latus conversis

κατὰ θατέραν πλευρὰν τούτους διὰ τῆς βασιλικῆς ἦγον αὐλίδος. ῥαβδοῦχοι ἔμπροσθεν τούτων ἐφαλλόμενοι καὶ ᾄσμάτιόν τι γελοῖον καὶ κατάλληλον τῇ πομπῇ προσᾴδοντες ἀνεβόων, λέξει μὲν ἰδιώτιδι διηρμοσμένον, νοῦν δὲ ἔχον τοιοῦτον. * * * * ἐβούλετο γὰρ τὸ ᾆσμα πάνδημον πᾶσι παρακελεύεσθαι * C τε καὶ ἰδεῖν τοὺς τετυραννευκότας τούτους κερασφόρους ἄνδρας, οἵτινες τὰ ξίφη κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἔθηξαν. ἅπασα μὲν οὖν ἡλικία εἰς τὴν τοιαύτην θέαν συνέτρεχεν, ὡς καὶ ἡμᾶς, τὰς τοῦ βασιλέως θυγατέρας, ἐξελθούσας λαθραίαν τὴν θέαν ποιεῖσθαι. ὡς δὲ τὸν Μιχαὴλ ὡς πρὸς τὰ ἀνάκτορα ἐθεάσαντο ἐνατενίζοντα καὶ χεῖρας ἱκέτιδας εἰς οὐρανὸν αἴροντα, αἰτουμένου ἐν σχήματι, χεῖρας ἐξ ὤμων ἀφαιρεθῆναι καὶ πόδας ἐκ γλουτῶν αὐτῶν καὶ κεφαλὴν αὐτὴν ἀποτμηθῆναι, ἅπασα φύσις πρὸς δάκρυον καὶ οἰμωγὰς κεκίνηται καὶ D μᾶλλον ἡμεῖς, αἱ τοῦ βασιλέως θυγατέρες. ἐγὼ δὲ βουλο- P. 363 μένη τὸν ἄνδρα τοῦ τοιούτου ῥύσασθαι κακοῦ τὴν βασιλίδα καὶ μητέρα ἅπαξ καὶ δὶς προὐκαλούμην ἐς θέαν τῶν πομπευομένων. ἐκηδόμεθα γὰρ τῶν ἀνδρῶν τοῦ αὐτοκράτορος χάριν, εἰρήσεται γὰρ τἀληθές, μὴ τοιούτων ἀποστεροῖτο στρατιωτῶν καὶ μᾶλλον τοῦ Μιχαήλ, ὅσῳ καὶ βαρυτέρα ἡ κατ' αὐτοῦ ψῆφος ἐξενήνεκτο. ὁρῶσα, ὁπόσον αὐτὸν ἐξετάπεινου ἡ ξυμφορά, ὅπερ οὖν ἔλεγον, ἐξεβιαζόμην τὴν μητέρα

5. lacunas signavi. 7. ἅπασα F, πᾶσα P. 11. ἐνατενίζοντα] τα ex το m. 2 F. 12. αἰτουμένου scripsi: αἰτούμενον P. 13. ἐκ γλουτῶν FC, ἐκ om. P. καὶ om. C. 14. δάκρυ C. εἰσεκίνητο C, ἐκεκίνητο Montfaucon. 20. βαρύτερον C.

per regiam aulam ducunt lictoribus ante eos saltantibus ridiculamque cantiunculam ad pompam accommodatam vulgarique sermone expressam clara voce canentibus. quod quidem carmen hac ferme sententia fuit: ***. voluit enim ista cantilena omnem populum incitare, ut * et videret cornigeros istos viros tyrannide functos, qui ferrum in imperatorem acuerant. ad quod spectaculum ingens cuiusvis aetatis factus est concursus, adeo ut et nos, imperatoris filiae, clam illud visurae prodiremus. ut vero Michael apparuit conversis in regiam oculis manus tollens ad caelum supplices gestibusque rogans, ut manus sibi ab humeris, pedes a coxis avellerent et caput ipsum praeciderent, omnium animi ad lacrimas gemitusque commovebantur maximeque nos, imperatoris filiae, commiserabamur. ego vero cupiens illum tanta liberare calamitate imperatricem matremque semel iterumque ad pompae istius spectaculum provocavi. timebamus enim illis viris, ut verum dicam, imperatoris causa, ne talibus privaretur militibus eoque magis Michaeli, quo gravius eius supplicium erat. quem tanta videns miseria fractum, ut periculo

τὴν ἐμαυτῆς, εἴ πως τοῦ κινδύνου ῥυσθεῖεν οἱ ἄνδρες ἤδη τούτοις ἐγγύθεν ἐφεστηκότος. σχολαιοτέραν γὰρ τὴν πορείαν οἱ σκηνικοὶ ἐποιοῦντο χώραν πραγματευόμενοι συμπαθείας τοῖς μιαιφόνοις. ὡς δ' ἐκείνη ἀπώκνει τὴν ἔλευσιν (καθῆστο γὰρ μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος, οὗ τὰς πρὸς Θεὸν ἐντεύξεις κοινῇ ἐποιοῦντο ἐνώπιον τῆς θεομήτορος), κατελθοῦσα καὶ ἔξω τῶν πυλῶν περίφοβος ἑστηκυῖα, ἐπεὶ μὴ ἀπεθάρρουν τὴν εἴσοδον, νεύμασι τὴν βασίλισσαν προὐκαλούμην. καὶ δὴ πεισθεῖσα εἰς τὴν θέαν ἀνέρχεται καὶ θεασαμένη τὸν Μιχαὴλ ᾤκτειρέ τε καὶ δάκρυον ἐπαφεῖσα τούτῳ θερμὸν ἐπανατρέχει πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις ἐξαιτουμένη χαρίσασθαι τῷ Μιχαὴλ τοὺς ὀφθαλμούς. καὶ παραχρῆμα πέμπεται ὁ τοὺς δημίους ἀπείρξων· καὶ δὴ σπεύσας προφθάνει τούτους ἔνδοθεν τῶν λεγομένων χειρῶν, ἃς ὁ διαβὰς οὐκέτι ῥύεται τοῦ δεινοῦ. οἱ γὰρ τὰς χαλκᾶς ταυτασὶ χεῖρας βασιλεῖς πήξαντες ἐπί τινος ὑψηλοτάτης περιωπῆς καὶ μετεώρου λιθίνης ἀψῖδος τοῦτο κρατῆσαι ἐβούλοντο, ὡς εἰ μέν τις ἐντὸς τούτων γένοιτο, ὃν ὁ νόμος θανάτῳ κατέκρινε, καὶ μεταξὺ τῆς ὁδοῦ φθάσοι τὰ τῆς αὐτοκρατορόθεν φιλανθρωπίας, ἐλεύθερος ἔσται τῆς συμφορᾶς, ὡς τῶν χειρῶν τοῦτο σημαινουσῶν, ὅτι ὁ βασιλεὺς τούτους πάλιν ἐνηγκαλίσατο καὶ ὅλαις κατέσχε χερσὶ

4. δὲ F. 8. νεύμασι FC, νεύματι P. 10. ἐπαφεῖσα F, ἐπαφιεῖσα P. 19. φθάσοι F, φθάσει P. 21. τούτων F. 22. τούτους πάλιν F, πάλιν τούτους P.

iam proxime imminente viri liberarentur, matrem meam, quemadmodum dixi, ut prodiret impuli, scaenicis tardius ingredientibus, ut misericordiae in sicariorum gratiam concitandae copiam darent. cum vero illa cunctaretur, quippe quae iuxta imperatorem sederet, ubi coram deipara communiter deum precabantur, accessi; sed extra portas timida constiti et intrare non ausa nutibus imperatricem evocare quaerebam. quae tandem commota ad videndam pompam prodiit et conspecto Michaele inlacrimans ad imperatorem recurrit, ut oculos Michaeli condonaret, eum semel atque iterum et amplius rogitans. ac mittitur confestim nuntius carnifices inhibiturus; qui quidem adhibita festinatione praeocupavit eos intra illas, quas vocant, manus: quas qui semel transiit, nulla iam ratione supplicio eximi potest. istas enim manus aeneas imperatores loco late conspicuo in alta fornice lapidea eo consilio defigendas curaverunt, ut, qui capitis damnatus in ista via nancisceretur imperatoriae clementiae indicia, supplicio liberaretur, manibus significantibus, imperatorem eos rursus amplexari nec e clementiae manibus eos dimi-

καὶ μήπω τῶν τῆς φιλανθρωπίας χειρῶν ἀπολέλυκεν. εἰ δ' ὑπερβαῖεν ἐκείνας, σύμβολόν ἐστι τοῦτο, ὡς δῆθεν καὶ τὸ βασίλειον κράτος τούτους ἀπώσατο. τῆς Τύχης οὖν ἐστι τὰ D τῶν ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἀνθρώπων· ἣν ἐγὼ θείαν ψῆφον εἶναι λογίζομαι, καὶ δεῖ καλεῖν ἐκείνην εἰς ἀρωγήν. ἢ γὰρ τὰ τῆς συμπαθείας ἐντὸς ἔφθακε τῶν χειρῶν καὶ ἐξήρηντο τῶν κινδύνων οἱ δυστυχοῦντες ἢ τὰς χεῖρας παρωδευκότες καὶ πόρρω σωτηρίας εἰσίν. ἐγὼ δὲ τὸ πᾶν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀνατίθημι πρόνοιαν, ἣ καὶ τότε τὸν ἄνδρα τῆς ἐξορύξεως τῶν ὀμμάτων τοῦτον ἐξείλετο. Θεὸς γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἔοικε, τὸ τηνικαῦτα ἐκίνησεν εἰς τὴν τούτου συμπάθειαν. ὁ γάρ P. 364 τοι τῆς σωτηρίας ἄγγελος σπεύσας ἔνθεν τῆς ἀψῖδος, ἐν ᾗ αἱ χαλκαῖ χεῖρες ἦσαν ἐμπεπηγμέναι, τὸ τῆς συμπαθείας γραμμάτιον ἐπιδοὺς τοῖς τὸν Μιχαὴλ ἄγουσιν ἐκεῖθεν τοῦτον λαβὼν ὑπέστρεφε καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγχοῦ τῶν ἀνακτόρων ᾠκοδομημένον πύργον κεῖθι τοῦτον καθεῖρξε· τοῦτο γὰρ ποιῆσαι κεκέλευστο.

7. Οὔπω δ' οὗτος τῆς εἱρκτῆς ἠλευθεροῦτο καὶ τὸν Γρηγόριον αὖθις ἡ τοῦ Ἀνεμᾶ εἶχεν εἱρκτή. πύργος δ' ἦν εἷς τις τῶν ἀγχοῦ τῶν ἐν Βλαχέρναις ἀνακτόρων διακειμένων τειχῶν τῆς πόλεως, ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος, ὥσπερ τι

2. *συμβουλή* C. 3. *τὰ* addidi. 10. *τούτων* C. 12. *ἄγγελος* FC, *ἄλλος* P. 14. *γραμμάτιον* F, *γραμμάτων* P. 18. *ἠλευθεροῦτο* C, *ἐλευθεροῦτο* P.

sisse. quas tamen si qui transgressi sunt, hoc argumento est, imperatoria potestate eos esse ad supplicium proiectos. penes Fortunam igitur supplicio damnatorum hominum sors est: quam Fortunam equidem divinum oraculum esse interpretor eamque in auxilium vocare sane opus est. etenim aut intra manus veniam nancti infelices periculis liberantur aut manus transgressi omni spe salutis destituuntur. ego vero omnia in divina colloco providentia, quae tum quoque istum virum ab oculorum effossione liberavit. deus enim tunc nos, ut consentaneum est, ad commiserandum illum commovit. salutis igitur nuntius ad fornicem properans, in quo manus aeneae defixae erant, gratiae literas iis, qui Michaelem ducebant, dedit. quo facto cum illo reversus et ad turrim se conferens prope regiam aedificatam ibi eum inclusit, id quod facere iussus erat.

7. Necdum carcere is liberatus erat, cum Gregorium Anemae custodia excepit. turris autem erat una ex iis quae in moenium parte regiae in Blachernis sitae contermina dispositae erant, vocaturque Anemae; quam appellationem quasi quadam sorte eo duxit, quod

Βλάχος τὴν ἐπωνυμίαν ταυτηνὶ κληρωσάμενος διὰ τὸ πρώτως τὸν Ἀνεμᾶν σιδηρόδετον δέξασθαι ἐπὶ πολὺν ἐν αὐτῷ χρονοτριβήσοντα χρόνον. καὶ γὰρ ἐπινεμήσεως παριπτευούσης δωδεκάτης δοὺξ προβληθεὶς Τραπεζοῦντος ὁ ἤδη ῥηθεὶς Γρηγόριος ἀποστασίαν πάλαι ὠδίνων ἐν τῷ πρὸς Τραπεζοῦντα ἀπέρχεσθαι εἰς φῶς ἐξήγαγε τὸ ἀπόρρητον. ἐπανιόντι γὰρ πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν τῷ Δαβατηνῷ τῆς δουκικῆς ἀρχῆς εἰς τὸν Ταρωνίτην μετατεθείσης συναντήσας δεσμώτην εὐθὺς αὐτὸν καὶ ἔμφρουρον εἰς Τήβενναν εἶχεν, Cοὐ τὸν Δαβατηνὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιφανῶν Τραπεζουντίων ἱκανοὺς καὶ αὐτὸν δὴ τὸν τοῦ Βακχηνοῦ ἀδελφιδοῦν. ἐπεὶ δὲ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς οὐκ ἐλύοντο, ὁμοφρονήσαντες ἅπαντες τοὺς μὲν φρουροῦντας αὐτοὺς τοῦ ἀποστάτου αἰκίαις καθυποβαλόντες ἔξω τῶν τειχῶν ἐξαγαγόντες πόρρω που ἀπήλασαν, αὐτοὶ δὲ τὴν Τήβενναν σφετερισάμενοι κατεῖχον. ὁ δ' αὐτοκράτωρ πολλάκις διὰ γραφῶν ποτὲ μὲν μετεπέμπετο αὐτόν, ποτὲ δὲ καὶ ξυνεβούλευε τῆς κακίστης ἀποστῆναι πράξεως, εἰ βούλοιτο συμπαθείας τυχεῖν καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀναχθῆναι κατάστασιν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἠπείλει, εἰ μὴ πείθοιτο. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ ὑπακούειν Dτοῦ αὐτοκράτορος τὰ λῳόνα συμβουλεύοντος, ὡς καὶ γραφὴν πολύστιχον πρὸς αὐτὸν ἐκπεπομφέναι καθαπτομένην οὐ μό-

2. *χρονοτριβήσοντα* scripsi: *χρονοτριβήσαντα* P. 9. *Τήβενναν* F, *Τήβεναν* P. 10. *Τραπεζούντων* P, correxi. *Βακχηνοῦ* C. 14. *καθυποβαλόντες* C, *καθυπροβαλόντες* P. 15. *Τήβενναν* F, *Τήβεναν* P. 16. *δὲ* F.

P. 442 κατελθόντας βαρβάρους· ὁ δὲ Ἀμὴρ Μουχούμετ μεμαθηκὼς τὴν συμφορὰν τὴν περὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ Καρμὲ Μουσουλμάνους κατόπιν εὐθὺς ἐλαύνει τοῦ βασιλέως ἐνωθεὶς μετὰ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκούντων Τουρκομάνων καὶ τῶν λοιπῶν, ὥστε ξυνέβαινε τὸν αὐτὸν διώκειν τε καὶ διώκεσθαι. οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Μουχούμετ βάρβαροι τὸν αὐτοκράτορα ἰχνηλατοῦντες ἐδίωκον· ὁ δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Καρμὲ μεταπορευόμενος ἦν, ὥστε μέσον ἀμφοῖν ἐναπείληπτο. ἀλλὰ τοὺς μὲν ἔφθασε νενικηκώς, οἱ δὲ διώκοντες ἔξω κακῶν εἱστήκεισαν ἔτι. ἐπεὶ
B δ' ἀθρόον τῇ οὐραγίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος προσέπεσεν ὁ Μου-
V. 350 χούμετ, πρώτως περιτυγχάνει τῷ Ἀμπελᾷ. ὁ δὲ ἐν αἰσθήσει

1. *νίκην κατ' αὐτῶν* F. 6. *ἀφῆναι* scripsi: *ἀφεῖναι* PA. 9. *δὲ* om. F. 12. *ἐλθόντας* F. *ἀμηρᾶς* A. *Μουχούμετ* PA, *μαχούμετ* F. 17. *μουχούμετ* F, *Μαχούμετ* P. 21. *μουχούμετ* F, *Μαχούμετ* P.

in praesentia quidem salvi erant; verum imperator splendida de iis reportata victoria ad arundinetum conversus inde illos extrahere studuit; cumque milites, qui per uliginosum densumque arundinetum penetrare non poterant, quo se verterent, nescirent, undique militum corona arundinetum cingi iubet et ab una parte ignem accendi. inde sublimi flamma elata fugientes Turcae in militum manus inciderunt; quorum pars caesi, pars vivi ad imperatorem ducti sunt.

6. Sed hactenus de rebus contra eos barbaros gestis qui a Carme descenderant. at vero Amer Muchumet de hac Musulmanorum, qui a Carmo venerant, clade certior factus iunctis, qui Asiam incolunt, Turcomanis reliquisque repente a tergo imperatorem sequitur; quo factum est, ut eundem, qui persequeretur alios, alii persequerentur. nam et Muchumetis milites imperatoris vestigia indagantes eum persequebantur, et hic eos qui a Carme venerant utrimque conclusus agit. quos quidem iam vicerat, cum ipsi qui insequebantur securi procederent. subito vero Muchumet novissimum imperatoris agmen aggressus primum incidit in Ampelam. qui et imperatoris

τοῦ αὐτοκράτορος ὢν καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλέον θαρσήσας καὶ ἄλλως θρασὺς ὢν ἀνὴρ μηδὲ πρὸς μικρὸν περιμείνας τοὺς μετ' αὐτόν, ὥστε σὺν εὐταξίᾳ τὴν μετὰ τῶν Τούρκων προσβολὴν δέξασθαι, κατὰ τοῦ Μουχούμετ ἴεται. παρείπετο δὲ καὶ ὁ Τζιπουρέλης. περὶ παλαιοχώριον δέ τι γενομένους μήπω τῶν ὑπ' αὐτοὺς στρατιωτῶν ἐφθακότων καταλαμβάνει τούτους ὁ Μουχούμετ σταθηρότατος ὤν. τὸν ἵππον δὲ τοῦ Ἀμπελᾶ, οὐ τὸν ἱππότην, διὰ βέλους πλήξας κατὰ γῆς ἔρριψεν. ὃ θεασάμενοι οἱ Τοῦρκοι πεζῷ περιτυχόντες κτείνουσιν. ἀλλὰ καὶ τὸν C
Τζιπουρέλην ἀναισχύντως κατ' αὐτῶν ἰέμενον ὁρῶντες τὸν ἵππον, ἐν ᾧ ἐπωχεῖτο, πτερώσαντες οἷον τοῖς βέλεσιν ἔξεδρον αὐτὸν ἐποίησαν καὶ διὰ μαχαίρας παραχρῆμα ἀνεῖλον. οἱ δὲ τὴν οὐραγίαν τηροῦντες στρατιῶται, ὥστε τοὺς κεκοπιακότας τῶν τὰς σκευὰς τηρούντων στρατιωτῶν καὶ τοὺς ἵππους φρουρεῖν καὶ τοὺς κατ' αὐτῶν ἰεμένους ἀπελαύνειν ὡς δύναμις, καταλαβόντας θεασάμενοι τοὺς Τούρκους κατ' αὐτῶν ἴενται καὶ τρέπουσιν αὐτοὺς κατὰ κράτος. ἐπεὶ δὲ ὁ Καμύτζης μετὰ τῶν Τούρκων τηνικαῦτα δέσμιος παρῆν, τὴν γενομένην σύγχυσιν ἐν τῇ συμβολῇ τῆς μάχης θεασάμε- D
νος καὶ τοὺς μὲν φείγοντας, τοὺς δὲ διώκοντας ὁρῶν σταθηρὸς ὢν δρασμὸν μελετήσας τῆς ὁδοῦ εἴχετο. περιτυχὼν

2. ὁ ἀνὴρ P, ὁ delevi. περιμείνας τοὺς μετ' αὐτόν (περιμείνας scriptum altera manu) C, περικαρτερήσας P. 4. Μαχούμετ P, correxi. δὲ τούτῳ καὶ A. Τζιπαρέλης F, τζιπερούλης A. 5. γενομένους scripsi: γενομένῳ P. αὐτοὺς C, αὐτὸν P. 8. ὃν P, correxi. 9. ἀλλὰ καὶ] finis foliorum insiticiorum; ab eodem qui illa scripsit primus versus (τὸν ... οἷον τοῖς) in insequenti pagina adiectus est. 15. ἀπελαύνειν ἰεμένους F.

vicinia, ante cuius oculos ipsi pugnandum esset, fretus et alioquin vir audacissimus, ne tantillum quidem moratus, ut composito agmine Turcarum impetum exciperet, praeceps in Muchumet fertur. successit etiam Tzipureles; iamque ad vici cuiusdam rudera uterque processerat militibus nondum eo progressis, cum obviam iis fit Muchumet, vir animi praesentis, Ampelaeque equum salvo equite iaculo transfigit, ut corrueret; quo conspecto cinctum peditem Turcae interficiunt. item Tzipurelen audacter in ipsos irruentem cum viderent, postquam equum eius tot telis confixerunt, ut alatus videretur, equo deiectum ferro statim trucidarunt. interea novissimi agminis milites, qui calones defatigatos et equos tueri et hostes a tergo pro viribus prohibere iussi erant, ubi Turcas adesse viderunt, eos aggressi fundunt fugantque. erat tunc vinctus apud Turcas Camytzes, qui perturbationem ut in certamine factam illosque fugere, hos persequi animadvertens, utpote praesenti vir animo, fugam meditans pergit conscensoque equo, quem

δὲ αὐτῷ κατάφρακτός τις Κελτὸς τὸν ἵππον δίδωσι· καὶ καταλαμβάνει τὸν αὐτοκράτορα περὶ τὴν πεδιάδα τῆς τεμ-
P. 443 πείας αὐλιζόμενον μεταξὺ Φιλαδελφείας καὶ Ἀκροκοῦ διακειμένην, οὐχ ἑνί, ἀλλὰ πολλοῖς ἀποχρῶσαν στρατεύμασιν. ὁ δὲ τὸν Καμύτζην θεασάμενος μεγάλως αὐτὸν ἀποδεξάμενος καὶ σῶστρα τῷ ῥυσαμένῳ τοῦτον Θεῷ θύσας πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐκπέμπει "εἰπὲ" λέγων "ὅσα τε πέπονθας καὶ ὅσα ἑώρακας καὶ τὴν ἡμῶν σὺν Θεῷ τοῖς ἡμετέροις κατάγγελον ζωήν". μεμαθηκὼς δὲ τὴν σφαγὴν τοῦ Ἀμπελᾶ καὶ τοῦ Τζιπουρέλη καὶ λίαν ἐπὶ τῇ τούτων σφαγῇ περιαλ-
γήσας ὁ αὐτοκράτωρ τὴν ψυχὴν ἔφη "δύο δόντες ἕνα ἐλάβομεν". ἔθος γὰρ αὐτῷ, ὁπηνίκα νικήσειέ τινα πόλεμον,
B ἀνερευνᾶν, εἴ τις ἑάλω τῶν στρατιωτῶν, εἴ τις ἔργον ἐγεγόνει πολεμίας χειρός· καὶ κἂν ὅλας ἐτρέψατο φάλαγγας καὶ νίκην τὴν κατ' αὐτῶν ἤρατο, ξυμβέβηκε δ' ἕνα που τυχὸν καὶ τῶν ἐσχάτων στρατιωτῶν ἀπολέσθαι, τὸ τῆς νίκης εἰς οὐδὲν ἐλογίζετο πρᾶγμα καὶ Καδμείαν ὡς ἀληθῶς νίκην τὴν νίκην ἐκείνην ἡγεῖτο καὶ ἀντὶ κέρδους ζημίαν. αὐτὸς δὲ ἡγεμόνας τινὰς μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν στρατιωτῶν ἐς φυλακὴν καταστήσας τῆς χώρας Γεώργιον τὸν Λεβούνην καὶ ἑτέρους πρὸς τὴν βασιλεύουσαν νικητὴς ἐπανήει. ὁ μὲν οὖν Καμύτζης καταλαβὼν τὸ Λάμαλιν καὶ ἐν ἀμφηρικῷ εἰσελθὼν περὶ

2. τεπείας F. 4. στρατεύμασι F. 4 sq. ὁ δὲ τὸν C, τὸν δὲ P. 7. ὅσα τε F, τε om. P. 8. κατάγγειλον C, κατάγγειλε P. 15. δὲ ἕνα F, δ' om. P. 22. ἀμφηρικῷ L. Dindorfius: ἀμφιρύκῳ P.

forte Gallus quidam cataphractus ei dederat, cito ad imperatorem delatus est, qui in vallis planitie inter Philadelphiam et Acrocum posita nec uni, sed multis simul excipiendis exercitibus sufficiente castra posuerat. eum simul ac conspexit imperator, laetissimus salutat gratiisque deo relatis ob restitutam illi libertatem ipsum Constantinopolin dimittens "Nuntia," inquit "quidquid et tuleris et videris, ac nos dei gratia valere nostris refer." verum Ampelae Tzipurelaeque caede cognita intimo dolore affectus imperator "Unum" inquit "recepimus, duos amisimus". nam ipsi moris fuit bello gloriose confecto, ut exquireret, ecquis militum captus occisusve esset, eumque unum forte eumque infimi ordinis militem periisse comperisset. etiamsi splendidissima victoria totas hostium phalangas fudisset, eiusmodi victoriam nihili faciebat eamque vere Cadmeam putabat ac noxiam magis, quam utilem. post haec praefectis huic regioni custodiae causa Georgio Lebune aliisque, quibus suas copias reliquit, victor in regiam urbem contendit. Camytzes vero ad Damalin nave

μέσην φυλακὴν τῆς νυκτός, ἐπεὶ τὴν βασιλίδα εἰς τὰ ὑπερ- C
κείμενα τῶν ἀνακτόρων ἐγίνωσκεν οὖσαν, κεῖθι καταλαβὼν V. 351
πατάσσει τὴν περὶ τὸν αἰγιαλὸν πύλην. τῶν δὲ ἐρομένων,
τίς ἂν εἴη, τὴν ἰδίαν οὐκ ἤθελεν ἀποκαλύπτειν κλῆσιν, ἀλλὰ
τὰς πύλας ᾐτεῖτο ἀποζυγωθῆναί οἱ. μόγις οὖν τοὔνομα
ἀνακαλύψας παραχωρεῖται τῆς εἰσόδου. ἡ δὲ Αὔγουστα
περιχαρὴς γεγονυῖα ἐδέξατο τοῦτον ἔξω τῆς τοῦ κοιτῶνος
θύρας (Ἀριστήριον τοῦτο πάλαι ὠνόμαζον), θεασαμένη δὲ
τοῦτον Τουρκικῶς ἐσταλμένον καὶ θατέρων τῶν ποδῶν χω-
λεύοντα διὰ τὸ πληγῆναι ἐν τῷ καιρῷ τῆς μάχης, περὶ τοῦ
αὐτοκράτορος πρώτως ἐρομένη καθεσθῆναι ἐπέταξεν· εἶτα D
περὶ πάντων πυθομένη καὶ τὴν καινὴν ἐκείνην ἐξ ἀπροσ-
δοκήτου νίκην μεμαθηκυῖα τοῦ αὐτοκράτορος καὶ τὸν δορυ-
άλωτον ἐλεύθερον ὁρῶσα οὐκ εἶχεν ὑφ' ἡδονῆς ὅ τι καὶ P. 444
γένοιτο. ἐπέτρεψε δὲ τοῦτον διαναπαύσασθαι μέχρις ἡμέ-
ρας κἄπειτα ἐξελθόντα τὰ συμβεβηκότα διακηρυκεύειν ἅπασι.
καὶ ὁ μὲν πρωΐθεν ἐξαναστὰς καὶ ἐπιβὰς ἵππου τινὸς μετὰ
τῶν ἐσθημάτων ἐκείνων, μεθ' ὧν ἁφῖκτο τῆς αἰχμαλωσίας
παραδόξως ἐλευθερωθείς, ἐπὶ τὸν Κωνσταντίνιον φόρον
ἐλήλυθε. καὶ πᾶσα ἡ πόλις εὐθὺς ἐπ' αὐτῷ ἐκεκίνητο ὁμοῦ
τε καὶ τὰ κατ' αὐτὸν μαθεῖν ἐπειγομένη, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ
κατὰ τὸν αὐτοκράτορα πλέον ποθοῦσα. αὐτὸς δὲ περιστοι-

5. ἀποζυγωθῆναι F, ἀπογυμνωθῆναι P. 8. ὠνόμαζον F, ὀνομαζόμενον P. 14. ἐφ' P, correxi. 15. μέχρις F, μέχρι P. 16. ἅπασι F, ἅπασιν P. 18. ἐσθημάτων F, ἐσθήτων P. 21. τε] μέν?

conscensa circa mediam noctis vigiliam ad superius palatium, ubi Augustam esse cognorat, appulsus portam littori vicinam pulsat. ibi custodibus, quis esset, quaerentibus, cum edere nomen suum initio noluisset, sed pandi sibi ostia iussisset, tandem nomen professus introire permissus et ab Augusta ante cubiculi ianuam, quem locum Aristerium olim vocabant, exceptus est. quem ubi Turcica indutum veste vulneribusque in pugna acceptis utroque pede claudicantem vidit, ante omnia de imperatore percontata iubet considere; cumque totum rerum statum novamque illam ex improviso victoriam imperatoris cognovisset, ipsum etiam captivum coram se liberum intueretur, non habuit, quo satis gaudium suum significaret; deinde iussit ad lucem usque eum quiescere, tum vero prodire et quae contigissent ubique divulgare. itaque mane surgit equoque conscenso in Constantini forum evolat ipsis illis vestibus insignis, quibuscum liber e servitute miro modo evaserat. concurrit statim omnis civitas, cum, quid hoc rei esset, tum maxime nova de imperatore

Βχησάντων αὐτὸν ἱππέων πολλῶν καὶ πεζῶν τά τε κατὰ τὸν πόλεμον λαμπρῷ τῷ στόματι διηγήσατο καὶ ὅσα τότε ξυνέκυρσε κατὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος καὶ δὴ καὶ ὁπόσα ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν βαρβάρων ἐμηχανήσατο καὶ ὅπως ἤρατο νίκην λαμπρὰν πολλαπλασίαν τὴν ἐκδίκησιν ποιησάμενος· καὶ τέλος ἐπέθηκε τὴν παράδοξον ἑαυτοῦ ἀπὸ τῶν βαρβάρων φυγήν. οἷς ἐπευφήμησεν ὅλον τὸ πλῆθος καὶ μέχρις αἰθέρος ὁ κρότος τῆς εὐφημίας ἀνεληλύθει.

7. Ταῦτα μὲν οὕτως ἐτετέλεστο καὶ ἡ Κωνσταντίνου ἐνεπέπληστο τῶν τοῦ βασιλέως κατορθωμάτων. καὶ γὰρ ὡς Cἀληθῶς ὅσον μὲν ἀπὸ τῆς τύχης δυσχερέσι πράγμασιν ὡμιλήκει καὶ ἀντίξως ἔχουσι πρός τε αὐτὸν καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα καὶ ὅλως δυστυχημάτων πλήθει περιερρεῖτο. ἀλλ' ἥ γε ἀρετὴ τούτου καὶ τὸ ἐγρηγορὸς καὶ δραστήριον ἀντέβαινε καὶ φιλονείκως εἶχε πρὸς ἅπαν δυστύχημα. οὐδενὶ γὰρ τῶν ἀνέκαθεν βασιλέων καὶ εἰς τὴν τήμερον ὄντων πραγμάτων ἐπιπλοκὴ καὶ μοχθηρία παντοδαπῶν ἀνθρώπων καὶ οἶκοι καὶ θύραθεν προσεπέλασεν, ὡς ἐπὶ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος εὕρομεν. εἴτε γὰρ ἔδει πονήρως διατεθῆναι Dτὰ τῶν Ῥωμαίων Θεοῦ παραχωροῦντος (οὐδὲ γὰρ ἂν ἀπὸ τῆς ἀστρώας περιφορᾶς ἐξαπτοίμην ποτὲ τὰ ἡμέτερα) εἴτε V. 352 ἀπὸ τῆς τῶν προβεβασιλευκότων ἀβουλίας εἰς τόδε κατα-

1. αὐτῷ P, correxi. 2. ξυνέκρουσε C. 6. ἀπὸ τῶν F, ἀπὸ om. P. 7. ἐπεφήμησεν P, correxi. 14. ἐγρηγορὸς] prius γ in ras. F. 17. ἐπιπλοκὴν καὶ μοχθηρίαν C. 18. καὶ οἶκοι καὶ θύραθεν om. C. 20. οὐδὲ F, οὐδὲν P.

rescitura. ipse magna equitum peditumque corona stipatus alta voce et universos belli casus et fortunam Romani exercitus et imperatoris contra Turcas apparatus splendidamque eius victoriam, qua abunde Turcas ultus esset, postremo miram ipsius e barbarorum vinculis fugam exposuit; quibus omnis multitudo applausit acclamationum sono ad aetherem usque eunte.

7. Quo facto imperatoris facinora tota Constantini urbe celebrabantur. neque iniuria. licet enim funestam adversantemque et sibi et civitati fortunam expertus malorum copia circumflueret, eius tamen virtus ac strenua vigilantia resistebat fortunae certabatque cum quavis calamitate. neque enim quemquam ante eum imperatorum usque ad nostrum tempus tanta negotiorum implicatio ac tot hominum improbitas, quantae illum, domi forisque exercuerant. nam sive dei providentia oportuit laborare Romanam rem (haud enim astrorum periodis fata nostra adscripserim) sive socordia antecedeu-

στάσεως τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς δυναστείας ἔστη, ὄχλος πολὺς P. 445
πραγμάτων καὶ πολυκύμαντος τάραχος ἐπὶ τῶν καιρῶν τῆς
βασιλείας τοὐμοῦ πατρὸς συνελήλυθεν. ἅμα γὰρ κατὰ ταὐ-
τὸν καὶ Σκύθης ἀπὸ βορρᾶ καὶ ἀπὸ τῆς ἑσπέρας Κελτὸς
καὶ ἐξ ἀνατολῶν Ἰσμαὴλ ἐτετάρακτο χωρὶς τῶν ἀπὸ θαλάσ-
σης κινδύνων, ἄνευ τῶν θαλασσοκρατούντων βαρβάρων, ἄνευ
τῶν πειρατικῶν ἀναρίθμων νηῶν, ἃς ἡ τῶν Σαρακηνῶν
ἐτεκτόνευσε μῆνις, ἃς ἡ τῶν Οὐετόνων συνεπλέξατο πλεο-
νεξία καὶ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας δύσνοια. καὶ γὰρ
ἐποφθαλμιῶσι πάντες αὐτῇ. φύσει γὰρ οὖσα δεσπότις τῶν B
ἄλλων ἐθνῶν ἡ βασιλεία Ῥωμαίων ἐχθρωδῶς διακείμενον
ἔχει τὸ δοῦλον, καὶ ἐπειδὰν ἐπιδράξαιτο καιροῦ, φέρεται
ἄλλος ἄλλοθεν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἕκαστος. ἀλλὰ τὰ μὲν
πρότερον καὶ τὰ τῆς πρὸ ἡμῶν βασιλείας ἐλαφρότατα ἦν
καὶ κουφότερα· ἐπὶ δὲ τοὐμοῦ πατρὸς ἅμα τε ἐπιβεβήκει
τοῦ βασιλικοῦ ἅρματος καὶ εὐθὺς ἐπισυνέρρευσεν ἁπανταχό-
θεν ἅπαντα τὰ δεινά· καὶ ὁ Κελτὸς ἐκεκίνητο καὶ ἐδείκνυ
τοῦ δόρατος τὴν ἀκμὴν καὶ ὁ Ἰσμαὴλ τόξον ἐνέτεινε καὶ τὸ
Νομαδικὸν ἅπαν ἔθνος καὶ Σκυθικὸν ὅλον ἁμάξαις παμ- C
μυρίαις ἐπέβρισεν. ἀλλ' ἴσως τις ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενό-
μενος καὶ ἐντυγχάνων τῷ συγγράμματι δεδεκασμένην εἶπoι
τῇ φύσει τὴν γλῶτταν. ἐγὼ δὲ οὐ μὰ τοὺς τοῦ βασιλέως

1. ὄχλος πολὺς C, πολὺς om. P. 10. ἐποφθαλμῶσι P, correxi.
19. ὅλον scripsi: ὅλαις P. 22. γλῶτταν F, γλῶσσαν P.

tium imperatorum imperium Romanum eo miseriae pervenit, enata est in patris mei regno inexhausta malorum vis et ingens rerum perturbatio, cum velut conspirantes a septentrione Scytha, ab occasu Gallus, ab ortu Ismael tumultuarentur; ut sileam maritima pericula barbarosque mare infestantes et innumerabiles piraticas naves, quas partim Saracenorum ira, partim Vetonum avaritia eorumque contra Romanam rem invidia extruxit. namque omnes obliquis oculis eam aspiciunt. quoniam enim natura haec domina ceterarum gentium constituta est, fit, ut omnes illae quippe ei servientes infensent eam et data occasione alius aliunde terra marique petant. sed tamen ante nos imperii pericula tolerabiliora levioraque erant; simul ac vero pater meus regio curru conscenso regnare coepit, ostendente Gallo hastae cuspidem et Ismaele arcum intendente et universa Nomadum Scytharumque gente innumerabilia sua in nos plaustra devolvente irruunt statim undique omne genus mala. sed dicet fortasse quispiam, dum haec legit, corruptam esse natura linguam meam verum

ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥωμαίων εὐδαιμονίας κινδύνους, οὐ μὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἀθλήματα καὶ τὰς συμφοράς, ἃς ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν ἐπεπόνθει, οὐκ ἔγωγε χαριζομένη τῷμῷ πατρὶ τὰ τοιαῦτα καὶ λέγω καὶ γράφω. ἤ γε καὶ ὅπη τὸν πατέρα σφαλλόμενον ἴδοιμι, ἄντικρυς καὶ παραβαίνω τὸν νόμον τὸν
D φυσικὸν καὶ τῆς ἀληθείας ἐξέχομαι φίλον μὲν καὶ τοῦτον ἡγουμένη, φιλτέραν δὲ τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα· ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν, ὡς πού τις ἔφη φιλόσοφος, κράτιστον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. ἀλλὰ τοῖς πράγμασιν αὐτοῖς ἐπακολουθοῦσα καὶ μήτε προστιθεμένη παρ' ἐμαυτῇ μήτε ὑφαιροῦσα τὰ ξυμπεσόντα καὶ λέγω καὶ γράφω. καὶ ἐγγύθεν ὁ
P. 446 ἔλεγχος· οὐ γὰρ εἰς μυριοστὸν ἔτος ἀνάγω τὸ σύγγραμμα, ἀλλ' εἰσὶν οἵτινες εἰς τὴν τήμερον περιόντες καὶ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν ἐγνωκότες καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἀφηγούμενοι, ἀφ' ὧν καὶ οὐκ ὀλίγα τῆς ἱστορίας ἐνταυθοῖ συνηράνιστο ἄλλων ἄλλο τι διηγουμένων καὶ μεμνημένων ὧν ἕκαστος ἔτυχε καὶ πάντων ὁμοφωνούντων. τὰ μὲν γὰρ πλείω καὶ ἡμεῖς συνῆμεν τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ συνειπόμεθα. οὐ γὰρ ἦν τὸ ἡμέτερον τοιοῦτον οἷον οἰκουρικὸν καὶ ὑπὸ σκιὰν καὶ τρυφὴν
B στρεφόμενον. ἀλλ' ἐμὲ γὰρ ἐξ αὐτῶν σπαργάνων, ὄμνυμι
V. 353 τὸν ἐμαυτῆς Θεὸν καὶ τὴν ἐκείνου μητέρα, πόνοι καὶ θλίψεις παρέλαβον καὶ συμφοραὶ συνεχεῖς, αἱ μὲν ἔξωθεν, αἱ δὲ

3. τῷ μῷ P, correxi. 4. ἤ γε] εἰ δὲ C. 8. φίλοιν add. m. 2 F. 10. ἐμαυτῇ F, ἐμαυτῆς P. 13. περιῶντες P, correxi. 20. τρεφόμενον?

enimvero per illa ipsa pericula, quae imperator pro Romanorum salute subiit, per eiusdem tot certamina calamitatesque, quas pro Christianis perpessus est, minime ego haec patri gratificans loquor scribove; immo sicubi errasse eum video, sine dubitatione naturae lege posthabita veritatem amplector, illum quidem carum ducens, cariorem tamen hanc. etenim, si utrumque carum est, ut aliquando dixit quidam philosophus, optimum est praeferri veritatem. sed rerum vestigia sequens nec quidquam ex meo ingenio addens demensve quae vere acciderunt et dico et scribo. nam adest prope, unde possim argui. neque enim in decies millesimum abhinc annum scriptionis argumentum refero, sed sunt quidam etiam hodie in vivis, qui patrem meum norunt eiusque res enarrant; a quibus non pauca in hos libros collatum est aliis aliud, quod quisque viderat, narrantibus omnibusque consentientibus. plerumque enim ipsa et cum patre eram et matrem comitari solebam, quia non domi mihi in umbra ac deliciis nutriri contigit, sed ab ipsis cunabulis (testem appello deum meum eiusque matrem) labores et incommoda ac continuae domi forisque aerumnae

οἴκοθεν. τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος ὁποδαπῶς εἶχον, οὐκ ἂν εἴποιμι, λεγέτωσαν δὲ ταῦτα οἱ περὶ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ καταλεγέτωσαν. τὰ δὲ ἔξωθεν καὶ ὅσα μοι συνεπεπτώκει οὔπω τὸν ὄγδοον ὑπερελασάσῃ χρόνον καὶ ὅσους ἐχθροὺς ἡ τῶν ἀνθρώπων μοι κακία παρεβλάστησε, τῆς Ἰσοκράτους Σειρῆνος δεῖται, τῆς Πινδαρικῆς μεγαλοφωνίας, τοῦ Πολέμωνος ῥοίζου, τῆς Ὁμηρικῆς Καλλιόπης, τῆς Σαπφικῆς λύρας C ἤ τινος ἄλλης παρὰ ταύτας δυνάμεως. οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν δεινῶν οὐ μικρόν, οὐ μεῖζον, οὐκ ἐγγύθεν, οὐ πορρωτέρω, ὃ μὴ εὐθὺς ἐπέβρισε καθ' ἡμῶν. καὶ δῆτα καὶ ὑπερέσχε σαφῶς τὸ κλυδώνιον καὶ ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν καὶ μέχρι οὗ τὸ σύγγραμμα τουτὶ γράφω ἡ τῶν συμφορῶν ἐπωρύεταί μοι θάλαττα καὶ ἄλλα ἐπ' ἄλλοις καταλαμβάνει τὰ κύματα. ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον εἰς τὰς ἐμαυτῆς συμφορὰς παρασυραμένη. νῦν οὖν ἐπὶ νοῦν ἐλθοῦσα ἐπανήξομαι καθάπερ ἀνάρρουν D ποιησαμένη καὶ πρὸς τὰς πρώτας λαβὰς ἐπανέλθοιμι. τὰ P. 447 μὲν οὖν, ὡς εἶπον, παρ' ἐμαυτῆς ἔχω, τὰ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ξυστρατευσαμένων τῷ αὐτοκράτορι ποικίλως περὶ τούτων μανθάνουσα καὶ διά τινων πορθμέων εἰς ἡμᾶς διαβιβαζόντων τὰ τοῖς πολέμοις ξυμβεβηκότα, μάλιστα δὲ καὶ αὐτοπροσώπως περὶ τούτων διηγουμένων πολλάκις ἤκουον τοῦ τε αὐτοκράτορος καὶ Γεωργίου τοῦ Παλαιολόγου. ἐγὼ δὲ καὶ τὰ πολλὰ τούτων συνελεξάμην καὶ κράτιστα ἐπὶ τοῦ μετὰ τὸν

12. ἐπωρύεταί scripsi: ἐπορύεται F, ἐμπορεύεται P. 13. θάλαττα F, θάλασσα P.

me exceperunt. nam quae corporis mei condicio fuerit, ipsa dicere nolo: sed memorent et enarrent ea gynaecei ministri. ad externa illa mala persequenda, quae mihi nondum octavum aetatis annum egressae inciderint, quotque inimicos in me hominum malitia concitarit, opus esset Sirene Isocratis, magniloquentia Pindari, Polemonis velocitate, Homerica Calliope, denique Sapphica lyra vel alia his simili ingenii facultate. nihil enim mali nec parvi nec magni prope longiusve extat, quod non improviso nos oppresserit; ac profecto aestus me obruerunt ab illo tempore et vel etiamnunc, cum hunc librum scribo, calamitatum mare me fremens incursat aliique post alios fluctus mergunt. sed ad miserias meas abreptam me sentio ideoque mentis nunc compos quasi emergam reditura ad argumenti mei principium. itaque cum alia, ut dixi, ex mea memoria hausi, alia a sociis expeditionum imperatoris multifariam comperi, a quibus portitorum quorundam ope bellicorum casuum notitia ad me perlata est, tum praecipue et ipsa et imperatorem et Georgium Palaeologum de his factis narrantes saepe audivi. sed eorum, quae prodidi,

ἐμὸν πατέρα τρίτου τὰ τῆς βασιλείας σκῆπτρα διέποντος,
ὅτε καὶ πᾶσα κολακεία καὶ ψεῦδος τῷ πάππῳ αὐτῷ συναπ-
B έρρευσε πάντων τὸν ἐφιστάμενον μὲν θρόνον κολακευόν-
των, πρὸς δὲ τὸν ἀπερρυηκότα μηδέν τι μὲν θωπείας ἐνδεικ-
νυμένων, γυμνὰ δὲ τὰ πράγματα διηγουμένων καὶ αὐτὰ
λεγόντων ὥσπερ ἐσχήκασιν. ἐγὼ μὲν γὰρ τὰς ἐμαυτῆς συμφο-
ρὰς ἀποδυρομένη κατὰ τόδε καιροῦ τρεῖς βασιλεῖς θρηνοῦσα
τὸν πατέρα καὶ αὐτοκράτορα καὶ τὴν ἐμὴν δεσπότιν καὶ
μητέρα καὶ βασιλίδα καὶ τὸν ἐμόν, οἴμοι, σύζυγον Καίσαρα
ἐγγωνιάζω τὰ πολλὰ καὶ βιβλίοις καὶ Θεῷ προσανάκειμαι.
καὶ οὐδὲ τοῖς ἀφανεστέροις ἐξέσται τῶν ἀνθρώπων παρ'
C ἡμᾶς φοιτᾶν, μὴ ὅτι γε δι' ὧν μανθάνειν εἴχομεν, ἅπερ παρ'
V. 354 ἄλλων διακηκοότες ἐτύγχανον, καὶ τοῖς τοῦ πατρὸς οἰκειο-
τάτοις. εἰς τριακοστὸν γὰρ τοῦτο ἔτος, μὰ τὰς τῶν μακα-
ριωτάτων αὐτοκρατόρων ψυχάς, οὐκ ἐθεασάμην, οὐκ εἶδον,
οὐχ ὁμιλήκειν ἀνθρώπῳ πατρῴῳ, τοῦτο μὲν τῶν πολλῶν
ἀπερρυηκότων, τοῦτο δὲ τῶν πολλῶν ἀπειργομένων τῷ φόβῳ
διὰ τὴν τῶν πραγμάτων παλίρροιαν. καὶ τούτοις γὰρ ἡμᾶς
κατεδίκασαν οἱ κρατοῦντες τοῖς ἀτοπήμασι μηδὲ θεατοὺς
εἶναι ἀλλ' ἐστυγημένους τοῖς πλείοσιν. ἃ δὲ συνειλόχειν τῆς
D ἱστορίας, ἵστω Θεός, ἵστω ἡ ὑπερκόσμιος μήτηρ αὐτοῦ καὶ
ἐμὴ δεσπότις, ἀπό τινων συνελεξάμην ξυγγραμμάτων ἀχρείων
P. 448 καὶ ἀσπούδων παντάπασι καὶ γερόντων ἀνθρώπων στρατευ-

2. *συνεπέρρευσε* C. 18. *διὰ τὴν τῶν πραγμάτων παλίρροιαν* C, om. P. 22. *ἡ ἐμὴ* P, *ἡ* om. F.

pleraque ac praecipua imperante tertio post patrem meum collegi, quo tempore omnis et adulatio et simulatio una cum patre evanuerant cunctique imperatori, qui tunc erat, blandientes de eo qui excesserat nihil adulati nuda facta et ut erant res enarrabant. nunc vero et calamitatem meam et trium imperatorum patris imperatoris Augustaeque dominae et matris atque mei heu coniugis Caesaris iacturam lugens me abdo plerumque ad libros et deum conversa. ac ne ignobilibus quidem licebit adire me, nedum iis, a quibus resciscere aliquid queam, quod ab aliis acceperint, aut patris familiaribus. iuro enim per beatissimorum imperatorum animas, neminem a me e patris familiaritate triginta his annis conspectum visumve aut ad colloquium adhibitum esse, quod seu plerique eorum decesserunt seu metus eos propter rerum inconstantiam deterruit; quia qui plurimum potuerunt, tam nefarie nos tractarunt, ut nos et visitari noluerint et velint plerisque odio esse. at quae de historia collegi, testor deum caelestemque eius matrem ac dominam meam, ex commentariis qui-

σαμένων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν οὑμὸς πατὴρ τῶν σκήπτρων Ῥωμαίων ἐπείληπτο, χρησαμένων δὲ συμφοραῖς καὶ μετασχηματισθέντων ἀπὸ τῆς κοσμικῆς τύρβης εἰς τὴν τῶν μοναχῶν γαληνιαίαν κατάστασιν. τὰ γὰρ εἰς χεῖρας ἐμὰς ἐμπεσόντα συγγράμματα ἁπλᾶ μὲν ἦσαν τὴν φράσιν καὶ ἀπερίεργα καὶ τῆς ἀληθείας ἐχόμενα καὶ οὐδέν τι κομψὸν ἐπιδεδειγμένα οὐδὲ ῥητορικὸν ὄγκον ἐπισυρόμενα. τὰ δὲ παρὰ τῶν γεραιτέρων ἐκδιηγούμενα τῆς αὐτῆς ἦσαν καὶ λέξεως καὶ διανοίας τῶν συγγραμμάτων ἐχόμενα· καὶ ἐτεκμη- B
ῥάμην ἐξ αὐτῶν τὴν τῆς ἱστορίας ἀλήθειαν συμβάλλουσα καὶ παρεξετάζουσα τὰ παρ' ἐμαυτῆς ἱστορούμενα πρὸς τὰ παρ' ἐκείνων λεγόμενα καὶ τὰ παρ' ἐκείνων πρὸς τὰ παρ' ἐμαυτῆς, ἅπερ αὐτὴ ἐξ αὐτοῦ τε τοὐμοῦ πατρὸς καὶ τῶν πρὸς πατρὸς καὶ μητρὸς ἐμοὶ θείων ἠκηκόειν πολλάκις. ἀφ' ὧν ἁπάντων τὸ τῆς ἀληθείας ἅπαν σῶμα συνεξεφαίνεται. ἀλλ' ὅπερ ἄνωθεν εἶπον περὶ τῆς τοῦ Καμύτζη τῶν βαρβάρων ἀποφυγῆς καὶ τῆς παρ' ἐκείνου πρὸς τοὺς πολίτας δημηγορίας, ὁ λόγος ἐχέσθω. ὁ μὲν γὰρ διηγήσατο τὰ συμπεπ- C
τωκότα, καθάπερ εἴπομεν, καὶ ὅσα ὁ βασιλεὺς κατὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐτεχνάσατο. οἱ δὲ τῆς Κωνσταντίνου οἰκήτορες μία φωνὴ καὶ χεῖλος ἓν γεγονότες ἀνεφήμουν, ὕμνουν τὸν αὐτοκράτορα, ἐξεθείαζον, ἐμακάριζον τῆς στρατηγίας, οὐκ εἶχον ὅπως τὴν ἐπ' αὐτῷ ἡδονὴν κατασχεῖν. ἀλλὰ τὸν μὲν

1. ἐκεῖνο] κεῖνο add. m. 1 F.

busdam incomptis simplicibusque contuli aut a senibus accepi, qui patre meo regnante militarant postcaque ob adversus casus conversi e mundi strepitu in monasterii quietem se receperant. nam scripta, quae in manus meas inciderunt, dictione erant facilia et simplicia, veritatis studiosa, omni fuco et rhetorum pompa libera. quae vero a senioribus tradebantur, eiusdem plane generis erant, sive elocutionem sive sententiam spectas, atque scripta illa, ex iisque historiae veritatem erui diligenter comparans et conferens quae ipsa noram cum eorum narrationibus et eorum memoriam cum iis, quae ipsa a patre meo ac patruis avunculisque meis saepe audiveram: ex quibus omnibus totum veritatis corpus contexui. sed ad Camytzae fugam e barbarorum manibus eiusque coram civibus relationem redeat oratio; quem quaecumque accidissent quaeque imperator adversus Ismaelitas egisset narrasse diximus. exultare ad id uno animo unoque ore Constantinopolitani, praedicare Augustum, ob summam bellandi artem miramque felicitatem tamquam deum venerari. hinc in omnem

Καμύτζην σὺν εὐθυμίᾳ παραπέμψαντες οἴκαδε μεθ' ἡμέρας
τινὰς δέχονται καὶ τὸν αὐτοκράτορα νικητὴν τροπαιοῦχον,
ἀνίκητον στρατηγόν, ἀήττητον βασιλέα, σεβαστὸν αὐτοκράτορα.
D *καὶ οἱ μὲν οὕτως· ὁ δὲ εἰσελήλυθὼς τὰ βασίλεια καὶ σῶστρα*
V. 355 *θύσας Θεῷ καὶ τῇ Θεομήτορι τῶν συνήθων εἴχετο τρόπων.*
P. 449 *τοὺς γὰρ ἔξωθεν πολέμους καταστησάμενος καὶ τὰς τῶν*
τυράννων στάσεις ἀποκρουσάμενος εἰς δικαστήρια καὶ νόμους
ἀπέβλεπεν. ἦν γὰρ παρ' ἑκάτερον καιρὸν καὶ εἰρήνης καὶ
μάχης ἄριστος οἰκονόμος. ἔκρινε γὰρ ὀρφανὸν καὶ ἐδικαίου
χήραν καὶ κατὰ πάσης ἀδικίας δριμύτατον ἔβλεπεν ὀλίγα
τὸ σῶμα διαναπαύων ἐν κυνηγεσίοις τε καὶ ἀνέσεσι. καὶ
γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων ἐφιλοσόφει καὶ τοῦτο, χαλιναγωγεῖν
τὸ σῶμα καὶ εὐαγωγότερον ἑαυτῷ καθιστᾶν. ἐξεδίδου μὲν
γὰρ αὐτὸ τοῖς πόνοις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, πάλιν δὲ ἐπανε-
B *καλεῖτο τῶν πόνων· καὶ ἡ ἄνεσις τούτῳ δεύτερος πόνος,*
βιβλίων ἀνάγνωσις καὶ ἐξέτασις καὶ ἡ τοῦ "ἐρευνᾶτε τὰς
γραφὰς" παραγγέλματος ἐπιμέλεια. τὰ δ' αὖ κυνηγέσια καὶ ἡ
ἀπὸ τοῦ σφαιρίζειν παιδιὰ δευτέρου λόγου καὶ τρίτου προσῆν
τῷμῷ πατρί, ἕως ἔτι νέωτερος ἦν καὶ οὔπω τὸ θηρίον,
ἡ τῶν ποδῶν διάθεσις, αὐτῷ ἐπισυνεπλάκη καθάπερ ὄφις
τις σκολιὸς καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ τῆς κατάρας δάκνων αὐ-
τοῦ τὴν πτέρναν. ἐξ ὅτου δὲ τὰ τοῦ νοσήματος ὑπήρξατο

14. *πάλιν* om. C. 19. *τῷ μῷ* P, correxi.

laetitiae significationem effusi Camytzen domum comitantur; paucisque diebus interiectis imperatorem exceperunt victorem tropaeophorum, ducem invictum, insuperabilem principem, augustissimum imperatorem eum acclamantes. ipse palatium ingressus deo deique matri gratiis actis consuetae vitae tenorem recepit. etenim externis bellis confectis intestinisque tyrannorum seditionibus oppressis, quippe pacis simul et belli optimus curator, ad ius legesque se convertit. iudicabat orphani causam, ius viduae tuebatur, omnem iniquitatem severissime animadvertebat nec venando aliisque remissionibus se nisi raro oblectabat: nam etiam in eo quod corpus frenandum sibique subigendum esse putavit. philosophum se praestitit. namque plurimum ille tempus laboribus impendebat revocatusque ab iis remissionem in altero labore ponebat, in librorum lectione studioque atque in observatione praecepti illius 'scrutamini scripturas'. secundo deinde tertioquo loco patri meo iam iuveni venatio ac pilae ludus erat, quoad illa fera, pedum scilicet morbus, velut obliquus quidam serpens, "mordens", ut est in maledictione, "calcem eius", nondum eum comprehendit; qui ubi eum corripere atque ingravescere coe-

καὶ εἰς ἀκμὴν ἦκε, τότε δὴ καὶ γυμνασίοις ἑαυτὸν ἐπεδίδου καὶ τοῖς ἱππάσμασι καὶ ταῖς ἄλλαις παιδιαῖς παράγγελμα τοῦτο λαβὼν ἐξ ἰατρικῆς ἐπιστήμης, ἵνα ταῖς συνεχέσιν ἱππασίαις διαφοροῖτό τι τῆς καταρρεούσης ὕλης καὶ τοῦ ἐπιβρίθοντος βάρους κουφίζοιτο. τοῦτο γὰρ τὸ πάθος ὁ ἐμὸς πατήρ, καθάπερ εἰρήκειν ἄνωθεν, οὐκ ἐξ ἑτέρας αἰτίας ἔξωθεν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πόνων καὶ τῶν καμάτων ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων δόξης ἐσπάσατο. C

8. Οὔπω ἐνιαυτὸς εἷς παρελήλυθει καὶ λογοποιουμένην ἀκηκοὼς αὖθις [περὶ] τῶν Κομάνων διὰ τοῦ Ἴστρου διαπεραίωσιν ὀγδόης ἤδη ἐπινεμήσεως ἐφισταμένης ἀρχομένου φθινοπώρου κατὰ μῆνα Νοέμβριον ἔξεισι τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων καὶ τὰς δυνάμεις ἁπάσας μεταπεμψάμενος κατατίθησι τούτους εἴς τε Φιλιππούπολιν καὶ εἰς τὸν λεγόμενον Περιτζὸν καὶ Τριάδιτζαν καὶ εἰς τὸ θέμα τοῦ Νίσου μέχρι καὶ τῆς παρίστρας Βουρανιτζόβης ἐπισκήψας πολλήν τε περὶ τοὺς ἵππους αὐτῶν ἐνδείκνυσθαι ἐπιμέλειαν, ὥστε πίονας γεγονότας ἐν καιρῷ μάχης δύνασθαι φέρειν τοὺς ἐπιβάτας, αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν Φιλιππούπολιν ἐνδιατρίβει. πόλις δὲ αὕτη περὶ τὴν τῆς Θρᾴκης μεσόγειαν. Εὖρος τῇ πόλει παραρρεῖ πρὸς βορρᾶν ἄνεμον πνέοντα· ῥεῖ μὲν γὰρ οὗτος ἀπὸ τῶν περάτων αὐτῶν τῆς Ῥοδόπης καὶ πολλὰς ποιούμενος D

P. 450

7. καὶ τῶν F, τῶν om. P. 9. .... οὔπω F. λογοποιουμένην FC, λογοποιουμένων P. 10. περὶ seclusi. 13. ἁπάσας] hoc verbum ultimum est in codice Florentino. 15. Νίσου C, Νήσου P. 16. Βρανιζόβης Ducangius. 19. ἐνδιατρίβει scripsi: ἐνδιατρίβων P.

pit, ex praecepto artis medicae ad gymnicos ludos, equitationes, alia exercitia incumbere eum oportuit, si forte frequentibus equitationibus defluentem humorem discuteret gravitatemque ponderis levaret. quod quidem malum, ut supra docui, nulla extrinsecus causa, sed laboribus molestiisque pro Romanorum gloria sustentatis sibi contraxerat.

8. Necdum uno anno praeterito, ubi fama percrebruit, rursus Comanos Istrum traicere, ineunte octava indictione, autumni initio, mense Novembri e regia urbe profectus undecumque arcessitas copias partim Philippopoli partim in locis, quae Peritzus et Triaditza vocantur, partim in Nisi themate usque ad Istro vicinam Buranitzoben disposuit; quos omni ope equos suos curare iussit, ut pingues ii ac robusti essent ad ferendos in pugna equites ipse commoratur Philippopoli urbe in media fere Thracia, quam Hebrus a septemtrione praeterfluit. is enim amnis ab extrema Rhodope

ἕλικας καὶ καμπὰς παραμείβει τε τὴν Ἀδριανοῦ πολλῶν καὶ ἄλλων ἐς ταὐτὸ ποταμῶν συνεμβεβληκότων καὶ περὶ τὴν Αἶνον πόλιν ἐκδίδωσιν εἰς τὴν θάλασσαν. Φίλιππον δὲ ὅταν εἴπω, οὐ τὸν Μακεδόνα λέγω, τὸν τοῦ Ἀμύντου, νεω-
B τέρα γὰρ ἡ πόλις τοῦ Φιλίππου τούτου, ἀλλὰ τὸν Ῥωμαῖον 5
V. 356 Φίλιππον, ὃς ὑπερωμίας γέγονεν ἀνὴρ καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ σῶμα ἀνυπόστατος. πολίχνιον δὲ ἦν τὰ πρῶτα καὶ πρὸ Φιλίππου Κρηνίδες ὀνομαζόμενον, παρ' ἐνίων δὲ Τριμοῦς. ἀλλ' ὅ τε μέγιστος ἐκεῖνος Φίλιππος εἰς μέγεθος τὴν πόλιν ἐξάρας καὶ περικυκλώσας ταύτην τείχεσι περιβόητον τῶν ἐν 10
Θρᾴκῃ πεποίηκε πόλεων ἱππικά τε καταστησάμενος ἐν αὐτῇ μέγιστα καὶ ἄλλ' ἄττα κατασκευάσματα θαύματος ἄξια, ὧν ἴχνη κατέλαβον καὶ αὐτὴ μετὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιδεδημηκυῖα τὴν πόλιν κατὰ χρείαν τινά. ἡ δὲ πόλις τρίλοφός
C ἐστιν ἑκάστου λόφου περιζωννυμένου τείχει μεγάλῳ καὶ 15
ὑψηλῷ· ὅπου δὲ πρὸς πεδιάδας ὑποκύπτει καὶ ὁμαλότητας, τάφρος αὐτὴν περιθέει παρ' Εὔρῳ κειμένη. καὶ ἦν, ὡς ἔοικε, ποτὲ πόλις ἡ πόλις αὕτη μεγάλη τε καὶ καλή. ἀφ' οὗ δὲ Ταῦροι καὶ Σκύθαι τὴν πόλιν ἐν τοῖς ἀνέκαθεν χρόνοις ἠνδραποδίσαντο, εἰς τόδε τοῦ σχήματος ἡ πόλις κατέστη, 20
ἐν ᾧ ἡμεῖς κατειληφότες αὐτὴν ἐπὶ τῶν τοῦ ἐμοῦ πατρὸς σκήπτρων τὴν πόλιν μεγαλόπολιν ὡς ὄντως ἐτεκμηράμεθα. ἐδυστύχει δὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἀσεβῶν ἐπιδημίᾳ

2. ἑς* (ἑς in ras. m. 2) C. ταιτὸ* C. 10. τῶ C¹, τῶν C². 11. αὐτῷ P, correxi. 12. ἄλλάττα C, ἄλλα P. 15. ἑκάστου scripsi: ἐκείνου CP. περιζωννυμένου C, περιζωννύμου P.

ortus post multos flexus obit Hadriani urbem ac multis aliis fluviis auctus ad Aenum oppidum in mare influit. Philippum commemorans non dico Macedonem Amyntae filium, quia urbs illa multo eo recentior est, sed Romanum Philippum, ingentis corporis virum, cuius robori nihil potuit resistere. ibi ante eum oppidum fuit, quod Crenides vocabant, quidam etiam Trimontium. quod maximus ille Philippus structis circum moenibus in eam magnitudinem evexit, ut clarissima Thraciae civitas esset: circos quoque maximos aliaque mira aedificia in ea condidit, quorum ipse vidi vestigia, quando nescio qua causa ibi cum imperatore affui. urbs in tribus collibus sita, quorum unusquisque magno et alto muro cingitur; qua vero parte in planitiem et campum vergit, propo Hebrum fossa coercetur. fuit olim, ut apparet, urbs magna et splendida; ex quo autem Tauri Scythaeque eam superiore tempore ceperunt, hanc nancta est speciem, in qua nos eam sub patre meo reperientes peramplam sane fuisse coniecimus. sed cum alias tum infidelium confluxu infelix erat. nam

πολλῶν. Ἀρμένιοί τε γὰρ διενείμαντο τὴν πόλιν ταύτην καὶ οἱ λεγόμενοι Βογόμιλοι, περὶ ὧν ὕστερον καὶ αὐτῶν D καὶ τῆς τούτων αἱρέσεως ἐροῦμεν κατὰ καιρόν, καὶ δὴ καὶ οἱ δυσθεώτατοι Παυλικιάνοι, τῆς Μανιχαϊκῆς ἀποσπάδαι τυγχάνοντες, ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου, ὡς καὶ τοὔνομα λέγει, γεγενημένοι, οἳ τῆς ἀσεβείας τοῦ Μάνεντος ἐπισπασάμενοι ἄκρατον τοῖς ἀπ' ἐκείνων μεταδεδώκασιν. ἠβουλόμην οὖν τὸ δόγμα τῶν Μανιχαίων ἐπιδραμεῖν καὶ συνεσπειραμένως ἀναπτύξαι, προσέτι σπουδάσαι [τε] τὴν ἀνατροπὴν τῶν ἀθεω- P. 451 τάτων δογμάτων τούτων. ἀλλ' ἅμα μὲν εἰδυῖα, ὅτι πᾶσίν ἐστι καταγέλαστος ἡ τῶν Μανιχαίων αἵρεσις, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἱστορίαν ἐπισπεύδουσα παρίημι τοὺς κατὰ τούτων ἐλέγχους. καὶ ἄλλως δὲ οὐ τοὺς τῆς ἡμετέρας αὐλῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν οἶδα τὸν καθ' ἡμῶν λελυτιηκότα Πορφύριον ἐν πλείοσι κεφαλαίοις εἰς ἀπορίαν πολλὴν συνωθήσαντα τὸ τῶν Μανιχαίων φλύαρον δόγμα ἐπιστημονικώτατα περὶ τῶν δύο ἀρχῶν ἐπισκεψάμενον, εἰ καὶ ἡ μοναρχία τούτου εἰς τὴν Πλατωνικὴν ἑνάδα ἢ καὶ τὸ ἓν τοὺς ἀναγινώσκοντας B ἀναγκάζει συνάγειν. ἡμεῖς γὰρ μοναρχίαν τιμῶμεν, οὐχ ἓν πρόσωπον περιγράφει. οὐδὲ τὸ ἓν τὸ τοῦ Πλάτωνος προσηκάμεθα· τοῦτο τὸ παρ' Ἕλλησιν ἄρρητον καὶ παρὰ Χαλδαίοις ἀπόρρητον· ἐξαρτῶσι γὰρ αὐτοῦ πολλὰς καὶ ἄλλας

2. *Βωγόμιλοι* P, correxi. 5. *λέγει* C¹, *λέγειν* C²P. 6. *οἳ τὸ*? 9. *προσέτι* P, *προσέπι* C. *τε* seclusi. 13. *τοὺς* scripsi: *τὸν* C, *τῶν* P. 17. *τούτου* scripsi: *τούτῳ* P. 19. *οὐχ ἓν* scripsi: *οὐχὶ* C (sed *ὶ* in ras. m. 2) P. 20. *τὸ τοῦ* C, *τοῦ* om. P. 21. *παρὰ* scripsi: *περὶ* P. 22. *Χαλδαίοις* C, *Χαλδαίους* P.

ibi et Armenii sedes habuerunt et Bogomili, quos vocant, de quibus eorumque haeresi postea suo loco dicemus, et improbissimi quoque Pauliciani, quae Manichaicae sectae pars est, a Paulo et Ioanne, ut nomen quoque ostendit, condita; qui duo mera Manetis impietate imbuti eam in sectatores propagaverant. volebam equidem Manichaeorum doctrinam perstringere et concisa brevitate exponere refutationemque etiam impiorum istorum dogmatum temptare; quam vero omittam, quia et derideri vulgo Manichaeorum haeresin scio et ad historiam ipsam festino. ceterum non nostri solum eam refutarunt, verum scio et ipsum infestissimum in nos Porphyrium de principiorum dualitate subtilissime disserendo magnam inepti Manichaici dogmatis absurditatem pluribus capitibus coarguisse; quamquam is quidem ita naturae divinae unitatem adstruit, ut inde lectores cogat Platonis henadem sive ens colligere. nos enim divinae naturae unitatem veneramur; minime tamen ea unam personam includit. nec Platonis ens admittimus mysteriis Graecorum Chaldaeorumque celebratum,

ἀρχὰς ἐγκοσμίους τε καὶ ὑπερκοσμίους. ἀλλὰ τούτους δὴ
τοὺς ἀπὸ Μάνεντος καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου, τῶν τῆς
Καλλινίκης, ἀγριωτέρους ὄντας τὰς γνώμας καὶ ὠμοὺς καὶ
V. 357 μέχρις αἵματος διακινδυνεύοντας ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἐκεῖνος
C θαυμάσιος Ἰωάννης ὁ Τζιμισκῆς πολέμῳ νικήσας ἐξανδρα-
ποδισάμενος ἐκ τῆς Ἀσίας ἐκεῖθεν ἀπὸ τῶν Χαλύβων καὶ
τῶν Ἀρμενιακῶν τόπων εἰς τὴν Θράκην μετήνεγκε καὶ τὰ
περὶ τὴν Φιλιππούπολιν αὐλίζεσθαι κατηνάγκασεν, ἅμα μὲν
τῶν ἐρυμνοτάτων πόλεων καὶ φρουρίων, ἃ κατεῖχον τυραν-
νιῶντες, ἀπαγαγών, ἅμα δὲ καὶ φύλακας ἐπιστήσας ἀσφα-
λεστάτους τῶν Σκυθικῶν ἐκείνων διεκδρομῶν, ἃς ὑποσύχνως
ὑπὸ βαρβάρων ταύτῃ Θράκης ἐπεπόνθει χωρία· ὑπερβαίνον-
τες γὰρ τὰ τέμπη τοῦ Αἵμου τὰς ὑπὸ τοῦτον πεδιάδας
κατέτρεχον. ὁ δ' Αἷμος οὗτος ὄρος ἐστὶ μακρότατον κατὰ
D γραμμὴν παράλληλον τῇ Ῥοδόπῃ κείμενον. ἄρχεται μὲν ἀπὸ
τοῦ Εὐξείνου Πόντου τὸ ὄρος καὶ μικρὸν παραμείβων τοὺς
καταῤῥάκτας μέχρις αὐτῶν Ἰλλυρικῶν διήκει· οἶμαι δ', ὅτι
P. 452 καὶ διακοπτόμενον τῷ Ἀδριαντικῷ πελάγει πάλιν εἰς ἀντι-
πέραν ἤπειρον ἀναλαμβάνει καὶ μέχρις αὐτῶν Ἑρκυνίων

1. ἐγκοσμίους scripsi: ἐγκοσμίως P. ὑπερκοσμίους scripsi: ὑπερκοσμίως P. 5. τζιμισχὴς C¹, τζυμισκῆς C²P. 9. ἐρυμνοτάτων C, ἐκρυμνοτάτων P. πόλεων scripsi: πυλῶν C (υ e corr. m. 2) P. τυραννιῶντες] ῶ in C in ras. m. 2. 10. ἀπαγαγών scripsi: ἀπαγαγεῖν C (sed εῖ in ras. m. 2) P. 13. τέμπη] η in C e corr. m. 2. τοῦτον C, τούτων P. 14. μακρότατον P, μακρόπατον C. 15. Ῥοδόπῃ] o posterius in C e corr. m. 2. 16. τὸ ὄρος C, τοῦ ὄρος P. 17. καταῤῥάκτας C, καταράκτας P. 18. Ἀδριαντικῷ P, ἀνδριαντικῷ C.

quippe qui indo multa alia et intra et supra mundum principia apta esse dicant. verum illos Manetis ac Pauli et Ioannis Callinices filiorum sectatores, homines feros rudesque, qui cruorem fundere nihil dubitant, inclitus ille imperator Ioannes Tzimisces, cum devicisset eos captivosque ex Asia duxisset, e Chalybibus Armeniisque in Thraciam transtulit ac circa Philippopolin habitare coegit, partim ut ex munitissimis eos urbibus et arcibus, quas tyrannice ante tenuerant, educeret, partim ut tutissimos custodes eos adversus Scytharum incursiones collocaret, quibus saepe Thraciae regiones premebantur. etenim barbari Haemi angustias transgressi in campos illi subiectos se effundebant. obiacet Haemus mons longissimus ad parallelam liniam Rhodopae incipitque a Ponto Euxino, unde cataractas proxime praeteriens in ipsum Illyricum excurrit; quin emergit, opinor, Adriatico mari interruptus iterum in adversam continentem atque in Hercynias

ὁριμῶν ἀποτελευτᾷ. ἑκατέρωθεν δὲ τῶν καταρρύτων αὐτοῦ πολλὰ καὶ πλουσιώτατα ἔθνη νέμεται Δακῶν μὲν ὄντων βορειοτέρων καὶ τῶν Θρᾳκῶν, νοτιωτέρων δὲ Θρᾳκῶν τε αὐτῶν καὶ Μακεδόνων. τοῦτον τὸν Αἷμον διαπερῶντες οἱ Νομάδες Σκύθαι κατὰ τοὺς ἀνέκαθεν χρόνους, πρὶν ἢ τοῦ Ἀλεξίου τὸ δόρυ καὶ οἱ πολλοὶ ἀγῶνες εἰς πανωλεθρίαν κατήνεγκαν, πανστρατιᾷ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐκάκουν καὶ μάλιστα τὰς ἐγγυτέρους πόλεις, ὧν προὐκάθητο ἡ πάλαι πολυθρύλλητος Φιλιππούπολις. ὁ δὲ Τζιμισκῆς Ἰωάννης τοὺς ἐκ τῆς Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως ἀντιμάχους ἡμῖν ποιησάμενος συμμάχους κατά γε τὰ ὅπλα ἀξιομάχους δυνάμεις τοῖς νομάσι τούτοις Σκύθαις ἀντέστησε· καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῶν πλειόνων καταδρομῶν ἀνέπνευσε τὰ τῶν πόλεων. οἱ μέντοι Μανιχαῖοι φύσει ὄντες ἐλεύθεροι καὶ ἀνυπότακτοι τὸ εἰωθὸς ἐποίουν καὶ εἰς τὴν φύσιν ἀνέκαμπτον. πᾶσα γὰρ ἡ Φιλιππούπολις πλὴν ὀλίγων ὄντες Μανιχαῖοι τῶν τε αὐτόθι Χριστιανῶν ἐτυράννουν καὶ τὰ τούτων διήρπαζον μικρὰ φροντίζοντες ἢ οὐδὲν τῶν ἀποστελλομένων παρὰ βασιλέως. ἠῦξανον τοίνυν καὶ τὰ κύκλῳ Φιλιππουπόλεως πάντα ἦσαν αἱρετικοί. συνεισέβαλε δὲ καὶ τούτοις ἕτερος ποταμὸς ὁ

B

C

1. *ἑκατέρρωθεν* C. *καταρρύτων* scripsi: *καταρρύων* CP. *ταὐτοῦ* P, correxi. 2. *θακῶν* C. 3. *νοτιώτερον* C. 5. *σκῦθοι* C. 9. *πολυθρύλλητος*] *η* in C e corr. m. 2. *τζιμισχῆς* C¹, *τζιμισκῆς* C²P. 10. *ἐκ τῆς* C, *τῆς* om. P. 12. *ἀντέστησε* C, *ἀντίστησε* P. 16. *Φιλιππούπολις*] *ι* ultimum in C e corr. m. 2. *ὄντες Μανιχαῖοι* C, *ὄντων Μανιχαίων* P. 19. *ἠῦξανον* scripsi: *ἠῦξανε* C (*ε* in ras. m. 2) P.

silvas finitur. utrimque autem montis declivia multae eaedemque opulentissimae gentes tenent, Daci Thracesque a septemtrione, meridiem versus iidem Thraces ac Macedones. hunc Haemum nomades Scythae superiore tempore, antequam Alexii hasta et multa proelia eos paene delerunt, transgressi ingenti multitudine Romanum imperium affligebant, inprimis autem vicinas finibus urbes, inter quas clarissima illa quondam Philippopolis princeps habebatur. Ioannes vero Tzimisces istos e Manichaeorum secta adversarios in socios commutatos, si arma spectas, ut firma propugnacula Scythis illis nomadibus opposuit, ex eoque tempore urbes e continuis fere eorum incursionibus respirabant. verumtamen Manichaei natura liberi indocilesque mox ad ingenium suum moresque redierunt. Philippopolis enim incolae, qui omnes paucis exceptis Manichaei erant, vexant Christianos illius regionis diripiuntque eorum bona minima vel potius nulla imperatoris legatorum ratione habita, ita ut sensim paulatimque omnia circa Philippopolin essent haeretica. affluxit ad eos et

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

τῶν Ἀρμενίων ἁλμυρὸς καὶ ἄλλος ἀπὸ τῶν θολερωτάτων πηγῶν Ἰακώβου. καὶ ἦν, ὡς οὕτω γε φάναι, κακῶν ἁπάντων μισγάγκεια· καὶ τὰ μὲν δόγματα διεφώνουν, συνεφώνουν δὲ ταῖς ἀποστασίαις οἱ ἄλλοι τοῖς Μανιχαίοις. ἀλλ' ὅ γε πα-
V. 358 τὴρ ἐμὸς καὶ αὐτοκράτωρ καὶ πρὸς τούτους τὴν στρατιωτι-
D κὴν αὐτοῦ πολυπειρίαν ἀντιτάξας τοὺς μὲν ἁμαχὶ συνειλήφει, τοὺς δὲ καὶ μετὰ μάχης ἠνδραποδίσατο. οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ πρᾶγμα ὄντως καὶ ἀπο-
P. 453 στολικώτατον. τί γὰρ ἄν τις τοῦτον οὐκ ἐπαινέσειε; πότερον ὅτι περὶ τὰς στρατηγίας ἀμελῶς εἶχε; καὶ μὴν ἀνατολὴν καὶ δύσιν ἐπλήρωσε τῶν στρατηγημάτων. ἀλλ' ὅτι τοὺς λόγους παρὰ φαῦλον ἐτίθει; καὶ μήν, ὡς οὐδεὶς ἄλλος, περὶ τὴν θείαν γραφὴν ἐσπουδάκει, ὡς καὶ τὴν γλῶτταν διαθῆξαι πρὸς τὰς τῶν αἱρετικῶν συμπλοκάς. καὶ μόνος οὗτος ὅπλα καὶ λόγους ἀνέμιξε καὶ τοῖς μὲν ὅπλοις τοὺς βαρβάρους
B ἐνίκα, τοῖς δὲ λόγοις ἐχειροῦτο τοὺς ἀντιθέους, ὥστερ δὴ τότε καὶ κατὰ Μανιχαίων ἐξώπλιστο ἀποστολικὴν ἀντὶ στρατηγικῆς ἀναδεξάμενος ἀγωνίαν. καὶ ἔγωγε τοῦτον τρισκαιδέκατον ἂν ἀπόστολον ὀνομάσαιμι. καίτοι τινὲς Κωνσταντίνῳ τῷ μεγάλῳ τοῦτο τὸ κλέος προσάπτουσιν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἢ σὺν τῷ Κωνσταντίνῳ τῷ αὐτοκράτορι τετάχθαι τοῦτον, ἢ εἴ τις φιλονεικείη, ἔστω μετά γε Κωνσταντῖνον

3. μισγάγκεια P, μισγάγγεια C. 5. στρατιωτικὴν] ιωτ in C in ras. 7 sq. δ' αὖ τόδ' scripsi: δ' αὐτὸ δ' P. 12. παρὰ scripsi: περὶ P. 16. δὴ scripsi: δὲ P. 17. στρατιγηκὴν C¹ corr. C². 20. τοῦτο· C. 22. Κωνσταντῖνον] ν ultimum in C in ras. m. 2.

peramarum quasi Armeniorum flumen et aliud e lutulentissimis Iacobi fontibus; quo factum erat, ut esset hic quoddam omnium malorum confluvium dissentientibus inter se dogmatis, consentientibus reliquis cum Manichaeis in ipsa a vera fide defectione. sed pater meus insigni sua belli scientia his opposita alios sine vi domuit, alios pugna in deditionem compulit. quantum tulit fecitque in hoc opere vere apostolico! etenim quid tandem est, quod non laudemus eum? num ad rem militarem segnis fuit? at orientem occidentemque bellica sua laude implevit. an forte disputandi artem parvi fecit? ille vero, quantum nemo alius, in sacrorum librorum lectione versatus linguam etiam ad certamina cum haereticis acuit. itaque unus et armorum et verborum certamina miscuit barbaros armis, disputando autem haereticos vincens, quemadmodum tunc quoque in Manichaeos armatus apostolicam sane expeditionem pro militari suscepit. quare hunc ego decimum tertium apostolum nominarim: etsi enim nonnulli id decus Constantino Magno vindicant, mihi tamen Alexius vel eodem, quo Constantinus, honore dignus videtur, vel, si

ἀπόστολος ἅμα καὶ βασιλεὺς ὁ Ἀλέξιος. ὡς γὰρ ἔφθημεν ἄνωθεν εἰρηκότες, κατὰ τὴν Φιλίππου γενόμενος διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας τῶν Κομάνων μήπω καταλαβόντων ὁδοῦ πάρεργον μεῖζον τοῦ ἔργου ἐποιεῖτο τοὺς Μανιχαίους τῆς ἁλμυρᾶς μετάγων θρησκείας καὶ τοῦ γλυκέος ἐμφορῶν δόγ- C
ματος. ἀπὸ πρωΐας οὖν μέχρι δείλης [ἑῴας] ἢ καὶ ἑσπέρας, ἔστιν οὗ καὶ δευτέρας ἢ καὶ τρίτης φυλακῆς τῆς νυκτὸς μεταπεμπόμενος τούτους τὴν ὀρθότομον ἐδίδασκε πίστιν ἐξελέγχων τὸ διεστραμμένον τῆς αὐτῶν αἱρέσεως. συμπαρῆ-
σαν δὲ τούτῳ Εὐστράτιος ὁ τῆς Νικαίας πρόεδρος, ἀνὴρ τά τε θεῖα σοφὸς καὶ τὰ θύραθεν, αὐχῶν ἐπὶ ταῖς διαλέξεσι μᾶλλον ἢ οἱ περὶ τὴν στοὰν καὶ ἀκαδημίαν ἐνδιατρίβοντες, καὶ αὐτὸς δὴ ὁ τῆς Φιλιππουπόλεως τῷ ἀρχιερα- D
τικῷ ἐγκαθιδρυμένος θρόνῳ. ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ πρὸ πάντων τὸν ἐμὸν Καίσαρα Νικηφόρον ὁ αὐτοκράτωρ συναιρόμενον εἶχε στομώσας τοῦτον τῇ τῶν θείων βιβλίων μελέτῃ. πολ- P. 454
λοὶ μὲν οὖν τηνικαῦτα τῶν Μανιχαίων μηδὲ διστάζοντες ὅλως προσῄεσαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐξομολογούμενοι τὰς σφῶν ἁμαρτίας καὶ τοῦ θείου φωτίσματος ἐπιτυγχάνοντες· πολλοὺς δὲ ἦν ἰδεῖν τηνικαῦτα ὑπὲρ τοὺς Μακαβαίους ἐκείνους τῆς ἰδίας ἀντεχομένους θρησκείας χρήσεις τε καὶ μαρτυρίας τῶν

1. ἔφθημεν scripsi: ἔφημεν C (με in ras. m. 2) P. 6. ἑῴας seclusi. 10. ὁ Leo Allatius: ὅ τε P. 13. δὴ C, δὲ P. 16. βιβλίων] ιω in C e corr. m. 2. 20. ἦν ἰδεῖν C, ἦν om. P.

certandi studio aliquid concedamus, proximus saltem illi apostolus et imperator nominandus esse. nam cum ad Philippopolin, ut supra narravi, propter causas, quas indicavi, commoraretur necdum advenissent Comani, maius eo quod agebat opus ex occasione aggressus Manichaeos ab amara superstitione ad suave dogma coepit adducere. a mane igitur ad pomeridianum tempus atque adeo ad vesperum, interdum ad secundam tertiamque noctis vigiliam arcessitos eos rectam fidem docebat perversitatemque eorum haereseos coarguebat. aderant ei cum Philippopolitanus archiepiscopus tum Eustratius, Nicaeae antistes, vir et sacrarum et profanarum litterarum peritus ac dialectica arte magis excellens, quam qui in stoa et in academia versantur. praeter hos vel potius ante omnes imperatori Nicephorus meus Caesar auxiliabatur, quem converterat ad divinos libros lectitandos. itaque multi Manichaeorum sine ulla dubitatione ad sacerdotes ibant peccataque sua confessi divini baptismi fiebant participes; multos autem videre licuit, qui Maccabaeorum constantiam superantes superstitiones suas tenebant sacrae scripturae sententias auctoritatesque proferentes, qui-

θείων προφέροντας γραφῶν ἐντεῦθεν ἰσχυροποιεῖν οἰομένους τὸ σφῶν αὐτῶν κατάπτυστον δόγμα. ἀλλὰ τῇ συνεχεῖ τοῦ
V. 359 αὐτοκράτορος ὁμιλίᾳ καὶ ταῖς συχναῖς παραινέσεσι καὶ τοί-
B των οἱ πλείους πειθόμενοι τοῦ θείου μετέσχον βαπτίσματος. καὶ γὰρ ἐξ ἀνατολῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐς βαθυτάτην νύκτα πολλάκις τὰ τῆς διαλέξεως παρετείνετο, καὶ τῆς τοιαύτης ὁμιλίας μὴ ἀφιστάμενος ἄσιτος τὰ πολλὰ διετέλει καὶ ταῦτα ἐν καιρῷ θέρους ἐν ὑπαίθρῳ σκηνῇ διακαρτερῶν.

9. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο καὶ ἡ λογικὴ ἐκείνη μετὰ τῶν Μανιχαίων συνεκροτεῖτο ἅμιλλα φθάσας τις ἀπὸ τοῦ Ἴστρου τὴν τῶν Κομάνων ἀπήγγελλε διαπεραίωσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ μελλήσας ὅλως πρὸς τὸν Δάνουβιν ἤλαυνε τοῖς
C περιτυχοῦσι στρατιώταις συγχρησάμενος. καὶ τὴν Βιδύνην καταλαβὼν καὶ τοὺς βαρβάρους μὴ εὑρηκώς (προέφθασαν γὰρ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλευσιν μεμαθηκότες εἰς τοὐπίσω διαπερᾶσαι) παραχρῆμα στρατιώτας γενναίους ἀποδιελόμενος τὴν τῶν βαρβάρων ἐπιδίωξιν ἐπέτρεψεν. οἱ δὲ κατόπιν τούτων παραχρῆμα ἤλαυνον τὸν Ἴστρον διαπεράσαντες. καὶ ἐπὶ τρισὶ διώκοντες νυχθημέροις, ἐπεὶ τοὺς Κομάνους ἐθεάσαντο δι' ὧν ἐπεφέροντο σχεδιῶν τὸν ἐκεῖσε τοῦ Δανού-
D βεως ῥέοντα ποταμὸν διαπεράσαντες, ἄπρακτοι πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐπανέστρεψαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἠνιάθη μέν, ὅτι

1. οἰομένους P, οἰόμενος C. 2. τῇ· C. 3. καὶ scripsi: κἂν CP. 6. πολλάκης C^1, πολλάκις C^2. 10. τις] τι in C in ras. m. 2. 11. ἀπήγγελλε] ελ in C in ras. m. 2. 12. μελλήσας P, μελήσας C. 19. Κομάνους] μάνους in C in ras. m. 2. 20. Δαν·νούβεως C.

bus dogma suum detestabile firmari credebant. sed et horum plerique continuis imperatoris disputationibus hortationibusque convicti sacro baptismate initiabantur; nam a prima luce ad multam saepe noctem eiusmodi colloquia impransus plerumque continuabat aestatis tempore in subdiali ille quidem tabernaculo perseverans.

9. Dum haec geruntur et logica ista cum Manichaeis pugna flagrat, advolat quidam, qui ab Istro Comanos traiecisse nuntiat. tum sine mora imperator Danubium petit assumptisque qui in promptu erant militibus Bidynen profectus, cum barbaros non invenisset, quippe qui cognito imperatoris adventu iam ultra fluvium retrocessissent, selectam extemplo fortium virorum manum barbaros fugientes persequi iubet. qui Istrum statim transgressi ac tres dies totidemque noctes Comanos insecuti, ubi eos amnem quemdam ultra Danubium fluentem ratibus traiecisse viderunt, re infecta ad imperatorem revertuntur. is etsi moleste tulit, barbaros ab exercitibus

μὴ κατελήφθησαν παρὰ τῶν στρατευμάτων οἱ βάρβαροι, ὅμως μέντοι καὶ τοῦτο μέρος νίκης ἡγήσατο, ὅτι ἐξ ἀκοῆς καὶ μόνης τοὺς βαρβάρους ἀπῶσε καὶ ὅτι πολλοὺς τῶν ἀπὸ τῆς Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως εἰς τὴν ἡμετέραν μετήνεγκε πίστιν διπλοῦν στησάμενος τρόπαιον καὶ κατὰ βαρβάρων ἀπὸ τῶν ὅπλων καὶ κατὰ τῶν αἱρετικῶν ἀπὸ τῶν εὐσεβεστάτων λόγων. ὑποστρέψας τοίνυν καὶ αὖθις εἰς Φιλιππούπολιν καὶ P. 455 μικρὸν διαναπαύσας ἑαυτὸν πάλιν ἀγώνων εἴχετο. τὸν γάρ τοι Κουλέοντα καὶ τὸν Κούσινον καὶ τὸν ἐπὶ τούτοις Φῶλον, ἄνδρας προστάτας τῆς Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως καὶ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τοὺς ἄλλους Μανιχαίους, δεινοὺς δὲ ἐνστῆναι τῇ ἑαυτῶν κακοδοξίᾳ καὶ πρὸς τὸ πεισθῆναι λόγοις ἀδαμαντίνους, σπαράξαι δὲ τὸ θεῖον λόγιον καὶ κακοσχόλως αὐτὸ ἐκλαβεῖν εἰς ὑπερβολὴν εὐμηχάνους, τούτους μεταπεμπόμενος καθ' ἡμέραν ἑκάστην πρὸς αὐτοὺς τὸν λογικὸν συνεκρότει πόλεμον. καὶ ἦν ἰδεῖν ἀγῶνα διπλοῦν, τοῦ μὲν βασιλέως, ὅπως B σωθεῖεν, καὶ σφόδρα ὑπεραγωνιζομένου, τῶν δ', ὅπως νικήσειαν τὴν λεγομένην Καδμείαν, διαφιλονεικούντων. ἑστᾶσι μὲν γὰρ καὶ οἱ τρεῖς θήξαντες ἀλλήλους καθάπερ συῶν ὀδόντες καὶ τοὺς λόγους τοῦ αὐτοκράτορος ἐν νῷ ἔχοντες διατέμνειν καὶ εἴ τις τὸν Κούσινον ἐξέφευγεν ἔνστασις, V. 360

13. τὸ addidi. αὐτὸ scripsi: αὐτῷ CP. 15. συνεκρότει C, συνεκράτει P. 16. ἠδεῖν C^1, corr. C^2. 17. ὑπεραγωνιζομένου scripsi: ὑπεραγωνιζόμενον P. 18. τὴν C, om. P. 19. θήξαντες] τες in C e corr. m. 2. 20. νῷ P, ὦ C. ἔχοντες] τ in C add. m. 2.

nostris non esse deprehensos, tamen et repulsos illos sola fama et multos se ex Manichaeorum haeresi ad nostram fidem traduxisse in victoria posuit sicque duplex erexit tropaeum, alterum armis contra barbaros partum, alterum contra haereticos disputationibus religiosissimis. quocirca Philippopolin reversus modica quiete usus denuo ad certamina se applicuit. Culeontem enim Cusinumque et Pholum Manichaicae sectae antistites inter ceteros Manichaeos tenacissimos perversae suae doctrinae et ad persuadendum difficillimos, in laceranda vero sacra scriptura eiusque locis pravo studio ad argutias usurpandis callidissimos, eos igitur quotidie ad se vocat acremque cum iis disceptationis bellum gerit; ac duplex conspici certamen potuit, imperatore, ut salvi essent, summopere nitente, illis vero ad reportandam Cadmeam, quae dicitur, victoriam pervicaciter contendentibus. stabant enim tres illi veluti aprorum dentes invicem se exacuentes nihilque nisi rescindere imperatoris rationes cupientes; cumque contrarium aliquod argumentum effugerat Cusinum, id Culeon

ταύτης ὁ Κουλέων ἀντελαμβάνετο καὶ ἀμηχανοῦντος Κουλέοντος ὁ Φῶλος αὖθις ἀντεξανίστατο ἢ καὶ πρὸς τὰς βασιλικὰς προτάσεις καὶ ὑποφορὰς ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ ἠγείρετο
C καθάπερ μέγιστα κύματα ἐπὶ μεγάλοις καταλαμβάνοντα κύμασιν. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ τὰς πάσας τούτων διαλύων ὡς ἱστὸν ἀράχνης ἐνστάσεις ἐπέρραπτε μὲν εὐθὺς τῶν ἀκαθάρτων τὰ στόματα· ὡς δὲ πέπεικεν οὐδαμῶς, τέλος ἀπειρηκὼς πρὸς τὴν τῶν ἀνδρῶν τούτων ἠλιθιότητα προπέμπει τούτους εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἑστίαν ἀποκληρωσάμενος αὐτοῖς τὰς περὶ τὸ μέγα παλάτιον περιδρόμους στοάς. οὐ μὴν ἄθηρος παντάπασιν ἦν, εἰ καὶ τούτους τοὺς ἀρχηγοὺς λόγοις
D τῷ τέως οὐκ ἐθήρασεν, ἀλλ' ἡμέρας ἑκάστης προσῆγε Θεῷ ὅπου μὲν ἑκατόν, ὅπου δὲ καὶ πλείους τῶν ἑκατόν, ὡς συμποσοῦσθαι τούς τε προτεθηραμένους καὶ τοὺς νῦν ὑπὸ τῆς
P. 456 τούτου γλώττης ἑαλωκότας εἰς μυρίας καὶ χιλιάδας ἀνδρῶν πολυαριθμήτων. καὶ τί γὰρ δεῖ λέγειν καὶ διατρίβειν περὶ ὧν ἡ σύμπασα οἰκουμένη ἐπίσταται καὶ μάρτυρές εἰσι καὶ ἀνατολὴ καὶ δύσις; πόλεις γὰρ ὅλας καὶ χώρας ταῖς παντοδαπαῖς αἱρέσεσι κεκρατημένας πολυτρόπως εἰς τὴν ἡμετέραν ὀρθόδοξον μετήνεγκε πίστιν. τοὺς μὲν τὰ πρῶτα φέροντας μεγάλων ἠξίου δωρεῶν καὶ τῶν στρατιωτῶν τοῖς λογάσι

palatium petiit et totus postridie captivis peregrinisque curandis vacabat. iam pueros, quotquot orbitatis miseria afflicti erant, consanguineis suis aut iis, quos sanctiorem vitam degere sciebat, et monasteriorum praefectis dispertivit mandavitque, ne eos ut servos, sed veluti liberos omni eruditione instituerent imbuerentque sacris litteris. complures etiam in orphanotrophium recepit, quod ipse extruxerat ac litterario ludo auxerat, eiusque praefectis omni eos doctrinae genere erudiendos tradidit. in illa enim urbis parte, quae arci proxima est, ubi maris os aperitur, cum templum maximum magno apostolo Paulo dedicatum invenisset, aliam urbem in ipsa regia urbe extrui iussit. nam cum in altissimo huius urbis loco tamquam arx templum emineret, nova urbs utrimque ad stadia, quorum numerum aliquis dicat, in longum latumque descripta est; atque in ea crebrae domus in orbem extant, pauperum domicilia et, quod humanitatem imperatoris magis commendat, debilium hominum receptacula. huc singulos eos accedentes videas, caecos, claudos, alios alio malo laborantes, putaresque Solomonis porticum te conspicere plenam hominum vel membris vel toto corpore malo

διπλοῦς τε καὶ δίδυμος. οἱ μὲν γὰρ ἄνω καὶ μετέωροι κατοικοῦσι τῶν πεπηρωμένων τούτων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν,
B οἱ δὲ κάτω καὶ πρόσγειοι παρασύρονται. τὸ δὲ τοῦ κύκλου
V. 382 μέγεθος, εἴ τις ἐθέλει τούτους ἰδεῖν, ἀρξάμενος πρωΐθεν εἰς ἑσπέραν ἂν τὸν κύκλον συνετέλεσε. τοιαύτη μὲν ἡ πόλις, τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ τῆς πόλεως ταύτης οἰκήτορες. οὔτε γήπεδα ἔχοντες οὔτε ἀμπελῶνας οὔτε τι ἄλλο τοιοῦτον, περὶ ὃ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἠσχολῆσθαι καταλαμβάνομεν, ἀλλὰ κατὰ τὸν Ἰὼβ ἕκαστος ἢ ἑκάστη τὴν μὲν δημιουργηθεῖσαν αὐτοῖς οἰκίαν οἰκεῖ, αὐτόματα δὲ τὰ πρὸς τροφήν τε καὶ σκέπην παρὰ τῆς βασιλικῆς χειρὸς αὐτοῖς ἐπορίζετο. καὶ γὰρ τὸ παραδοξότατον, οἱ ἀκτήμονες ὥσπερ τινὲς δεσπόται κτήματα
C ἔχοντες καὶ προσόδους παντοδαπὰς φροντιστὰς ἔχουσι καὶ τοῦ βίου αὐτῶν ἐπιμελητὰς αὐτόν τε τὸν αὐτοκράτορα καὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν αὐτοκράτορα σπουδεργούς. ὅπου γὰρ δή-
15 ποτε γῆς κτῆμα ἦν ἐν καλῷ κείμενον, ταὐτὸν δὲ εἴπερ ἦν εὐπρόσοδον, τοῖς ἀδελφοῖς τούτοις φέρων ἐνείματο, ἀφ' ὧν οἶνός τε αὐτοῖς κατὰ ποταμοὺς ἐπιρρεῖ καὶ ἄρτος καὶ ὅσα ἐπὶ τοῖς ἄρτοις σιτοῦνται ἄνθρωποι· οἱ δὲ ἐσθίοντες ὑπὲρ
20 ἀριθμόν. καὶ τάχα, τολμῶ καὶ λέγω, εἴποι τις ἄν, πρὸς τὸ τοῦ ἐμοῦ σωτῆρος θαῦμα, τὸ τῶν ἑπτακισχιλίων φημὶ καὶ
D πεντακισχιλίων, ἀναφέρεσθαι τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἔργον. ἀλλ' ἐκεῖσε ἐκ πέντε ἄρτων ἐκορέσθησαν χιλιάδες, καθὸ καὶ

3. πρόσγειοι C, πρόσγεοι P. 5. συντελέσειε? 12. ἀκτήμονες] η ex ι m. 2 C. 16. εἴπερ ἦν scripsi: εἰπεῖν CP. 21. τὸ ante τῶν addidi.

affectorum. erat orbis duplex et bipartitus, quippe aliis ex mutilatis istis viris mulieribusque in alto habitantibus, aliis vero infra ad terram reptantibus; quem, quod ad magnitudinem spectat, cum mane hos visere coeperis, vespere absolves: talis haec civitas, tales urbis incolae, qui neque hortos neque vineas nec aliud eiusmodi possident, quo occupatam videmus vitam humanam, sed Iobo similes in domo sua quisque habitant; quae vero ad victum tectumque pertinent, sponte iis regia manu praebentur. quod vero summum est, qui nihil possident, velut domini bonis instructi curatores ministrosque victus habent ipsum imperatorem imperatorisque procuratores. ubicumque enim praedium et bene situm et magni reditus erat, id fratribus his tribuit, unde vinum iis fluminum instar et panis quaeque ad panem homines edunt affluunt. ita nutritorum numerus immensus erat; adeo cum illo salvatoris mei miraculo, quo septem millia et quinque millia hominum nutrivit, audeam imperatoris opus conferre: illic quinque panibus hominum millia dei nempe miraculo saturata sunt, hic sane

ὁ Θεὸς ὁ θαυματουργῶν· ἐνταῦθα δὲ τὰ μὲν τῆς φιλανθρωπίας τῆς θείας ἐξέχεται ἐντολῆς· τὸ δ' ἄλλο, ἐκεῖσε P. 484
μὲν θαῦμα, ὧδε δὲ χορηγία βασιλικὴ τὸ αὐτάρκες τοῖς ἀδελφοῖς πορίζουσα. εἶδον ἐγὼ καὶ γραῦν γυναῖκα ὑπὸ νεανίδος ὑπηρετουμένην καὶ ἄνδρα τυφλὸν ὑπὸ βλέποντος ἀνθρώπου χειραγωγούμενον καὶ ἄποδα πόδας ἔχοντα οὐ τοὺς ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοὺς ἀλλοτρίους καὶ ἄχειρα ὑπ' ἀνδρῶν ἑτέρων χειραγωγούμενον καὶ βρέφη τιθηνούμενα παρ' ἀλλοτρίων μητέρων καὶ παραλύτους ὑπ' ἄλλων ἀνθρώπων δουλευομένους εὐρώστων. καὶ ὅλως διπλοῦν ἦν τὸ πλῆθος τῶν τρεφομένων, τῶν μὲν εἰς δουλευομένους ἀριθμουμένων, τῶν δὲ εἰς δουλεύοντας. τῷ μὲν αὐτοκράτορι οὐκ ἐξῆν τῷ παραλύτῳ εἰπεῖν "ἔγειρε καὶ περιπάτει" οὐδὲ τῷ τυφλῷ κελεῦσαι τὸ βλέπειν οὐδὲ τῷ μὴ ἔχοντι πόδας ἐπιτρέπειν περιπατεῖν. ταῦτα ἦν τοῦ μονογενοῦς καὶ δι' ἡμᾶς γεγονότος ἀνθρώπου καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνταυθοῖ πολιτευσαμένου. ἃ δὲ προσῆν, ἐκεῖνα ποιεῖ, ὑπηρέτας ἑκάστῳ διδόναι πεπηρωμένῳ καὶ τὴν αὐτὴν πρόνοιαν τιθέναι τῷ λελωβημένῳ, τῷ ὑγιαίνοντι· ὥστε εἴ τις βούλοιτο τὴν νέαν πόλιν καταμαθεῖν, ἣν ἐκ βάθρων ὁ ἐμὸς πατὴρ ἀνεδείματο, τετραπλῆν ἂν ἴδοι τὴν πόλιν καὶ πολλαπλῆν τῶν κάτω, τῶν ἄνω, C
τῶν ἀμφοτέροις τούτοις ἐξυπηρετουμένων. ἀλλὰ τίς ἐξαριθμῆ-

7. ἑαυτῶν CP, correxi. ἄχερα C. 9. δουλευομένους] δο et λευο in ras. m. 2 C. 10. εὐρρώστων (ευ in ras. m. 2) C. 17. ὑπηρέται CP, correxi.

humanitas ex dei praecepto pendet, illic miraculum, hic largitio imperatoria, qua ad vitam necessaria fratribus praebentur. anum ego a puella curari vidi et virum caecum a vidente manu duci et hominem pedibus carentem pedes habere, non suos, sed aliorum et manibus destitutum suis alienis uti et infantes alienarum matrum uberibus lactari et paralyticos a robustis curari; eratque duplex omnino genus eorum, qui ibi nutriebantur, unum ministratorum, alterum ministrantium. sane imperator non poterat praecipere paralytico 'surge et ambula', vel caeco, ut videret, vel, ut iret, pedibus carenti, quia id erat unigeniti, qui nostra causa homo factus in hoc mundo pro hominibus vitam peregit. quae autem poterat, ea fecit; dabat scilicet ministros cuivis mutilo aegrotisque pariter ac sanis providebat. itaque, si quis novam illam urbem, quam a fundamentis pater meus aedificavit, cognoscere velit, quadrifariam sciat eam divisam esse, immo plurifariam, ac constare et ex iis, qui in superiore inferioreque parte erant, et ex iis, qui utrisque serviebant. at quis enumeret, quot ibi

σαι δυνήσαιτο τοὺς καθ' ἡμέραν ἐσθίοντας ἢ τὴν καθ' ἑκάστην
V. 383 δαπάνην καὶ τὴν γινομένην εἰς ἕκαστον πρόνοιαν; εἰς ἐκεῖνον
γὰρ ἀναφέρω καὶ τὰ μετ' ἐκεῖνον. ἐκεῖνος γὰρ ἀφωρίσατο
τὰς ἀπὸ γῆς καὶ θαλάττης αὐτοῖς προνοίας· ἐκεῖνος γὰρ τὴν
δυνατὴν ῥᾳστώνην αὐτοῖς περιεποιήσατο. προκάθηται δὲ 5
ἀνήρ τις τῶν ἐνδοξοτάτων φροντιστὴς τῆς μυριάνδρου ταν-
D τησὶ πόλεως· ὀρφανοτροφεῖον δὲ ταύτῃ τοὔνομα. ὀρφανο-
τροφεῖον δὲ προσαγορεύεται, ὅτι ἡ πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς καὶ
ἀποστρατεύτους φιλανθρωπία τοῦ αὐτοκράτορος * *· ὅθεν
καὶ τοὔνομα ἐπεκράτησε τὸ ἀπὸ τῆς τῶν ὀρφανῶν προμη- 10
P. 485 θείας. σέκρετα γὰρ ἐπὶ τούτοις πᾶσι καὶ λογοπραγίαι τῶν
προνοουμένων κατὰ τὰ τῶν πενήτων κτήματα καὶ χρυ-
σόβουλλοι λόγοι ἐπιβραβεύοντες τοῖς τρεφομένοις τὸ ἀναφ-
αίρετον. τῷ δὲ ναῷ τοῦ μεγαλοκήρυκος Παύλου κλῆρος
μέγας κατείλεκτο καὶ πολὺς καὶ φώτων δαψίλεια. καὶ παρα- 15
γενόμενος εἰς τουτονὶ τὸν νεὼν ἴδοις ἂν χοροὺς ἑκατέρωθεν
ἀντᾴδοντας. κατέταξε γὰρ τῷ τῶν ἀποστόλων νεῷ ᾄδοντας
καὶ ᾄδουσας κατὰ τὸν Σολομῶντα. ἐπιμελὲς γὰρ καὶ τὸ τῶν
διακονισσῶν πεποίηκεν ἔργον. πολλὴν δὲ φροντίδα καὶ τῶν

4. τὰ CP, correxi. αὐτῆς CP, correxi. γὰρ scripsi: δὲ CP. 5. περιεποιήσατο C, περιποιήσατο P. δὲ scripsi: γὰρ CP. 6. ἐνδοξάτων C, corr. in mg. 9. φιλανθροπία (ι posterius in ras. m. 2) C. lacunam signavi. 10. τὸ ἀπὸ τῆς scripsi: τῆς ἀπὸ CP. 11. γὰρ] δὲ? 12. προνοουμένων C, προνουμένων P. κατὰ scripsi: καὶ CP. 13. ἀναφαίρετον] ν finale add. m. 2 C. 15. φώτων ex φῶτα corr. m. 2 C. 17. τῶν ἀποστόλων] cf. Ducang. ad h. l. 18. γὰρ] δὲ? 19. διακονισσῶν] κο add. m. 2 C.

quotidie vescantur, quantus sumptus circa singulos edatur, qua quisque cura colatur. ad illum enim refero etiam quae post eum durant; nam ipse iis assignavit ex terra et ex mari beneficia, ipse eorum, quantum poterat, miseriam levavit. praecst ei urbi, quae multa hominum millia continet, ex illustrissimis quidam vir eiusque res administrat; vocantque eam orphanotrophium, quod imperatoris humanitas erga orphanos eosque, qui non amplius militare poterant * *. sic illud nomen quod ab orphanorum cura ductum est invaluit. praeterea tabularia instituta sunt de his omnibus rationesque reddant oportet, qui pauperum possessiones administrant, ac bullis aureis cautum est, ne quid iis, qui ibi nutriuntur, auferatur. magnus et numerosus clerus magni praedicatoris Pauli templo adscriptus est et largus luminum apparatus; quo in templo utrimque choros vicissim canentes conspicies, cum apostolorum aedi secundum Solomonem cantores cantricesque addixisset. ac magna sane cura etiam quae ad diaconissas spectant ordinavit et monachis providit, quae

ἐπιξενουμένων Ἰβηρίδων μοναχῶν ἐπεποίητο θύραν ἐκ θύρας B
ἀμειβουσῶν τὸ πρότερον, ἐπὰν εἰς τὴν Κωνσταντίνου ἐπι-
δημήσαιεν· ἀλλὰ καὶ ταύταις ἡ κηδεμονία τοὐμοῦ πατρὸς
ἀνεδείματο φροντιστήριον μέγιστον τάς τε τροφὰς καὶ τὰς
προσηκούσας ἐσθῆτας διοικονομησαμένου. ὁ μὲν οὖν Ἀλέ-
ξανδρος ἐκεῖνος ὁ Μακεδὼν αὐχείτω μὲν ἐπὶ τῇ κατ' Αἴ-
γυπτον Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ τῇ κατὰ Μήδους Βουκεφάλῃ, ἐπὶ
τῇ κατ' Αἰθιοπίαν Λυσιμαχίᾳ. ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἀλέξιος
οὐκ ἂν οὕτωσὶ ἐπὶ ταῖς ἀνεγερθείσαις παρ' αὐτοῦ πόλεσιν
ἐναβρύνοιτο, ἃς πανταχοῦ ἴσμεν ἀνοικοδομηθείσας αὐτῷ,
ὅσον ἐπὶ ταύτῃ τῇ πόλει μεγαλαυχεῖ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ C
τεμένη καὶ ἱερὰ φροντιστήρια εἰσιόντι σοι κατὰ λαιὰν ἀπαν-
τήσειε· κατὰ δὲ τὴν δεξιὰν τοῦ μεγάλου τεμένους παιδευ-
τήριον ἕστηκε τῶν γραμματικῶν παισὶν ὀρφανοῖς ἐκ παντο-
δαποῦ γένους συνειλεγμένοις, ἐν ᾧ παιδευτής τις προκάθηται
καὶ παῖδες περὶ αὐτὸν ἑστᾶσιν, οἱ μὲν περὶ ἐρωτήσεις
ἐπτοημένοι γραμματικάς, οἱ δὲ ξυγγραφεῖς τῶν λεγομένων
σχεδῶν. καὶ ἔστιν ἰδεῖν καὶ Λατῖνον ἐνταῦθα παιδοτριβού-
μενον καὶ Σκύθην ἑλληνίζοντα καὶ Ῥωμαῖον τὰ τῶν Ἑλλήνων
συγγράμματα μεταχειριζόμενον καὶ τὸν ἀγράμματον Ἕλληνα
ὀρθῶς ἑλληνίζοντα. τοιαῦτα καὶ περὶ τὴν λογικὴν παί-
δευσιν τὰ τοῦ Ἀλεξίου σπουδάσματα. τοῦ δὲ σχέδους ἡ
τέχνη εὕρημα τῶν νεωτέρων ἐστὶ καὶ τῆς ἐφ' ἡμῶν γενεᾶς. D

1. Ἰβηρίδων] ιβη in ras. m. 2 C. 3. ταύταις P, ταύπας C.
8. Αἰθιόπην CP, correxi. 9. οὐκ ἂν addidi. οὕτοσι CP, correxi. 19. Σκύθην] ην m. 2 ex corr. C. 20. συγράμματα C.

ex Iberia in Constantini urbem profectae antea ostiatim stipem colligebant; quibus maximum monasterium paterna munificentia extruxit quaeque ad victum vestitumque convenientem opus erant praestabat. ac iactet Alexander ille Macedo Alexandriam, Aegypti urbem, Bucephalem Mediae, Lysimachiam Aethiopiae; sed Alexius imperator omnibus illis urbibus, quas ab eo ubique conditas scimus, vix tantum glorietur, quantum hac. illa igitur templa sacraque monasteria ingredienti ad laevam apparent; dextra autem ludus litterarius, ubi orphani ex omni genere collecti eruduntur; cui magister praeest, puerique circa eum alii in quaestiones grammaticas incumbunt, alii quas dicunt schedas conscribunt. videsque ibi Latinum discentem et Scytham graecae linguae studentem Romanumque Graecorum scripta tractantem et illitteratum Graecum graece recte loquentem. simile fuit Alexii studium circa logicam institutionem. at schedarum ars nova nostrae-

παρίημι δὲ Στυλιανούς τινας καὶ τοὺς λεγομένους Λογγιβάρδους καὶ ὅσους ἐπὶ συναγωγὴν ἐτεχνάσαντο παντοδαπῶν ὀνομάτων καὶ τοὺς Ἀττικοὺς καὶ τοὺς γεγονότας τοῦ ἱεροῦ
P. 486 καταλόγου τῆς μεγάλης παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας, ὧν παρίημι τὰ
V. 384 ὀνόματα. ἀλλὰ νῦν οὐδ' ἐν δευτέρῳ λόγῳ τὰ περὶ τούτων τῶν μετεώρων καὶ ποιητῶν καὶ αὐτῶν συγγραφέων καὶ τῆς ἀπὸ τούτων ἐμπειρίας· πεττεία δὲ τὸ σπούδασμα καὶ ἄλλα τὰ ἔργα ἀθέμιτα. ταῦτα δὲ λέγω ἀχθομένη διὰ τὴν παντελῆ τῆς ἐγκυκλίου παιδεύσεως ἀμέλειαν. τοῦτο γάρ μου τὴν ψυχὴν ἀναφλέγει, ὅτι πολὺ περὶ ταὐτὰ ἐνδιατέτριφα, κἄν, ἐπειδὰν ἀπήλλαγμαι τῆς παιδαριώδους τούτων σχολῆς καὶ εἰς ῥητορικὴν παρήγγειλα καὶ φιλοσοφίας ἡψάμην καὶ μεταξὺ τῶν ἐπιστημῶν πρὸς ποιητάς τε καὶ ξυγγραφέας ἦϊξα
B καὶ τῆς γλώττης τοὺς ὄχθους ἐκεῖθεν ἐξωμαλισάμην, εἶτα ῥητορικῆς ἐπαρηγούσης ἐμοὶ κατέγνων τῆς [τοῦ] πολυπλόκου τῆς σχεδογραφίας πλοκῆς. ἀλλὰ ταῦτα μέντοι προσιστορείσθω, εἰ καὶ μὴ ἐκ τοῦ παρέργου, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ λόγου ἀκόλουθον.

8. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ ἔτους * διϊππεύοντος τῆς βασιλείας αὐτοῦ μέγιστον ἐπεγείρεται νέφος αἱρετικῶν. καὶ τὸ τῆς αἱρέσεως εἶδος καινόν, μήπω πρότερον ἐγνωσμένον τῇ ἐκκλησίᾳ. δύο γὰρ δόγματα συνελθέτην κάκιστα καὶ φαν-

3. τοὺς ante γεγονότας addidi. 5. οὐδ' scripsi: οὐδὲν CP. 9. ἐγκυκλίου] κυκλ in ras. m. 2 C. 10. ἀναφέγει C, corr. m. 2. 13. ξυγγραφὰς CP, correxi. 15. τοῦ seclusi. 19. τοῦ add. m. 2 C. lacunam indicavit Possinus.

que aetatis est, ut omittam Stylianos quosdam et qui Longibardi vocantur quique in colligendis omnis generis vocabulis elaborarunt atque Atticos et qui ex sacro magnae ecclesiae nostrae catalogo fuerunt, quorum nomina praetereo. sed nunc ne secundo quidem loco ponuntur supervacanea scilicet illa poetarum scriptorumque opera et quae inde repeti possunt: calculorum vero lusus studium est et reliqua occupatio nefaria. haec dico, quia aegre fero liberales artes omnino neglectas uritque hoc animum meum, quod multum in his rebus versata sum. cum vero abiecta puerili eorum doctrina ad rhetoricam et philosophiam me contulissem atque inter tractandas eas ad poetarum opera et rerum scripta ferrer sermonisque velut verrucas levigarem, tum sane adiuvante rhetorica, quantum implicatissima schedographiae perplexitas contemnenda esset, intellexi. verum haec addita sunto, non quidem extrinsecus, sed quae sponte cum argumento cohaereant.

8. Post haec anno regni eius * ingens haereticorum nubes sese extulit; eratque novum id haeresis genus, numquam ante ab ecclesia cognitum. duo enim pessima improbissimaque dogmata,

λότατα ἐγνωσμένα τοῖς πάλαι χρόνοις, Μανιχαίων τε, ὡς ἄν τις εἴποι, δυσσέβεια, ἣν καὶ Παυλικιανῶν αἵρεσιν εἴπομεν, καὶ Μασσαλιανῶν βδελυρία. τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ τῶν Βογομίλων δόγμα, ἐκ Μασσαλιανῶν καὶ Μανιχαίων συγκείμενον. C καὶ ὡς ἔοικεν, ἦν μὲν κἀν τοῖς πρὸ τοὐμοῦ πατρὸς χρόνοις, ἐλάνθανε δέ· δεινότατον γὰρ τὸ Βογομίλων γένος ἀρετὴν ὑποκρίνασθαι. καὶ τρίχα μὲν κοσμικὴν οὐκ ἂν ἴδοις βογομιλίζουσαν, κέκρυπται δὲ τὸ κακὸν ὑπὸ τὸν μανδύαν καὶ τὸ κουκούλιον. καὶ ἐσκυθρώπακεν ὁ Βογόμιλος καὶ μέχρι ῥινὸς σκέπεται καὶ κεκυφὼς βαδίζει καὶ ὑποψιθυρίζει τὸ στόμα, τἄνδοθι δὲ λύκος ἐστὶν ἀκάθεκτος. καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος τοιοῦτον ὂν δυσφορώτατον ὥσπερ ὄφιν ἐμφωλεύοντα τῇ χειᾷ ἐπῳδῶν ἴυγξιν ἀπορρήτοις ὁ ἐμὸς πατὴρ εἰς φῶς ἐξ- D εκαλέσατο καὶ ἐξήνεγκεν. ἀπάρτι γὰρ τὸ πολὺ τῆς τῶν ἑσπερίων καὶ ἑῴων ἀποθέμενος φροντίδος πρὸς τὸ πνευ- P. 487 ματικώτερον ἑαυτὸν ἐπέτεινεν. ἐν πᾶσι γὰρ τῶν ἁπάντων ἐκράτει· ἐν λόγοις διδακτικοῖς τοὺς περὶ λόγον ἐσπουδακότας ἐνίκα, ἐν μάχαις δὲ καὶ στρατηγίαις τῶν ἐν ὅπλοις θαυμαζομένων ὑπερεῖχεν. ὡς δὲ ἡ τῶν Βογομίλων ἁπανταχοῦ ἤδη διέσπαρτο φήμη (Βασίλειος γάρ τις μοναχὸς πολυτροπώτατος μεταχειρίσασθαι τὴν Βογομίλων ἀσέβειαν δώδεκα

2. *εἴποιμεν* CP, correxi. 6. *τὸ* P, *τῶν* C. 9. *ἐσκυθρώπακεν* P, *ἐσκυθρώπωκεν* C. 11. *ἀκάθεκτος* C, *ἀνάθεκτος* P. 12. *ὂν* C, *ὄν* P. 20. *πολυτροπώτατος μεταχειρίσασθαι τὴν Βογομίλων ἀσέβειαν* C, *ὠδύνων* sic P.

quae priore iam aetate prodierant, commixta sunt: Manichaeorum (sic enim licet dicere) impietas, quam Paulicianorum quoque haeresin vocavimus, et Massalianorum impudentia: idque dogma Bogomilorum est, compositum illud quidem ex Massalianis et Manichaeis. quod iam ante patris mei tempora occulte sane extitisse videtur; ea enim secta virtutis simulandae peritissima est. nec comatos more saeculari istis Bogomilis adhaerere vides, sed pallio cuculloque malum istud se abscondit; ac tristitiae speciem prae se fert Bogomilus et naso tenus opertus demisso capite subsusurrans incedit, intus autem indomitus est lupus. hanc gentem perniciosissimam velut serpentem specu latentem secreta carminum vi pater meus elicuit et in lucem protulit, cum deposita plurima orientalium occidentaliumque rerum cura ad spiritales se res convertisset. etenim omnibus in rebus omnes superavit: in docendi facultate eos, qui operam dicendo navarant, in pugnis bellicisque expeditionibus, quos ob militiae cognitionem admirabantur. sed iam Bogomilorum fama ubique diffundebatur. Basilius enim quidam monachus callidissimus in pro-

μὲν ἔχων μαθητάς, οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμαζε, συνεφελκόμενος δὲ καὶ μαθητρίας τινάς, γύναια κακοήθη καὶ παμπόνηρα, ἐφήπλωσε τὴν κακίαν ἀπανταχοῦ) καὶ πολλὰς ψυχὰς
V. 385 δίκην πυρὸς ἐπενείματο τὸ κακόν, οὐκ ἠνείχετο ἡ τοῦ βασιλέως ψυχὴ τοῦτο καὶ διερευνᾷ τὰ περὶ τῆς αἱρέσεως. καί 5
B τινες τῶν Βογομίλων εἰς τὰ ἀνάκτορα ἤγοντο, ἅπαντες δὲ Βασίλειόν τινα κατήγγελον διδάσκαλον καὶ κορυφαῖον πρωτοστάτην τῆς βογομιλικῆς αἱρέσεως. ἐκ τούτων δὲ Διβλάτιός τις κατασχεθείς, ἐπεὶ ἐρωτώμενος ἀνομολογεῖν οὐκ ἠβούλετο, αἰκίαις παραδοθεὶς τηνικαῦτα τὸν λεγόμενον 10
Βασίλειον ἀνωμολόγει καὶ οὓς ἐκεῖνος προεχειρίσατο ἀποστόλους. τοίνυν τὴν τούτου ἀναζήτησιν πολλοῖς ὁ αὐτοκράτωρ ἀνέθετο. καὶ δῆτα ἀναφαίνεται τοῦ Σαταναὴλ ἀρχισατράπης Βασίλειος, τὸ ἔνδυμα μοναχός, κατεσκληκὼς τὸ πρόσωπον, τὴν ὑπήνην ψιλός, εὐμήκης τὴν ἡλικίαν [πολυ- 15
τροπώτατος μεταχειρίσασθαι τὴν ἀσέβειαν]. καὶ αὐτίκα ὁ
C αὐτοκράτωρ τὸ ἐνδομυχοῦν ἐθέλων παρασῦραι ταῖς πειθανάγκαις μετακαλεῖται τὸν ἄνδρα μεθ' ὁσίου προσχήματος. καὶ γὰρ καὶ θώκων ὑπεξανέστη αὐτῷ καὶ καθέδρας μετέδωκε καὶ τραπέζης τῆς αὐτῆς καὶ ὅλην τὴν ὁρμιὰν τῆς ἄγρας 20
αὐτῷ κατεχάλασε καὶ τὸ ἄγκιστρον περιπείρας παντοδαποῖς

2. τινὰς C, τινὰ P. 5. τοῦτο scripsi: τῷ, τοι sic CP. 11. ἀνωμαλόγει C. 12. πολλοῖς C, πολλοῦς P. 14. κατεσκληκὼς] ὡς ex α m. 2 C. 15. πολυτροπώτατος C, corr. m. 2. verba πολυτροπώτατος μ. τ. ἀ. seclusi. cf. 351, 20. 18. ὁσίου scripsi: οἵου CP. 19. ὑπεξανέστη C, ὑποξανέστη P. καθέδρας P, correxi. 20. ὁρμιὰν] ιὰ in ras. m. 2 C.

paganda Bogomilorum impietate cum duodecim discipulis, quos et apostolos nominavit, discipulas quoque quasdam, mulierculas pravas nefariasque, secum trahens omnia impietate impleverat; multasque animas ignis velocitate malum istud incessit. nec tulit id imperator in haeresinque inquirens duci curavit nonnullos e Bogomilis in regiam, qui omnes Basilium praeceptorem ac sectae suae praesidem nominarunt. e quibus Diblatius quidam, cum in custodia habitus fateri nollet, tormentis subiectus, quinam esset Basilius quibusque apostolis uteretur, confessus est. quem ut investigarent, multis imperator imperat: comprehenditurque Satanaelis archisatrapa Basilius vestitu monachus, facie torrida, sine barba, statura praelongus [in propaganda impietate callidissimus]. ibi imperator, cum arcanum illud sine vi elicere constituisset, statim virum licito praetextu usus ad se vocavit. venienti scilicet assurrexit eumque assidere cenareque secum iussit; atque omnem piscatoriam liniam mittens varias hamo

δελέασι τῷ παμφάγῳ τούτῳ κήτει παρέσχεν ἐμφαγεῖν καὶ ὅλον τὸ φάρμακον τῷ μοναχῷ τούτῳ καὶ πολλαχῷ τὴν κακίαν φέρων ἐνέχει διὰ παντοίων ὑποκρινόμενος μαθητὴς αὐτῷ ἐθέλειν γενέσθαι, οὐκ αὐτὸς τάχα μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς Ἰσαάκιος ὁ σεβαστοκράτωρ, καὶ πάντα τὰ D παρ' αὐτοῦ λεγόμενα ὡς ἐκ θείας ὁμφῆς λογίζεσθαι καὶ ὑπείκειν τούτῳ ἐν πᾶσιν, εἰ μόνον τὴν τῆς ψυχῆς αὐτῷ σωτηρίαν πραγματεύσοιτο ὁ κάκιστος Βασίλειος. "καὶ ἐγὼ P. 488 μέν," φησιν "ὦ πάτερ τιμιώτατε," (περιέχριε γὰρ τοῖς γλυκέσι τούτοις ὁ βασιλεὺς τὴν κύλικα, ὡς ἐξεμέσαι τὸν δαιμονιῶντα τὴν μελαγχολίαν αὐτοῦ) "ἄγαμαί σε τῆς ἀρετῆς ἕνεκα· ἀξιῶ [σε] δὲ καταμαθεῖν, τίνα τὰ παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος εἰσηγούμενα, ὡς τά γε τῶν ἡμετέρων μονονοὺ φαῦλα καὶ εἰς οὐδεμίαν ἀρετὴν φέροντα". ὁ δὲ τὰ πρῶτα μὲν ἐσχηματίζετο καὶ τὴν λεοντῆν ὁ κατὰ ἀλήθειαν ὄνος ἐκεῖνος ἐφεῖλκεν εἰς ἑαυτὸν πανταχόθεν καὶ ἀπεπήδα πρὸς τὰ λεγόμενα, πλὴν ἐχαυνώθη τοῖς ἐπαίνοις· καὶ γὰρ καὶ ὁμοδίαιτον ἐποίησε τοῦτον. συμπαρῆν δ' ἄρα τούτῳ ἐν πᾶσι καὶ συνεδραματούργει καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἐξάδελφος καὶ σεβαστοκράτωρ. ὁ δὲ τὰ τῆς αἱρέσεως δόγματα ἀπή- B μεσε. καὶ ὁ τρόπος ὁποῖος; παραπέτασμα γὰρ μεταξὺ τήν τε γυναικωνῖτιν ἀπετείχιζε καὶ τοὺς βασιλεῖς μετὰ τοῦ

1. δελέασι C, δελέεσσι P. 7. ὑπείκειν C, ὑπήκειν P. 12. σε seclusi. 13. μονονοὺ scripsi: μόνον P. 14. εἰς C, om. P. 18. ἄρα] ἅμα L. Allatius. 21. interrogationis signum posuit idem. 19. αὐτάδελφος?

escas infixit voracique illi ceto obiecit. atque ut omnis generis simulatione totum isti solitario multifariam perverso pharmacum inferret, discipulum eius se fieri velle simulat, nec ipsum solum, sed fratrem quoque Isaacium sebastocratorem, seque omnia eius verba tamquam e divino oraculo accipere eique omni in re obtemperare, modo animi sibi salutem improbus Basilius condat. "equidem," inquit "pater reverendissime," (tali enim dulcedine calicem inunxit, ut daemoniacus iste bilem suam evomeret) "et admiror te ob virtutem tuam et, quia paene futilis nostrorum doctrina est nec omnino ad virtutem ducit, cupio doceri me aliqua ex iis, quae reverentia tua novavit." cumque tergiversans initio leonina pelle asinus iste, quem vere dixeris, involveret sese deflecteretque, laudes tamen, nempe adeo cenae erat consors, ad superbiam eum inflarunt adiuvante in omnibus rebus imperatorem fratre sebastocratore. tandem evomuit haeresis dogmata, et ita quidem, ut aulaeo mulierum habitatione a prin-

βδελυροῦ τούτου πάνθ', ὅπως εἶχεν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐξερευγομένου καὶ ἀναφανδὸν λέγοντος. ὁ δὲ γραμματεὺς ἀπεγράφετο ἔνδοθεν τοῦ πετάσματος τὰ λεγόμενα. καὶ ὁ μὲν λῆρος ἐκεῖνος διδάσκαλος τῷ δοκεῖν ἐγίνετο, ἐσχηματίζετο δὲ τὴν μαθητείαν ὁ βασιλεύς, ἀπεγράφετο δὲ τὰ τῆς διδασκαλίας ὁ ὑπογραμματεύς. πάντα δὲ ῥητά τε καὶ ἄρρητα ἐπισυνεῖρεν ὁ θεοπληγὴς ἐκεῖνος ἀνὴρ καὶ οὐδενὸς ἐφείσατο
C θεομισοῖς δόγματος, ἀλλὰ καὶ τὴν θεολογίαν ἡμῶν παρε-
V. 385 βλέψατο καὶ τὴν οἰκονομίαν πᾶσαν ἐφάντασε καὶ τοὺς ναούς, οἴμοι, τοὺς ἱεροὺς ναοὺς δαιμόνων ὠνόμακε καὶ τὸ τελούμενον παρ' ἡμῖν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ πρώτου καὶ ἀρχιερέως καὶ θύματος παρὰ φαῦλον ἔθετο καὶ ἐλογίσατο. ἀλλὰ τί τὸ ἐντεῦθεν; ἀπορρίπτει τὴν σκηνὴν ὁ βασιλεὺς καὶ ἀναπετάννυσι † τοῦτο· καὶ τὸ συγκλητικὸν ἅπαν συνήθροιστο καὶ τὸ στρατιωτικὸν συνείλεκτο σύνταγμα καὶ ἡ γερουσία τῆς ἐκκλησίας συνῆν. προὐκάθητο δ' ἄρα τὸ τηνικαῦτα τοῦ τῆς
D βασιλίδος πόλεως θρόνου ὁ ἐν πατριάρχαις μακαριώτατος ὁ γραμματικὸς ὁ κύριος Νικόλαος. καὶ ἀνεγινώσκετο τὰ θεοστυγῆ δόγματα καὶ ὁ ἔλεγχος ἀδιάβλητος. καὶ οὐδὲ ὁ τῆς
P. 489 ἐναντίας μοίρας ἔξαρνος ἦν, ἀλλ' αὐτίκα καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ πρὸς ἐναντιολογίας ἐχώρει καὶ πρὸς πῦρ καὶ μάστιγας καὶ μυρίους θανάτους ἀντιπαρατάξασθαι ὑπισχνεῖτο. πεπισ-

1. ὅπως] ω in ras. m. 2 C. 6. ἐπισυνῆρεν CP, correxi. 8. ἡμῖν CP, correxi. 9. ἠφάνισε? 14. τὸ παραπέτασμα τοῦτο? 18. γραμματικὸς add. in lacuna m. 2 C. κύριος P. 20. ἔξαρνος P, ἔξαρχος C.

cipibus, qui aderant, seclusa omnia nefarius iste, sicut in animo erant, expueret aperteque proferret, scriba autem ab interiore aulaei parte, quidquid dicebatur, notaret. ac nugator iste illorum sibi magister videbatur, discipulumque imperator se esse simulavit, doctrinam vero eius scriba litteris mandabat; conexuitque omnia fanda nefandaque vir ille malo spiritu captus nec ulli scelerato dogmati pepercit, immo theologiam nostram contempsit et totam divinam oeconomiam evertit et sacra templa heu! daemonum aedes appellavit; quin et pravam refutandamque ducebat consecrationem nostram corporis sanguinisque eius, qui et primus pontifex et victima prima est. ibi vero imperator larvam ponit velumque reducit: eratque congregatus et totus patrum consessus et ordo militaris et ecclesiae senatus. praesidebat tunc in imperatoriae civitatis throno beatissimus patriarcha dominus Nicolaus grammaticus. ac recitatis execrabilibus dogmatis non potuit refutari criminatio; sed ne adversa quidem pars infitias ivit: immo statim ille adversa fronte ad defensionem conversus ignem et flagella et innumerabilia mortis genera se subi-

τεύκασι γὰρ οἱ πλανώμενοι οὗτοι Βογόμιλοι πᾶσαν ἀπόνως ὑπενεγκεῖν τιμωρίαν ἀγγέλων δῆθεν ἐξαρπαζόντων αὐτῆς τῆς πυρκαϊᾶς. † πολλῶν δὲ πάντων αὐτῶν καὶ τὴν ἀσέβειαν ὀνειδιζόντων, καὶ ὅσοι τῆς αὐτοῦ ἀπωλείας αὐτῷ κεκοινωνήκασιν, ὁ αὐτὸς ἦν Βασίλειος, ἀμετακλινής, Βογόμιλος γενναιότατος. καίτοι πυρκαϊᾶς ἀπειλουμένης καὶ ἄλλων κακώσεων ἀπρὶξ τοῦ δαίμονος εἴχετο καὶ τὸν αὐτοῦ Σαταναὴλ ἠγκαλίζετο. ἔμφρουρος δὲ γενόμενος καὶ πολλάκις πρὸς B τοῦ βασιλέως πεμπόμενος καὶ πολλάκις παρακαλούμενος τὴν ἀσέβειαν ἐξομόσασθαι ὡσαύτως εἶχε πρὸς τὰς τοῦ βασιλέως παρακλήσεις. ἀλλὰ τὸ περὶ τοῦτον γεγονὸς τέρας μὴ παραδράμωμεν. πρὶν ἢ γὰρ τούτῳ ἐπιβλέψαι τὸν βασιλέα δριμύτερον, μετὰ τὴν τῆς ἀσεβείας ἐξαγόρευσιν ἀπῆει μὲν τῷ τέως εἰς οἰκίσκον τινὰ κείμενον ἀγχοῦ που τῶν βασιλικῶν οἰκημάτων ἄρτι πρώτως δι' αὐτὸν κατασκευασθέντα. ἑσπέρα δ' ἦν καὶ οἱ ἀστέρες οἱ ἄνω αἰθρίας οὔσης ἀπήστραπτον καὶ ἡ σελήνη μετὰ τὴν σύνοδον τὴν ἑσπέραν ἐκείνην ἐπύρσευε. τοῦ δὲ μοναχοῦ τὴν κέλλαν εἰσδύντος περὶ μέσας C νύκτας αὐτομάτως λίθοι χαλαζηδὸν κατὰ τῆς κέλλης ἐβάλλοντο χειρὸς μὲν μηδεμιᾶς ῥιπτούσης τοὺς λίθους μηδέ τινος καταλιθοῦντος ἀνθρώπου τὸν δαιμονιώδη τοῦτον

8. πολλῶν δὲ πάντων αὐτῶν] ἀπειλούντων δὲ πάντων αὐτῷ? 6. καίτοι] καὶ γὰρ? 8. γενόμενος καὶ πολλάκις scripsi: πολλάκις γενόμενος καὶ CP. 11. τέρας scripsi: πέρας CP. 12. βασιλέα C^2, βασιλέων C^1P. 16. δ' C, δὲ P. 17. τὴν addidit L. Allatius. 21. δαιμωνιώδη C, δημωνιώδη P.

turum esse praedicavit. credunt enim errantes hi Bogomili omnes se poenas sine sensu laturos, nimirum quod angeli vel ex rogo se erepturi sint. omnibus igitur ei minantibus maledicentibusque eius impietati, quod tot homines in communem perniciem secum traxisset, Basilius manebat immotus, verus profecto Bogomilus; qui, quamvis rogum aliasque ei poenas ostentarent, daemonem Satanaelemque suum amplexus mordicus tenuit. atque in vincula coniectus et saepe ab imperatore arcessitus monitusque, ut nefariam illam fidem eiuraret, eundem semper se praebuit adversus imperatoris adhortationes. sed ne, quod ei accidit, miraculum omittam, priusquam severius in eum imperator animadvertit, is post nefariae fidei confessionem interim se contulit in domum nuper in eius usum extructam haud procul ab imperatoriis aedificiis. erat forte vespertinum tempus stellis puro caelo nitentibus et luna post synodum cum sole noctem illam illuminante; cum vero cella monachum recepisset, lapides in eam grandinis instar media fere nocte repente iactabantur, quamquam nec manus ulla, quae lapides iaceret, nec homo, qui istum daemoniacum abbatem

ἀββᾶν. μήνιμα δ' ἦν, ὡς ἔοικε, τῶν ἀμφὶ τὸν Σατανὴλ δαιμόνων ἐξωργισμένων, ἐν δεινῷ ποιουμένων, ὅτι δὴ τὰ * πρὸς τὸν βασιλέα ἐξωρχήσατο καὶ διωγμὸν κατὰ τῆς πλάνης
D λαμπρὸν ἐπήγαγε. καὶ ταῦτα μὲν Παρασκευιώτης τις καλούμενος ἀφορισθεὶς φύλαξ εἶναι τοῦ δαιμονιώδους ἐκείνου γέροντος, ὡς μὴ ἄδειαν ἔχειν προσομιλεῖν τισι καὶ τῆς αὐτοῦ λίμης μεταδιδόναι, τὰ φρικωδέστατα ἐπώμνυτο [ἰδεῖν τε καὶ] ἀκοῦσαι μὲν τοὺς τῶν βαλλομένων λίθων καὶ κατὰ γῆς καὶ κατὰ κεράμων κρότους, ἰδεῖν δὲ συνεχεῖς καὶ ἀλλεπαλλήλους
P. 490 τοὺς λίθους, μηδένα δὲ μηδαμοῦ τὸν βάλλοντα τούτους θεά-
V. 387 σασθαι. συνεπελάμβανε γὰρ τῇ τῶν λίθων φορᾷ καὶ σεισμός τις ἀθρόος καὶ τὸ ἐπίπεδον ἐκεκλόνητο καὶ τὰ περὶ τὸν ὄροφον ἐτετρύγεσαν. ὁ μέντοι Παρασκευιώτης, πρὶν μὲν ὑπονοῆσαι τὸ ἔργον δαιμόνιον, ἐθάρρει, ὡς ἐκεῖνος ἔφασκεν, ὁρῶν δέ, ὅτι οἱ μὲν λίθοι ἄνωθεν οἷον εἰπεῖν ἐξωμβρίζοντο καὶ τὸ γερόντιον ἐκεῖνο τὸ αἱρεσιαρχικὸν ἐνεδεδύκει τε καὶ ἐναποκέκλειστο, εἰς δαίμονας τὸ ἔργον ἀνενεγκὼν * οὐκ εἶχεν, ὅ τι καὶ γένοιτο.

9. Τὰ μὲν οὖν τοῦ τέρατος τοίντου ταύτῃ ἐχέτω·

1. ἀββᾶν L. Allatius: ἀβᾶν CP. 2. lacunam signavi: intercidit fere haec αὐτῶν μυστήρια. 4. Παρασκευιώτης] ω in ras. m. 2 et η ex ι m. 2 C. τις addidi. 5. ἀφορισθεὶς C, ἀφωρισθεὶς P. 6. προσομιλεῖν P, προμιλεῖν C. 7. ἰδεῖν τε καὶ seclusi. 8. λίθους C, correxi. 9. κρότον CP, correxi. 11. γὰρ] δὲ? 13. ἐτετρύγεσαν] υ ex corr. m. 2 C. 16. αἱρεσιαρχικὸν] ε ex η m. 2 C. 17. lacunam signavi: intercidit μένειν vel simile quid. 19. ἐχέτω C, ἐχέθω P.

lapidaret, conspiciebatur. causa autem visa est Satanaelis ira eiusque daemonum, qui succensebant isti, quod ipsorum mysteria apud imperatorem effudisset gravemque in haeresin persecutionem excitasset; idque Parasceuiotes, qui vocabatur, custos daemoniaci illius senis, ne conversando cum aliis doctrinam suam communicaret, constitutus, horrendo iure iurando affirmavit; audisse se lapidum fragorem et in solum et in tegulas cellae iactorum et vidisse lapides crebro acervatimque cadentes; at qui iaceret, conspexisse se prorsus neminem. quem lapidum imbrem terrae motus excepit vehemens tremebatque solum et domuum fastigia stridorem edebant. initio narrabat Parasceuiotes, antequam diabolicam esse vim animadvertisset, intrepidum se fuisse; cum vero lapides desuper quodammodo pluisse vidisset, et seniculus ille haeresiarcha intus abditus et inclusus esset, tum denique daemonibus rem se attribuisse nec ibi manere potuisse nec omnino curasse, quod fieret.

9. Hactenus de miraculo: verum quod constitueram, totam

ἠβουλόμην δὲ καὶ πᾶσαν τὴν τῶν Βογομίλων διηγήσασθαι αἵρεσιν· ἀλλά με κωλύει καὶ αἰδώς, ὥς πού φησιν ἡ B καλὴ Σαπφώ, ὅτι συγγραφεὺς ἔγωγε γυνὴ καὶ τῆς πορφίρας τὸ τιμιώτατον καὶ τῶν Ἀλεξίου πρώτιστον βλάστημα τά τε εἰς ἀκοὴν πολλῶν ἐρχόμενα σιγῆς ἄξια. βούλομαι μὲν γράφειν, ἵνα τὸ πλῆρες τῆς τῶν Βογομίλων παραστήσω αἱρέσεως· ἀλλ' ἵνα μὴ τὴν γλῶτταν μολίνω τὴν ἐμαυτῆς, παρίημι ταῦτα. παραπέμπω δὲ τοὺς βουλομένους τὴν ὅλην αἵρεσιν τῶν Βογομίλων διαγνῶναι εἰς τὸ οὕτω καλούμενον βιβλίον δογματικὴν πανοπλίαν ἐξ ἐπιταγῆς τοὐμοῦ πατρὸς συντεθεῖσαν. καὶ γὰρ μοναχόν τινα Ζυγαβηνὸν καλούμενον, γνωστὸν μὲν τῇ δεσποίνῃ καὶ πρὸς μητρὸς ἐμῇ μάμμῃ καὶ C πᾶσι τοῖς τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, γραμματικῆς δὲ εἰς ἄκρον ἐληλακότα καὶ ῥητορικῆς οὐκ ἀμελέτητον ὄντα καὶ τὸ δόγμα ὡς οὐκ ἄλλος τις ἐπιστάμενον, τοῦτον ὁ αὐτοκράτωρ μεταπεμψάμενος ἐπέταξεν ἁπάσας τὰς αἱρέσεις ἐκθέσθαι ἑκάστην ἰδίᾳ καὶ ἐφ' ἑκάστῃ τὰς τῶν ἁγίων πατέρων ἀνατροπὰς ἐγγράψασθαι καὶ αὐτῶν δὴ τῶν Βογομίλων τὴν αἵρεσιν, καθὼς ὁ ἀσεβὴς ἐκεῖνος Βασίλειος ὑφηγήσατο. ταύτην τὴν βίβλον δογματικὴν πανοπλίαν ὁ αὐτοκράτωρ ὠνόμασε· μέχρι τοῦ νῦν οὕτω προσαγορεύεται τὰ βιβλία. ὁ δὲ λόγος αὖθις πρὸς τὴν τοῦ Βασιλείου καθαίρεσιν ἀνατρεχέτω.

11. *Ζυγαβηνὸν* L. Allatius: *Ζυγαδηνὸν* (η ex ι m. 2) CP. 17. *ἑκάστῃ* L. Allatius: *ἑκάστῳ* CP. 20. *ὠνόμασε*] ω ex ο m. 2 C. 22. *Βασιλείου*] *είου* ex *ιωε* m. 2. C.

Bogomilorum doctrinam exponere, id pudor me, ut alicubi pulchra Sappho ait, vetat, quia, etsi historiam scribo, tamen eadem et mulier et princeps sum e porphyrogenitarum numero Alexiique prima proles, et quae fama divulgantur, silentio digna sunt. ea chartae quidem tradere non recuso, ut plena de Bogomilorum doctrina historia extet, sed omitto ne linguam meam polluam. nam qui totam Bogomilorum haeresin cognoscere volunt, librum adeant, qui inscribitur dogmatica panoplia, iussu patris mei confectum. etenim monachum quendam Zygabenum, notum dominae meae, aviae maternae atque omnibus sacerdotibus, qui et grammaticae peritissimus nec rhetoricae rudis fuit dogmatisque scientia omnes anteivit, imperator arcessivit eumque cum omnes haereses singulas ordine explanare sanctorumque patrum refutationes iis opponere iussit, tum etiam Bogomilorum haeresin, prout eam impius ille Basilius exposuerat; quem librum dogmaticam panopliam imperator appellavit idque etiam nunc nomen is obtinet. sed ut redeat oratio ad Basilii interitum, imperator, ubi discipulos ac sym-

ὁ γὰρ αὐτοκράτωρ τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς μαθητὰς καὶ συμ-
D μύστας τοῦ Βασιλείου μεταπεμψάμενος καὶ μάλιστα τοὺς
δώδεκα λεγομένους μαθητὰς ἀπεπειρᾶτο καὶ τούτων τῆς
γνώμης. καὶ ἦσαν ἄντικρυς μαθηταὶ Βασιλείου. καὶ γὰρ
ἐνεβάθυνε τὸ κακὸν καὶ εἰς οἰκίας μεγίστας καὶ πολλοῦ
P. 491 πλήθους ἥψατο τὸ δεινόν. καθάπαξ οὖν κατεψηφίσατο
πυρκαϊὰν τῶν ἀλλοτρίων, τοῦ τε κορυφαίου καὶ τοῦ χοροῦ.
ἀθροιζομένων γὰρ τῶν φωραθέντων Βογομίλων καὶ τῶν
μὲν τῆς σφῶν ἀντιποιουμένων αἱρέσεως, τῶν δ' ἀπαρνου-
μένων παντάπασι καὶ πρὸς τοὺς ἐλέγχοντας ἰσχυρῶς ἀνθισ-
ταμένων καὶ τὴν Βογομιλικὴν διαπτυόντων αἵρησιν, ἐπεὶ
ἑτοίμως ὁ αὐτοκράτωρ τούτοις πιστεύειν οὐκ εἶχεν, ἵνα μή
τις πολλάκις Χριστιανὸς τοῖς Βογομίλοις ὡς Βογόμιλος
ἀναμιγνύηται ἢ Βογόμιλος ὡς Χριστιανὸς διαδράσῃ, καινόν
τινα τρόπον ἐπινοεῖται, δι' οὗ οἱ ὄντως Χριστιανοὶ ἀποφαν-
θήσονται. ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ τοίνυν τῇ μετ' αὐτὴν καθῆστο
Β θρόνου. πολλοὶ δὲ τηνικαῦτα παρῆσαν τῆς τε συγκλήτου
καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου καὶ τῶν Ναζιραίων αὐτῶν, ὁπόσοι
λόγου μετεῖχον, λογάδες. πάντων δὲ τῶν τὴν Βογομιλικὴν
V. 388 ἐγκαλουμένων αἵρεσιν ἐς τὸ μέσον ὁμοῦ παραχθέντων ὁ αὐ-
τοκράτωρ αὖθις ἐπερωτᾶσθαι ἕκαστον ἐκέλευσεν. ὡς δὲ οἱ
μὲν ὡμολόγουν Βογόμιλοι εἶναι καὶ τῆς σφῶν ἰσχυρῶς ἀντ-

3. μαθητὰς] ἀποστόλους? 5. ἐνεβόθυνε CP, correxi. οἰκίας P, οἰκείας C. 6. πλήθους P, πλήθου C. 13. Βογόμιλος P, βογόμιλον C. 14. ἀναμίγνυται CP, correxi. Βογόμιλον CP, correxi. 15. ἀποφρανθήσονται C, corr. m. rec.

mystas eius undique convocavit inprimisque duodecim illos qui vocabantur apostolos, horum quoque opinionem expertus est. erantque plane Basilii sectatores; penetraverat autem malum et in summas familias et magnam multitudinem affecerat. itaque omnes haeretici, et coryphaeus et chorus, flammis addicti sunt: congregatisque Bogomilis, qui erant deprehensi, cum alii amplecterentur haeresin, alii denegarent strenueque falsam criminationem deprecarentur et Bogomilicam respuerent haeresin, certam imperator fidem non habuit, et, ne quis forte Christianus Bogomilis ut Bogomilus interesset neve Bogomilus ut Christianus aufugeret, novum quoddam consilium excogitavit, quo veri Christiani agnoscerentur. quare postero die in imperiali solio considens, cum multi et e senatorio ordine et e sancta synodo Naziraeorumque quicumque doctrina insignes erant assisterent, omnibus, qui Bogomilicae haeresis insimulati erant, in medium coactis rursus perquiri unumquemque iussit; et dum alii Bogomilos se profitentur et suam sibi haeresin obstinate vindicant, alii id negant

ἐποιοῦντο αἱρέσεως, οἱ δὲ παντάπασιν ἀνένευον Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες καὶ παρ' ἄλλων ἐλεγχόμενοι οὐδαμῶς κατετίθεντο, ἐπιτοξεύσας αὐτοῖς τὰς ὀφρῦς ἔφη "χρὴ τὴν σήμερον δύο καμίνους ἀναφθῆναι, θατέρᾳ δὲ τούτων σταυρὸν ἐμπαγῆναι αὐτῇ γῇ, εἶτα αἵρεσιν δοθῆναι πᾶσιν, ἵν' ὁποῖοι τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει ἐναποθανεῖν τὴν σήμερον βούλοιντο, ἀποκριθέντες τῶν ἄλλων τῇ τοῦ σταυροῦ καμίνῳ προσχωρήσωσιν, οἱ δὲ τῆς Βογομιλικῆς αἱρέσεως ἀντεχόμενοι πρὸς θατέραν ἐμβληθήσονται. βέλτιον γὰρ Χριστιανοὺς αὐτοὺς ὄντας ἀποθανεῖν ἢ ζῶντας ὡς Βογομίλους διώκεσθαι καὶ τὰς τῶν πολλῶν τύπτειν συνειδήσεις. ἄπιτε γοῦν καὶ ὑμεῖς [καὶ ἡμεῖς], ὅπη βουλητόν, ἕκαστος χωρείτω." ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς Βογομίλους ἀποφηνάμενος ὁ βασιλεὺς ἐν σχήματι ἀπέλυσεν. εὐθὺς οὖν παραλαβόντες τούτους ἀπῄεσαν καὶ πλῆθος παρειστήκει πολὺ συρρεόντων ἑκασταχοῦ. κάμινοι δὲ τηνικαῦτα ἐπταπλασίως κατὰ τὸν μελῳδὸν ἀνήπτοντο εἰς τὸ οὑτωσί πως καλούμενον Τζυκανιστήριν· τὸ πῦρ εἰς οὐρανοὺς ἀνήει· ὁ σταυρὸς ἐπὶ θατέρᾳ ἵστατο· αἵρεσις τοῖς ἐνόχοις ἐδίδοτο, ὅπη ποτ' ἂν βουλητὸν ἑκάστῳ, χωρεῖν, ὡς καυθησομένων ἁπάντων. εἶτα τὸ ἄφυκτον ὁρῶντες τοῦ πράγματος, ὁπόσοι μὲν ἐν αὐτοῖς ὀρθόδοξοι ἦσαν, τῇ τοῦ σταυροῦ προσεχώρουν καμίνῳ

4. θατέρᾳ] ρα ex corr. m. 2 C. 6. ἐναποθανεῖν? cf. 364, 14. 9. πρὸς θατέραν scripsi: πρὸς θατέρων C, προσθατέρων P. 12. καὶ ἡμεῖς (add. sup. vers. m. 2) C, καὶ ὑμεῖς P: ego καὶ ἡμεῖς seclusi. 18. Τζυκανιστήριν C, Τζυκανιστήρον P. ἀνήει C, ἀνήκει P.

Christianosque se veros esse contendunt accusatique ab aliis neutiquam concedunt, minaci eos vultu intuens "Volo" inquit "hoc ipso die duos incendi rogos, quorum in altero crux terrae infixa erigatur; dein optionem fieri omnibus, ut, qui in Christiana fide hodie mori cupiant, seiuncti a ceteris ad illum rogum accedant, in quo crux erecta est; qui vero pertinaciter in Bogomilica haeresi perseverant, coniciantur in alterum. melius enim esse statuo, ipsos ut veros Christianos mori, quam vivos ut Bogomilos vexari animosque multitudinis offendere. agitedum vos, accedite quo quisque accedere vultis." sic in speciem definito iudicio imperator Bogomilos dimisit; statimque abducti discesserunt multitudine magna undique concurrentium adstante. hinc septem fornaces iuxta sacrum vatem succensae usque in eum locum, qui Tzycanisterium vocatur; flammisque in caelum ascendentibus, dum in altero rogo crux erat erecta, reis omnibus igne perituris quocumque vellent vertendi se potestas datur. itaque cum nullum iam refugium viderent, quotquot orthodoxam

ὡς ὄντως μαρτυρήσοντες· οἱ δέ γε ἀθεώτατοι τῆς μυσαρᾶς ἀντεχόμενοι αἱρέσεως πρὸς θατέραν ἀπένευσαν. καὶ ἀπάρτι
B τούτων ἐν ταῖς καμίνοις ὁμοῦ ἐρρῖφθαι μελλόντων, οἱ μὲν παρεστῶτες ἅπαντες ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν ἤλγουν ὡς καυθησομένων ἤδη καὶ τοῦ βασιλέως πολλὰ κατεστύγναζον ἀγνοοῦντες τὸ οἰκονομούμενον. ἀλλὰ βασιλική τις πρόσταξις προκαταλαβοῦσα τοὺς δημίους ἐκείνους ἀπεῖρξε τοῦ ἐγχειρήματος. καὶ οὕτω βεβαίαν τὴν τῶν Βογομίλων ὄντως ὁ αὐτοκράτωρ ἐσχηκὼς κατάληψιν τοὺς συκοφαντουμένους Χριστιανοὺς πολλὰ παραινέσας ἀπέλυσεν, ἐκείνους δὲ πάλιν εἱρκταῖς εἶχε διαρήσας τοὺς ἀποστόλους τοῦ ἀσεβοῦς Βασιλείου [διακρίνας] τῶν ἄλλων· εἶτα καθ' ἑκάστην πεμπόμενος τοὺς μὲν δι' ἑαυτοῦ ἐδίδασκεν πολλὰ παραινῶν τῆς μυσαρᾶς ἀποσχέσθαι
C θρησκείας, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους λογάδας τινὰς τοῦ ἱεροῦ
V. 389 τῆς ἐκκλησίας συντάγματος ἐπέσκηψε καθ' ἑκάστην παραγινομένους ἀναδιδάσκειν αὐτοὺς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν καὶ παραινεῖν ἀποσχέσθαι τῆς βογομιλικῆς αἱρέσεως. καί τινες μὲν τούτων μετέβαλον ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ τῆς φρουρᾶς ἀπελύθησαν, οἱ δὲ τῇ σφῶν ἐπαπέθανον αἱρέσει ἐν εἱρκταῖς κατεχόμενοι, τροφῆς μέντοι καὶ ἀμφίων δαψιλῆ τὴν χορηγίαν ἔχοντες.

3. τοῖς CP, correxi. 7. ἐκείνων? 9. συ•κοφαντουμένους C. 11. διακρίνας seclusi. 17. βωγομιλικῆς ex γνωμικῆς m. 2. C. 19. τῇ ex τῆς m. 2 C. ἐναπέθανον? cf. 359, 6. 364, 14.

fidem tenebant, ad fornacem accesserunt eam, quae crucem habebat, martyrium revera passuri; improbissimi vero, qui perseverabant in impura haeresi, in alteram se converterunt. iam cum in eo esset, ut una omnes in flammas conicerentur, circumstantes omnes Christianos iam comburendos commiserabantur succensebantque valde imperatori, cuius nondum consilium perspexerant. at celeriter imperatorium mandatum editum est, quo carnifices ab incepto prohibebantur; cognitisque veris Bogomilis imperator Christianos, qui falso insimulati erant, multum admonitos dimisit; istos autem iterum in carcerem coniecit, cumque a ceteris impii Basilii apostolos seiunxisset, alios ipse cotidie arcessitos multis admonitionibus ab impura superstitione revocare studuit, ad alios misit viros ex sacro ecclesiae ordine electos, ut cotidie visitando eos ad rectam fidem adhortarentur et ad respuendam Bogomilicam sectam impellerent. ac fuerunt quidam illorum, qui in melius mutati e vinculis demitterentur; alii contra, qui haeresin retinebant, in carceribus vitam finierunt, ita tamen ut abunde iis victus vestitusque esset.

10. *Τὸν μέντοι Βασίλειον ὡς ὄντως αἱρεσιάρχην καὶ ἀμεταμέλητον παντάπασιν ἅπαντες τῆς ἱερᾶς συνόδου καὶ τῶν Ναζιραίων λογάδες καὶ αὐτὸς δὴ ὁ τότε πατριάρχης Νικόλαος πυρὸς ἄξιον ἔκριναν. οἷς καὶ ὁ αὐτοκράτωρ σύμψηφος ἦν πολλὰ πολλάκις προσομιλήσας αὐτῷ καὶ ἄνδρα σκαιὸν* D *διαγνοὺς καὶ τῆς αἱρέσεως μὴ ἀφιστάμενον, ἔνθεν τοι καὶ* P. 493 *πυρκαϊὰν μεγίστην κατὰ τὸν ἱππόδρομον ἀνάψας. βόθρος τε ὠρύρυκτο μέγιστος καὶ ξύλων πλῆθος, πάντα δένδρα ὑψίκομα καὶ συντεθέντα, ὄρος ἐδείκνυ τὴν σύνθεσιν. εἶτα τῆς πυρᾶς ἀναφθείσης ἠρέμα μὲν τὸ πλῆθος πολὺ κατά τε τὸ ἐπίπεδον τοῦ ἱππικοῦ καὶ κατὰ τοὺς βαθμοὺς συνέρρει καραδοκοῦντες πάντες τὸ γενησόμενον. ἐκ θατέρου σταυρὸς ἐπήγνυτο καὶ αἵρεσις ἐδίδοτο τῷ ἀσεβεῖ, εἴ που τὸ πῦρ πτοηθεὶς καὶ μεταβαλὼν τὴν γνώμην ἐπὶ τὸν σταυρὸν χωρήσειε, ἵνα τῆς καμίνου τηνικαῦτα ἐλεύθερος γένηται. παρῆν δὲ καὶ τὸ τῶν αἱρετικῶν πλῆθος ὁρῶν τὸν κορυφαῖον Βασί-* B *λειον. ὁ δὲ πρὸς ἅπασαν τιμωρίαν καὶ ἀπειλὴν καταφρονητικὸς κατεφαίνετο καὶ πορρωτέρω μὲν ὢν τῆς πυρκαϊᾶς κατεγέλα καὶ ἐτερατεύετο λέγων ἁρπάσειν αὐτὸν ἐκ μέσου πυρὸς ἀγγέλους τινὰς καὶ ὑπέψαλλε τὸ Δαυιτικὸν ἐκεῖνο τὸ "πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ· πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις". ἀλλ' ἐπειδὰν τὸ πλῆθος διαναστὰν ἐδίδου μετὰ*

3. δὲ CP, correxi. 7. ὑπόδρομον, sed υ in ras. m. 2 C. 13. ἐδίδοτο C. 14. μεταβαλὼν P, μεταβὼν C. 15. ἵνα addidi. 22. διαναστὰν scripsi: διανιστᾶν C, διανιστᾷν P.

10. Basilium vero ut principem sectae obstinatissimumque cum tota sancta synodus Naziraeorumque delecti tum et ipse Nicolaus patriarcha igne dignum censuere. quibus imperator quoque assentitur; etenim frustra eum verbis saepe temptarat atque, ubi sinistrum eius ingenium cognovit quodque ab haeresi non desisteret, tum demum maximum in hippodromo rogum accendi iussit. effossa erat ingens illic fovea et immensa lignorum strues ex altis arboribus composita, ita ut montis instar esset. rogo deinde accenso magnaque multitudine et in solum hippodromi et circa gradus confluente et omnibus eventura expectantibus, iam crux figitur ex adverso daturque optio viro impio, num forte igne conterritus mutata sententia ad crucem accedat, incendii ut poena liberetur. aderat etiam omnis haereticorum turba intuens principem suum Basilium, qui tamen poena minisque contemptis cum procul rogum adspiceret, derisit vaticinansque insane angelos adfore dixit, qui ex medio eum igne eriperent, et submurmuravit Davidicum illud "ad te autem non appropinquabit; verumtamen oculis tuis considerabis", ut vero discedens turba

παρρησίας αὐτῷ κατιδεῖν τὸ φρικῶδες ἐκεῖνο θέαμα τῆς πυρκαϊᾶς (καὶ γὰρ ἐκ πολλοῦ διαστήματος ἠσθάνετο τοῦ πυρὸς καὶ ἐπαιρομένην τὴν φλόγα ἑώρα καὶ βροντῶσαν οἷον
C καὶ ἀποσπάδας ἀφιεῖσαν πυρὸς εἰς ὕψος μετεωριζομένας τῆς μέσον τοῦ ἱππικοῦ ἱσταμένης πυραμίδος λιθίνης), ἐνταῦθα ὁ θρασὺς ἐκεῖνος ἀποδειλιᾶν πρὸς τὸ πῦρ καὶ θορυβεῖσθαι ἐδόκει. ἔστρεφε γὰρ τὰς ὄψεις πολλάκις καὶ ἐκρότει τὰς χεῖρας καὶ ἐπάτασσε τὸν μηρὸν οἷον τοῖς ὅλοις ἐξαπορούμενος. ὅμως καὶ οὕτως ἔχων καὶ ἀπὸ μόνης τῆς θέας ὡς ἀδαμάντινος ἦν. οὔτε γὰρ τὸ πῦρ κατεμάλαξε τὴν σιδηρᾶν αὐτοῦ ψυχὴν οὔτε αἱ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς αὐτὸν διαπόμπιμοι διαμηνύσεις κατέθελξαν, ἀλλ' εἴτε ἀπόνοια μεγίστη
D τοῦτον κατείληφε διὰ τὴν παρεστῶσαν ἀνάγκην καὶ συμφορὰν καὶ ἀπόρως οὕτως εἶχε τῆς γνώμης καὶ διάκρισιν οὐδοπωσοῦν ἐλάμβανε τοῦ συμφέροντος, εἴτε καὶ ὁ κατασχὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ διάβολος, ὅπερ καὶ μᾶλλον δοκεῖ, σκότος αὐτοῦ βαθύτατον κατεσκέδασεν, εἰστήκει πρὸς πᾶσαν ἀπει-
V. 390 λὴν καὶ πρὸς πάντα φόβον ἀμηχανῶν ὁ κατάπτυστος ἐκεῖνος Βασίλειος καὶ νῦν μὲν πρὸς τὴν πυρκαϊὰν ἐκεχήνει, νῦν δὲ
P. 494 πρὸς τοὺς παρεστῶτας. καὶ πᾶσιν ὡς ἀληθῶς κατεφαίνετο μεμηνὼς καὶ μήτε πρὸς τὴν πυρκαϊὰν ἐφορμιῶν μητ' ὀπισθό-

4. μετεωριζομένης CP, correxi. 8. τοῖς ὅλοις] τολ C, corr. m. 2. ἐξαπορουμένην C, corr. m. 2. 9. καὶ ὅμως C¹, ὅμως καὶ C². 11. αἱ τοῦ ex αὐτοῦ C. 14. οὐδοπωσοῦν C, οὐδεπωσοῦν P. 19. ἐκεχήνει] η in ras. m. 2 C. 21. μεμηνὼς] ν add. m. 2 C.

eum liberius illud horridum rogi spectaculum intueri passa est, (nam e longinquo sensit ignem surgentemque flammam conspexit fulminantem quasi et scintillas ardentes vibrantem in summam pyramidem lapideam, quae in medio stat hippodromo) tum sane audax iste igne conterritus et perturbatus in speciem plane desperantis
• oculos saepe avertere, complodere manus, femora tundere: attamen, quamvis solo flammarum adspectu ita esset affectus, adamantis instar erat immotus, cum neque flamma molliret ferreum eius animum nec missae ab imperatore admonitiones movere eum possent: sive summa eum insania corripuit imminente dira necessitate interituque ac destitutus ratione, quid ipsi saluti esset, non intellexit, sive, quod verisimilius videtur, diabolus menti eius densissimas tenebras offudit. ac constitit ad minas metumque omnem invictus detestabilis iste Basilius nunc quidem in rogum inhians, nunc in eos, qui aderant.
• omnibusque revera videbatur insanire, cui neque ad accedendum rogum neque ad retrocedendum animus esset, sed torpuit et immobilis

πους ὅλως γινόμενος, ἀλλ' ἐπεπήγει καὶ ἀκίνητος ἦν, ἐφ' οὗ που καὶ τὰ πρῶτα κατελάβετο. πολλῶν δὲ λόγων ῥεόντων καὶ τῶν τερατολογιῶν αὐτοῦ διὰ πάσης γλώττης φερομένων δείσαντες οἱ δήμιοι, μή πως ἄρα οἱ ἀμφὶ τὸν Βασίλειον δαίμονες ἄτοπόν τι τερατουργήσειαν παραχωροῦντος Θεοῦ καὶ ἀλώβητος ἐκ μέσου τοῦ τοσούτου πυρὸς ὀφθείη ὁ κάκιστος πρός τινα τόπον δημοσιώτατον ἀφιγμένος καὶ γένηται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης, δοκιμασίαν τινὰ ἔδοξαν ποιήσασθαι. τερατευομένου γὰρ ἐκείνου καὶ αὐχοῦντος, ὡς ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἀλώβητος ὀφθήσεται, ἀναλαβόμενοι τὸν B μανδύαν αὐτοῦ ἔφασαν ὡς "ἴδωμεν, εἰ μὴ τῶν σῶν ἀμφίων ἅψεται τὸ πῦρ". καὶ παραχρῆμα εἰς μέσον ἔρριψαν τῆς καμίνου. ὁ μὲν οὖν Βασίλειος ἐπὶ τοσοῦτον ἐγάννυτο ὑπὸ τοῦ ἐξαπατῶντος αὐτὸν δαίμονος λέγων ὡς "ὁρᾶτε τὸν μανδύαν εἰς ἀέρα ἀνιπτάμενον;" οἱ δὲ ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα κατανοήσαντες ἄραντες ὦσαν αὐτὸν αὐτοῖς ἱματίοις καὶ ὑποδήμασιν εἰς τὸ μεσὸν τῆς καμίνου. καὶ τοσοῦτον ὥσπερ κατ' αὐτοῦ θυμουμένη ἡ φλὸξ διεβοσκήθη τὸν ἀσεβῆ, ὥστε μηδὲ κνίσσαν τινὰ γενέσθαι μηδὲ καπνοῦ τινος καινοτομίαν ἑτέραν, ἀλλ' ἢ μόνον λεπτήν τινα γραμμὴν καπνώδη φανῆναι κατὰ τὸ μέσον τῆς φλογός. καὶ γὰρ καὶ C τὰ στοιχεῖα κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐπαίρεται· φείδεται δέ, ὡς

6. τοῦ add. m. 2 C. 8. χείρων C, χεῖρον P. 11. 15. μανδύαν ex μάνδιν m. 2 C. 13. τοσοῦτον] το et ν add. m. 2 C. ἐγάννυτο C. 22. δὲ C, om. P.

constitit eo loco, quem forte primum occupaverat. at cum multi sermones differrentur et praestigiae illius per omnium ora celebrarentur, veriti carnifices, ne forte diaboli, qui Basilio faverent, permittente deo horrendum prodigium ederent, quo ex medio tanto igne servatus iste in locum aliquem publicum prodiret et esset novissima haeresis peior priore, eius rei experimentum facere decernunt. etenim iactante illo mirificeque gloriante, vel ex medio igne intactum se conspectum iri, arrepto eius pallio "Videamus," aiunt "utrum vestes tuas ignis tangat necne", statimque id in rogum coniciunt. Basilius autem glorians adeo, quippe daemonis fraude perversus, "Videtisne" inquit "pallium meum in aerem evolare?" illi vero, e limbo telam cum cognovissent, comprehensum eum cum vestibus calceisque in medium rogum protrudunt, in eumque modum velut irata flamma impium devoravit, ut ne nidor quidem oreretur nec fumi mutatio existeret, nisi quod tenuis vaporis linia in mediis flammis apparebat. nam et ipsa elementa impiis adversari videntur, parcunt certe, ut

γε τἀληθὲς εἰπεῖν, τῶν θεοφιλῶν, ὥσπερ ποτὲ ὑπεχώρει καὶ ὑπείκαθε τοῖς θεοφιλέσιν ἐκείνοις νεανίαις ἐν Βαβυλῶνι καὶ περιέστεφεν αὐτοὺς τὸ πῦρ καθάπερ τις χρυσοειδὴς θάλαμος. ἐνταῦθα δὲ τὸν ἀλάστορα τοῦτον Βασίλειον οὔπω ἀκριβῶς οἱ τοῦτον μετεωρίσαντες εἶχον, καὶ ἡ φλὸξ ἐδόκει προεκτρέχειν, ἐφ' ᾧ τὸν δυσσεβῆ ἐξαρπάσαι. τὸν δ' ὑπόλοιπον ἀριθμόν, ὅσοι τῆς ἀπωλείας ἦσαν τοῦ Βασιλείου, σφαδάζοντος τοῦ παρεστηκότος λαοῦ καὶ βιαζομένου ἐπιρρίψειν καὶ αὐτοὺς τῷ πυρί, ὁ αὐτοκράτωρ οὐ συνεχώρησεν ἐγκλεισθῆναι κελεύσας ἐν ταῖς τῶν μεγίστων ἀνακτόρων στοαῖς καὶ τοῖς περιδρόμοις. καὶ τούτου γεγονότος διελύθη τὸ θέατρον. καὶ μετὰ ταῦτα διαδέχεται τοὺς ἀθέους τις ἄλλη ἀσφαλεστάτη φρουρά, εἰς ἣν ἐμβληθέντες καὶ πολύν τινα χρόνον διατετριφότες τῇ ἀσεβείᾳ αὐτῶν ἐναπέθανον. τοῦτο μὲν οὖν ὕστατον ἔργον καὶ ἆθλον τῶν μακρῶν ἐκείνων πόνων καὶ κατορθωμάτων τοῦ αὐτοκράτορος καὶ καινοπραγία τις καὶ τόλμη παράδοξος. καὶ οἶμαι ὁ τότε παρὼν ἢ καὶ συνὼν ἐκείνῳ θαυμάζει μέχρι τοῦ νῦν καὶ οὐχ ὕπαρ τὰ τότε γεγενημένα θεάσασθαι δοκεῖ, ἀλλ' ὄνειρός τις αὐτῷ καὶ φαντασία φαίνεται. καὶ γὰρ ἐξ ὅτου τῶν ὁρίων τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐξ αὐτῆς τοῦ Διογένους ἀναρρήσεως οἱ βάρβαροι ἐπέβησαν οὐκ εὐτυχῶς ἐκ πρώτης, ὅ φασι, βαλβίδος κατ' αὐτῶν ἐξορ-

10. ταῖς C, τοῖς P. 11. παραδρόμοις CP, correxi. 13. ἣν C, τὴν P. 16. καινοπραγία P, κενοπραγία C. 21. ἀναρρήσεως] η ex corr. m. 2 C. 22. ἐξορμήσαντος scripsi: ἐξορμησαντες CP.

rem non dubiam proferam, hominibus sanctis, sicuti olim a dilectis deo Babyloniis illis iuvenibus recesserunt, quos ut aureus quidam thalamus ignis circumdedit. at scelestus hic Basilius nondum in rogum sublatus erat, cum flamma iam, ut arriperet eum, procurrere videbatur. cum vero reliqui quoque, qui impietatis eius participes erant, adstans populus in ignem ut conicerentur posceret, imperator id non permisit, verum in maximi palatii porticibus peridromisque eos claudi iussit, spectatores dimitti. tum excepit improbos istos alia tutissima custodia, ubi diu retenti in impietate sua obierunt. id ultimum erat imperatoris factum certamenque post magnos illos labores et successus, in quo mira felicitate audendique fortuna usus erat. ac puto eos, qui praesentes fuerunt vel etiam eius consuetudine usi sunt, mirari etiamnunc res tum temporis gestas omniaque non veritatem sed somnium imaginemque iis videri. ex quo enim barbari post Diogenis non feliciter inde a primis, ut aiunt, carceribus contra eos profecti renuntiationem Romani imperii fines invaserunt,

μήσαντος, οὐ μέχρι τῆς τοὐμοῦ πατρὸς αὐτοκρατορίας ἡ βαρβαρικὴ χεὶρ συνέσταλται, ἀλλὰ καὶ ξίφη καὶ δόρατα κατὰ Χριστιανῶν ἐξεθήγετο, καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι καὶ σφαγαί. ἠφανίζοντο μὲν πόλεις, ἐλῃΐζοντο δὲ χῶραι καὶ πᾶσα ἡ Ῥωμαίων γῆ Χριστιανῶν αἵμασιν ἐμιαίνετο. οἱ μὲν γὰρ βέλεσί τε καὶ δόρασιν οἰκτρῶς ἔπιπτον, οἱ δὲ τῶν σφετέρων ἀπελαυνόμενοι δορυάλωτοι πρὸς τὰς πόλεις Περσίδος ἀπήγοντο. καὶ τρόμος ἅπαντας εἶχεν ἐπὶ τὰ ἄντρα καὶ τᾶ ἄλση καὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς ἀπὸ τῶν εἰσπιπτόντων δεινῶν C κρύπτεσθαι ἐπειγομένους. ἐν τούτοις οἱ μὲν ἐποτνιῶντο ἐφ' οἷς ἔπασχον πρὸς Περσίδα ἀπαγόμενοι, οἱ δ' ἔτι περιόντες, εἴ πού τινες τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ὁρίοις ἐναπέμειναν, βύθιον στένοντες ὁ μὲν υἱόν, ὁ δὲ θυγατέρα ἐθρήνει· ὁ δὲ ἀδελφόν, ὁ δὲ ἀδελφιδοῦν ἀπεκλαίετο πρὸ καιροῦ θνήσκοντα καὶ οἷα γυναῖκες θερμὸν κατέσταζον δάκρυον. καὶ οὐκ ἦν τότε οὐδεμία τις σχέσις ἄδακρυς οὐδ' ἀστένακτος. βασιλεὺς δὲ πλὴν ὀλίγων, λέγω δὲ Τζιμισκῆν τε καὶ Βασίλειον τὸν βασιλέα, ἔκτοτε καὶ μέχρι τοὐμοῦ πατρὸς οὐδεὶς ἄκροις ποσὶ τῆς Ἀσιάτιδος ἐφάψασθαι τὸ παράπαν τετόλμηκεν. D

11. Ἵνα τί δὲ περὶ τούτων; αἰσθάνομαι γὰρ ἐμαυτῆς οἷον τῆς λεωφόρου ἐκτρεπομένης, διττόν μοι τὸν ἀγῶνα τοῦ λόγου τῆς προκειμένης ὑπαγορευούσης ὑποθέσεως ἱστορεῖν

2. *συνέσταλται*] *αι* ex *ι* m. 2 C. 8. *τρόμος* scripsi: *δρόμος* CP. 9. *εἰσπιπτόντων* C, *εἰπιπτόντων* P. 16. *ὀλίγον* C, corr. m. 2. 17. *Τζιμισκήν* P, *τζιμισχῆν* C. 20. *ἐμαυτῆς*] *εμ* in ras. m. 2 C.

Aer summus arboris est extremus apex ramorum ac frondium altissime exurgens supra sylvam reliquam. Ex his coniecturam capienti de loco qui est in manibus videri poterat aer montis esse supremus eius vertex. Verum intercedit huic suspicioni ἀκολουθία ipsa loci et ratio sententiae, quae exigit ut aer Malagnorum sit non editissima montis eius pars, sed mari vicina maxime, imminensque opportune, rostrum quoddam aut caput promontorii ad appulsionem solutionemque navium. Statim siquidem additur Augustum simul istum *aerem* attigit, regia monere missa Imperatricem in arce maritima commorantem accersivisse. ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ τὸν ἀέρα καταλαβεῖν, διὰ τοῦ βασιλικοῦ μονήρους μεταπέμπεται τὴν Αὐγούσταν. Imo, ut apparet, eo ipso animo ac spe con-

ficiendae deportationis huius locum istum insederat Imperator, ut vel inde satis verisimile sit aerem vocatum promontorii excurrentis in mare caput undique portuosum et accessu facile. Sic Ausonius in Mosella *templi aerem* vocat non quodcumque medium spatium inter cameram et pavimentum phani: sed insignite nodum sive umbilicum mediae fornicis prominenter extantem e magnete lapide in speciem Cauri flantis conformato: cui opposita statua ferrea Arsinoes, innata vi lapidis herculei tracta in altum, suspensa suspendebat animos admirationemque spectatorum circum hiantium, quod solidum signum gravis materiae admotum arcana vi tholo medio testudinis delubrum superne contegentis, ibi haereret nullo fulcro, talem obiectans suspectantibus speciem quasi solo crine inhaerens nucleo camerae iustae molis puella inde penderet. Versus Ausonii sic habent.

Conditor hic forsan fuerit Ptolemaidos aulae
Dinochares, quadro cui in fastigia cono
Surgit, et ipsa suas consumit Pyramis umbras,
Iussus ob incesti qui quondam foedus amoris,
Arsinoen Pharii suspendit in aere Templi.
Spirat enim tecti testudine Corus Achates:
Afflatamque trahit ferrato crine puellam.

Sic in pileo Despotae Sciadio dicto: de quo Codinus cap. III num. I. pag. 45. Edit. Reg. ἀὴρ vocatur nodus cinguli clarissimis e gemmis pretiosissimo textu nomen Despotae ipsius inscriptum ostentans intuentibus contra. Erat enim ille nodus (Gretserus noster non male umbonem vertit, ob quandam similitudinem umbilici clypeorum) Erat inquam pretiosi et auro clavati diadematis, quo redimiebatur pileus Despotae, quasi fibula ista. et emblema fulgentissimum, ex congestis margaritis, in partem anteriorem obversum atque adeo emicans e fronte summa. Non facit huc notio alia nominis ἀὴρ, iuxta quam velum quo sancta operiuntur in altari aer dicitur. Colligit testimonia Meursius. cui addo: videri indicatam hoc verbo vel subtilitatem tenuis ac pretiosi panni quo vela talia constabant; quo more ingeniosi scriptores telas subtilissimas ventos textiles, aut nebulas cohaerentes vocare solent: vel adhibitum huc nomen ἀὴρ, quatenus caliginem et tenebras sonat, ad designandum obumbratione ista contegentis veli augustam velut quandam caliginem offundi mysteriis, et sacras tenebras quibus ad venerationem vulgo commendentur.

ΑΜΦΙΡΥΚΟΣ. Lib. VIII. et lib. XIV. Genus sine dubio navis. Videri posset corrigendum ἀμφιρικὸς *ambiremis*: quo verbo Thucydides est usus: nisi satis expertus uti

Annam saepiuscule novis vocabulis, temperandam putassem criticam manum. Quin etiam non usquequaque ἀμφηρικὸς Thucydidis ad huius loci sententiam facit. Hic enim res exigit hoc verbo intelligi navem apertam undique, ad speculationem liberam riparum amnis, quales ἀμφιῤῥῶγας Suidas appellatas docet: quasi dicas fractis undique obicibus vectoribus circum omnia cernendi puram facultatem dantes. Speculatorias, si bene memini, dixit Livius, lib. II. Decadis primae. Graeci autem, ut Plutarchus in Catone, κατασκοπικὰ πλοῖα: quam vocem latinitate donatam ab Hirtio habemus lib. V. imo et a Tullio lib. V. Epistolarum ad Atticum. Caeterum si quis pro priore ambiremis ἀμφηρικοῦ notione ambitiosius contendat, haut difficile concesserim, utramque hic significationem in unam inclusam vocem, ut ἀμφήρικοι νῆες et apertae et duobus utrimque remis agitatae naves sint.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ. Peculiari et iuridica ratione usurpatur ab Anna hoc nomen libro praesertim XIII. saepius ad significandum ὑποχείριον δοῦλον subiectionem professum alicui Principi ratione feudi ab eo accepti. Vide verbum λίζιος, inferius suo loco.

ΑΝΤΙΛΗΨΙΣ. In instrumento Pacis confectae Baimundum inter et Alexium Augustum lib. XIII. sonat liberalem gratiam et concessionem clementem ac beneficam.

ΑΠΟΚΡΕΩ et *ΑΠΟΣΠΑΣ.* Cum nihil addendum habeam ad ea quae viri doctissimi de his vocabulis annotarunt, causa hic morandi non est.

ΑΠΟΣΤΟΛΕΥΣ. Qui classi praeest. Vide Suidam: usurpatur lib. XIII. in Pacificatione Baimundi.

ΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ. Lib. XIV. pag. 443. ἡ δὲ Αἰγοῦστα περιχαρὴς γεγονυῖα ἐδέξατο τοῦτον ἔξω τῆς τοῦ κοιτῶνος θύρας, ἀριστήριον τοῦτο πάλαι ὀνομαζόμενον. Suspicari licet ex notatione vocabuli fuisse hanc Gynaecei Palatini exhedram in qua Imperatrices cibum sumere consueverant. Ut sit ἀριστήριον ἀπὸ τοῦ ἀριστεῖν *prandere.* Quod si ita est, parum verisimile fuerit idem esse ἀριστήριον cum ἄρεως οἴκῳ cuius meminit Procopius lib. I. Persicorum ubi de incendio urbis et Palatii: καὶ τῆς, ait, βασιλέως αὐλῆς τὰ ἐκ τῶν προπυλαίων ἄχρι ἐς τὸν ἄρεως λεγόμενον οἶκον κατθέντα ἐφθάρη.

ΑΡΧΟΝΤΟΠΩΛΟΙ. Filii veteranorum militum in unum agmen sic dictum conscripti. lib. VII. pag. 204. Ἀρχόντων nomen vel militares magistratus, ut Centuriatus, Tribunatus, et similes indicat: ut hi fuerint filii non gregariorum sed gesto magistratu probatorum militum: vel eadem notione sumitur qua Principum vox in militia Romana. ubi Princi-

pes, Hastati, Triarii, species sunt militum etiam praefecturam militarem non gerentium. *πώλου* terminatio *ὑποκοριστικὴ diminutiva* est Graecis recentibus. quod, quia viri docti abunde docuere, novis autoritatibus, quod erat facile, putidum et supervacaneum fuerit adstruere conari. Tantum addam, quod ad *ΑΓΟΥΡΩΝ* quoque superius explicatam vocem et cohortem referri potest, vel plane ad hoc genus pertinuisse cohortem trecentorum eximiam lib. XIII. sub initium descriptam; vel certe similis instituti ac generis fuisse. Verba loci laudati sic habent. *τὴν νέηλυν στρατιὰν ἐκ τῆς συντάξεως πάσης ἀπολεξάμενος καὶ οὓς μᾶλλον αὐτὸς ἀνεθρέψατο καὶ τὰ στρατιωτικὰ ἐξεπαίδευσεν*, (Hi manifeste ad classem *τῶν Ἀγούρων* pertinent) *ἀρχηγοὺς στρατευμάτων κατέστησεν. ἦσαν δ' οὗτοι ξύμπαντες τριακόσιοι, πάντες νέοι, καὶ εὐμήκεις, σφριγῶντες τὸ σῶμα, καὶ ἕκαστος τούτων ἀρτίχνους τὸ γένειον* etc. Paulo inferius sub medium libri eiusdem XIII. memoratur caedes Carae cuiusdam qui ex cohorte *τῶν Ἀγούρων ἠνδρειωμένων* fuisse videtur. Sic enim Anna: *Πίπτουσι τηνικαῦτα τῶν Ῥωμαίων πολλοί. καὶ αὐτὸς ὁ Καρᾶς νηπιόθεν τοῖς γνησίοις παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος προσληφθεὶς καὶ καταλεγείς.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΣΑ. Imperatrix lib. XIV.

B.

ΒΕΣΤΙΑΡΙΤΑΙ. Lib. IV. pag. 109. *τῶν δὲ οἰκειοτέρων οὓς βεστιαρίτας ἡ συνήθεια καλεῖ.* Omnes hos fuisse custodes Imperialium vestium (sic enim viri docti *βεστιαριτῶν* nomen exponunt) equidem vix credo. Quomodo enim isti aut tot fuissent ut ex iis numerosa cohors pugnaturum acie Alexium sequeretur? aut soli ex aulicis ac domesticis omnibus ad dimicandum adsciscerentur? Videtur potius ex verbis Annae *βεστιαρίτας* dictos communiter vulgari lingua fuisse omnes domesticos domus Augustae qui statis in palatio ministrantes officiis familiae Imperatoriae imputabantur, certo fortasse colore aut modo vestium (ut hodie fieri consuevit) ab aliis distincti, indeque appellationem nacti.

ΒΛΑΤΤΙΑ. Recitat Anna lib. III. pag. 93. et 94. Epistolam Alexii Augusti ad Henricum Regem Alemaniae, qua inter alia Imperator testatur se Regi ex pacto misisse centum quadraginta tria millia numorum et centum Blattia, *ἑκατὸν βλαττία.* Quid haec Blattia sint equidem disquisivi diu: quo potissimum omnia indagantis suspicio sederit, hic proponam obnoxie ac timide. Existimo volumina fuisse panni holoserici ostrino colore tincti, *cent pieces de velours ou satin rouge cramoisy,* ita ut materiae simul et coloris genus vocis

unius emphasi iungantur institutione peculiari Graecorum sequioris aevi. Primum omnium Blattam dici purpuram, ostrum, muricem, ac coccum, (unus enim populari usu color rubeus splendens tot istis inter se diversis signatur nominibus) blattam inquam dici purpureum quemcumque fucum, doctissime demonstrat Andreas Resendius lib. I. Antiquitatum Lusitanicarum, tum aliis veterum testimoniis adductis, tum his Sidonii versibus lib. IX. Epist. ad Tonantium.

Rutilasque ferte blattas
Recoquente quas aheno
Meliboea fucat unda
Opulentet ut meraco
Bibulum colore vellus. etc.

Idem autoritate Vopisci, Capitolini, Eutropii, Pauli Diaconi, Isidori, Venantii Fortunati, et aliorum adstruit Gretserus noster lib. II. Observationum in Codinum, solidius, ni fallor, quam ut satis fuerit eruditum scriptorem Notarum Posterio-
Pag. 38 rum in Cedrenum, tribus contra verbis excipere: nihil esse nisi *nugas et nullius momenti commenta quae circa blatteum colorem id est roseum vel purpureum et Graecum βλαττίον, ex nominum allusione velut e Delphica tripode, enunciat sparsim Gretserus in Codinum.* In quo praeterea (quod pace viri docti et religiosi dictum velim) humanitatem eius adversus hominem de religione ac literis bene meritum requiro. Afferri solet Cassiodori quoque manifestum in eandem sententiam testimonium. Sed res minime dubia testimoniis non eget. Blatta, vermis genus triticei ac ferruginei coloris, usurpatum iam olim scimus pro verme minuto coloris micantissime flammei, ac viva rubedine saturi qui oritur ex granis fruticis Arabibus *Kermes* dicti: ex quo est nomen celebris apud officinas antidoti (confectionem Alkermes vocant) quod in ea locum vel praecipuum baccae huius fruticis habeant: cuius item ex nomine vulgatum illud nostris saturae purpurae vocabulum natum qua *rouge cramoisy* quasi rubrum Kermesinum dici solet. Hinc quia ex granis hisce fucus purpureus quo vestes inficiuntur exprimitur purpura ipsa *grana* Lusitanis dicitur: imo et Graecis κόκκος, quod genericum, non minus quam vermis, nomen est, ad hanc tamen speciem usu addictum. Iam quia grana haec industria infectorum certo modo et spatio temporis in areis expansa, et subinde vappa vel cervisia rigata, vertuntur in vermiculos pellucentes cruore florentissimi coloris, quo vestes imbutae amoenissime fucantur, invaluit ut purpura vermis ac vermiculus appelletur, Graece σκώληξ aut σκωλήκιον, unde putatur in vulgares linguas emanasse *Scarlacae* nomen, Galli

Escarlate dicunt. Qui etiam pro ruberrimo fuco *Vermillon* vermiculum passim usurpant. Neque id coepit χθὲς καὶ πρώην, cum omnium antiquissima lingua sancta locis sane plurimis etiam primi et vetustissimi scriptoris Mosis, vocem תּוֹלַעַת, quae vermem sonat, pro purpura usurpet: uti videre est Exod. XXV. 4. XXXV. 35. XXXIX. 3. Levitici XIV. 4. et 6. Tum praeterea Iob. XXV. 6. Isai. I. 18. XIV. 11. XLI. 14. Thren. IV. 5. Ionae IV. 7. Nahum. II. 3. Et alibi. Sed omittere non possum locum eximium ex Psal. XXII. 7. ubi iuxta vulgatam nostram: *Ego vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis.* Loquitur eo Psalmo Christus, et Prophetice praenunciat minutissimas quasque partes ac peristases passionis suae, quas in narratione rei gestae attenta comparatione recognoscere multo est iucundissimum. Iis porro quae descripsimus verbis singulariter designatur illud opprobrium quod Christus gravissimum pertulit, quando conscissus flagris, et praeterquam toto corpore cruentatus, etiam coronatus spinis, productus ad Iudaeos a Pilato est; ita deformatus, ut vix pro homine agnosci posset, nisi, ut pictorum rudium aevo simplici conatus imperfecti iuvabantur inscriptione addita, quae doceret esse hominem id quod illi simulare cogitarant, ita Pilatus verbo admonuisset esse illum hominem. *Exivit Iesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum: et dixit eis* (Iudaeis Pilatus) *Ecce Homo.* At haec loci alterius. Satis sit hinc legisse obiter in rem praesentem, illic in vermis nomine alludi acute ac prorsus eleganter ad purpureum vestimentum quo tunc opertus ad ludibrium Christus fuit. Quamquam in Hebraeo תּוֹלַעַת alia etiam insignis allusio est ad crucifixionem imminentem ex paronomasia vocis תָּלָה quae sonat de ligno suspendere ac crucifigere. Hactenus habemus purpurei coloris notionem in blatta: mihi vero id non sufficit, qui existimem etiam genus serici textus ac bombycinae materiae Blattii verbo designari: ita ut Blattia non quivis panni purpurei, sed serici sint. Primum observo saepe ista coniungi mentione apud scriptores. Aelius Lampridius in Heliogabalo. *Paraverat funes blatta et serico et cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo vitam finiret.* Quibus in verbis merito quaerat aliquis: quae materia blatta sit a serico et cocco distincta? ac fortasse non male suspicetur prius et expositive accipiendum, hoc sensu: *paraverat funes blatta, hoc est, serico et cocco, sive filis sericis coccinei coloris intortos,* etc. Flavius Vopiscus in Aureliano: *quum ab eo uxor sua peteret ut unico pallio blattco serico uteretur. ille respondit,* Absit ut auro fila pensentur: *libra enim auri tunc libra serici fuit.* Haec ille in quibus notari cupio: cum

Ioan. XIX. 5.

dicitur libra serici, non sericum quemcumque pannum, sed simul blatteum hoc est purpureum intelligi. uti et cum fila dicuntur auro pensari, fila bombycina cocco tincta cogitanda sunt. adeo haec usu et pretio coniuncta vices sibi invicem ad mutuam significationem praestant. Itaque et paulo ante cum dixit Vopiscus idem: *vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit: neque alteri utendam dedit*, non quamcumque forte, sed purpuream significavit, ut tanto cohaerentius sequatur quod statim infert de negato uxori pallio blatteo, ex holoserico purpureo videlicet. Sed pergamus exempla dare coniunctae mentionis coloris et texti. In Codice Theodos. leg. XVIII. tit. de Murilegulis qui est XX. libri X. *Quoniam trecentas pene libras blattae sericae clandestina fucatione*, etc. In Codice Iustiniani sericoblatta uno vocabulo legitur. Et alibi saepe similia videre est, nam hic iam aequo longiores sumus. Hinc factum ut sola mentione coloris purpurei usu tacito sericae materiae species indicaretur. Narrat ecce de Nerone Suetonius: *aureo eum reti piscatum et funibus purpura coccoque nexis.* Quis hic aliud intelligit quam funes sericis filis purpureis intortos? Quos eandem rem memorans *blatteos* apprime in rem nostram dixit Eutropius, uni voci significationem serici textus et coccinei fuci subiiciens. Quid Graeci? (Recentiores hos dico Byzantinarum Tractatores rerum) quam multa huius consuetudinis exempla suppeditant? Nicetas unus sit satis. Aliorum testimonia occurrent ultro legentibus. Is ubi in Alexio Comneno Iuniore libro III. in plerisque codicibus habet *ἄνευ τῶν βλαττίων*, alia lectio, (quae utcumque putetur marginalis annotatio, veteris certe Grammatici est; et ut in re tali, de notione vocis usitata suo tempore autoritatem habet) alia inquam lectio habet *πλὴν τῶν σηρικῶν νημάτων*. Alibi Nicetas *βλαττία πολλὰ χρυσᾶ*. In quae verba Paraphrasis docti Grammatici sic habet: *σηρικὰ διαπλεχθέντα χρυσῷ*. Alia omitto. haec enim abunde sunt ut recte videatur in universum statuisse Salmasius Notis ad Hist. Aug. Script. pag. 391. recentiores Graecos *βλαττίον non pro blatta vel purpura* sola, *sed pro nemate serico blatteo usurpasse.* In quo puto Graecos rationem habuisse aliquam originis filorum sericorum quae a verme hoc est blatta (nam Blatta interdum commune nomen vermis est) producitur, vulgo bombyce dicto. unde filum ipsum ac tela ex eo texta bombyx dicitur. Quinetiam nomen ipsum vulgatissimum serici non a seribus populis aut patria eorum, quod vulgo putant, si Hesychio quidem credimus, ducitur: sed a sere verme sive blatta: Ita enim Hesychius: *Σὴρ σκώληξ ὁ τὴν μετάξαν ἐργαζόμενος* hoc est: *Ser.*

vermis sericum vellus efficiens. Quare serica vestis peculiari ratione blatta, blattea, vel blattia dicitur. Praeterea illud admonuerim: cum duplex scriptura sit nominis *βλαττίον*; altera geminato *τ*, altera ea simplici litera: quae hactenus diximus tantum convenire *τῷ βλαττίῳ*, quomodo scribit et Anna nostra et Cedrenus in Tiberio III. ubi memorat *στολὰς σωληνατὰς ἀπὸ βλαττίου*. Ex quibus fortasse tum Nicetae loca tum Codini quae *βλατίον* scribunt cum *τ ψιλῷ*, corrigenda sunt. Quod vero ratio sententiae alicubi exigit ut *βλαττίον* volumen sit, ortum videri potest ex eo quod panni eiusmodi serici purpura infecti antequam in partes secti assutique in vestes essent, in volumina complicabantur *βλαττία* vulgo vocitata. Postremo illud monere non omittam non esse contra rem ac sententiam nostram stabilitam hic a nobis locum illum Codini cap. IV. n. XX. ubi mentio est *λευκοῦ βλαττίου*. Ut enim omittam etiam candorem purpurae tribui, Horat. Sat. VI. lib. II.

rubro ubi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos,

sane ferrum igne concepto, quod candens dicitur, purpureum fulgorem habet. Ut non pertendam meo iure quamvis eminentiam splendentis in suo genere coloris purpuram interdum appellari, unde purpureae nives dictae reperiuntur: illud modo dico eo ipso quod Codinus significare volens Logothetae pileum ex serico albo splendenti esse, vocavit illud *λευκὸν βλαττίον*, satis indicasse *βλαττίον* solum sericum esse purpureum, quae opinio nostra est aequi lectoris arbitrio subiecta.

ΒΛΑΧΟΙ. Lib. VIII. pag. 227. *καὶ ὁπόσοι τὸν νομάδα βίον εἵλοντο (Βλάχους τούτους ἡ κοινὴ καλεῖν οἶδε διάλεκτος).* Et tamen *Blachi* populorum nomen est Moesiam superiorem incolentium, qui hodie Valachi vocantur, olim fortasse ex Scythis Nomadibus et hamaxobiis vagis in iis denique sedibus conquiescentes. unde invaluerit ut proprium antea sectae atque instituti nomen genti postmodum adhaeserit. Neque enim numquam studia in generis appellationem transeunt in similibus. Occurrunt nunc Corsi sive Corsicae insulae cultores qui quoniam opportunitate littorum et marium illecti piraticam olim studiose factitabant, inde vulgari vocabulo Piratas *Corsaires* dicimus. uti et latrones *Brigans* vocamus quod Brigantes olim Magnae Britanniae populi latrociniorum infamia flagrarent. ut omittam Chaldaeorum nomen saepius olim Astrologiae studium quam locum patriae designasse. Cui geminum est quod sacrarum literarum Interpretes annotant in illis verbis Proverb. XXXI. 25. *Sindonem fecit et vendidit et cingulum tradidit Chananaeo*, Chananaeum dici

mercatorem. Sed nullus sit finis si curem congerere cuncta eius loci exempla. Unum addam de quo fuerit operae pretium monuisse. Ioannes Cinnamus, cuius Historiarum libros rerum narrationem indidem ubi Annae nostrae Alexias desinit auspicantes Latina versione deproperamus brevi prodituros, libro secundo meminit depraedationis Mysorum quae inter Cilicum et Antiochiae Syriae fines exerceretur. Unde autem tali loco Mysi? Nempe Mysos viles personas et mancipia intelligit, significatque magnum numerum rusticorum et vilium capitum captos et servituti fuisse addictos. Id adeo inde ortum suspicari fas est quod Mysorum gens despicabilis et servituti nata olim proverbio locum dederat *ἔσχατος Μυσῶν* cum alicuius infima vilitas exaggeranda cum hyperbole esset. Cicero pro Flacco. sect. 65. *Quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est quam si quis despicatui ducitur ut Mysorum ultimus esse dicatur.* etc. Igitur ut Mysi Mancipia dicti, ut bello capti dura et inclementi servitute habiti Sclavi sive Slavi vocitati, sic *Blachi,* cum Gentis vagae proprium esset nomen, appellative postea designaverit instabilis et desultoriae vitae Barbaros, *ἑλόντας τὸν νομάδα βίον*, erraticae et nusquam habentis domicilium vitae sectarios.

BPAXIONION. τῶν Βλαχερνῶν lib. II. Est opinor murus sive ambitus exterior, suburbio Constantinopolitano *Blachernae* dicto circumdatus.

BPEBIA. Catalogi vasorum sacrorum et possessionum Ecclesiae lib. VI. pag. 157. sumptum ex usu veteris Ecclesiae Latinae. Etenim Optatus libro I. testatur: chartam in qua conscripta essent bona Ecclesiastica *brevem* proprie vocatam.

BPYΣIΣ. Lib. XV. non longe ab initio *καὶ στρατοπεδεύει κατὰ τὴν βρύσιν τοῦ Καρυκέως καλουμένην.* Non est dubium quin *βρύσις* sit fons. id vocis ipsum etymon clamat, est enim a *βρύω* scaturio, praeter eas autoritates quas recitat Meursius alieno ni fallor loco: nempe in verbo *βρισίον*, quod alterius originis et significatus est. Puto autem designari peculiariter verbo *βρύσεως* locum ipsum scaturiginis ex quo protinus hauritur: ad differentiam *πηγῶν καὶ κρηνῶν* illarum quae operibus in urbes inducebantur, cuiusmodi erat *ἡ ἐννεάκρουνος* Athenis. Sed horum fontium origines oportebat altiori esse situ, unde per pronum quo erat opus deduci possent. at *βρύσις* videtur dici fons humilior, qualem optabat Iuvenalis *villico culti horti*: *puteum* nempe *brevem*, hoc est, non altum, *nec reste movendum*, verum unde manu sola cum situla demissa haurire liceat. Quamquam funem a *βρύσει* non excludit Codinus cap. VII. de Officiis num. 17.

Sat. III.

pag. 91. Edit. Reg. ubi sic habet: *κατὰ μὲν τὸ παλαιὸν ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀκολουθῶν τῷ βασιλεῖ* (*ὁ Πικέρνης*) *ἔφερε κωθώνιον μετὰ ἀλύσεως, ὡς ἂν εἰ ἐν χρείᾳ γένοιτο πιεῖν αὐτὸν ἀπὸ βρύσου* al. *βρύσης*. forte *βρύσεως, ἢ ποταμοῦ, δῷ τοῦτο* (melius forte legas *τούτῳ*) *καὶ πίῃ*. Ibi *ἄλυσις* non tam ad commodius ferendum suspensum e catenula pocillum, quam ad hauriendi usum accommodatam mentionem habet. Non nego tamen *πηγὴν* et *βρύσιν* sive *βρύσην* esse synonyma. Nam quem locum *Βασιλακίου βρύσην* Curopalates continuator Cedreni vocitatum ait, ubi effossi Botaniatae Augusti iussu Basilacio sunt oculi, Anna nostra diligentius totam Historiam Basilaciani belli ac cladis referens *πηγὴν Βασιλακίου* dictum ait: non, quemadmodum vir doctus in novis ad Codinum Notis nuper docuit pag. 95. Edit. Regiae, quod *ab effossis Basilacii oculis sanguinis fontes erupissent*, in quo nihil excaecato Basilacio proprium fuit: ut omittam, quo tunc modo excaecationes istae fiebant admotione laminae candentis, videri citra missionem sanguinis perpetrari solitas; sed quod contigerit excaecari Basilacium prope fontem ex hoc deinde casu cognominatum. Videsis Annam sub medium libri I. Corrigenda hinc obiter prava lectio, et ex ea nata non recta interpretatio loci Curopalatae in Botaniate pag. 866. Editionis Regiae. *καὶ ἔκτοτε ὁ τόπος ὠνόμασται βρύσις τοῦ Βασιλακίου*. Quae sic reddit Interpres. *Et ex eo tempore locus ille appellatus est fremitus Basilacii*. Legere enim maluit *βρύξις* quam *βρύσις* contra Codicum fidem, parum, ut suspicari pronum est, habens compertum, quid id vocis esset.

ΒΥΚΑΝΗ. Lib. XI. ante medium. al. *βυκίνη* buccina. Sic *μηχάνη* machina, *τρυτάνη* trutina.

Γ.

ΓΕΝΟΥΣΙΟΣ. Lib. XI. *γενούσιος στόλος* classis Genuensis.

ΓΗΠΕΔΑ. Lib. XV. post medium. Hanc vocem enarrat Eustathius ad Iliad. Λ'. his verbis. *γήπεδον μέντοι τὸ ἐν πόλει προκείμενον οἰκίας, οἷον κηπίδιον*. Hoc est *γήπεδον vocatur fundus aut terrae purae spatium intra urbem contiguum aedibus, cuiusmodi est hortus*.

ΓΛΩΣΣΑ. Praeter usitatissimam omnibus vocabuli huius notionem, aliam ei valde, ni fallor, singularem Anna nostra subiicit dum sic lib. XIII. sub medium pag. 394. scribit: *σκόπους ἐν διαφόροις ἐξέπεμπε τόποις, περιαθρεῖν τὰ περὶ τὸν Βαϊμοῦνδον, καὶ γλῶτταν αὐτῷ ἐκεῖθεν κομίσαι*. In his satis apparet *γλῶτταν* dici certum et exploratum de

hoste nuncium. Locutio est vel origine Gallica; vel sacris expeditionibus e Graecia in Galliam a Gallis reportata, certe hodieque vel maxime vigens. Sic enim vulgo dicimus: *prendre langue des ennemis.* Usurpatur item alibi ab Anna γλώττης nomen pro terrae tractu mari praetento, aut potius in mare incurrente. allegoria nostratibus quoque non insueta, qui eiusmodi promontoria vocant *langues de terre.* Locus est lib. XII. post med. *κατ' αὐτὴν τὴν γλῶσσαν σκοπέα κατέλιπον.* Nisi γλῶσσα fretum aut traiectum hic potius sonat.

ΓΟΝΑΤΗΣ. Lib. XI. pag. 311. Nomen turris Nicaeensis.

Δ.

ΔΙΑΛΑΛΙΑ. Edictum, Admonitio, *un cry public.* lib. VIII. post. med.

ΔΙΑΚΡΑΤΗΣΙΣ. Possessio. lib. XIII. in Pacis instrumento Baimundum inter et Alexium.

ΔΟΥΚΑΤΟΝ. Lib. XIII. Ducatus. *le Duché.*

E.

ΕΑΡΙΝΟΣ ΚΑΙΡΟΣ. La Campagne, omne tempus quo bellum geri sub dio potest, a vere ad autumnum. Lib. IX. initio.

ΕΓΧΟΡΗΓΙΑ. Dicuntur lapides ad structuram peregre advecti, non indidem ubi aedificatur sumpti. lib. III. Portus Constantinopoli Bucoleon appellatus, dicitur ornatus iam olim fuisse *δι' ἐγχορήγων καὶ μαρμάρων.* Lib. XI. paulo ante finem Arx ad Laodiceam exstructa dicitur *δι' ἐγχορήγου* nimirum ex materia longe navibus importata. Sic enim loci sententia exigit quam qui attendet intelliget arcem in hostili solo et in sabulo trepide structam non nisi aliunde illata aedificari materia potuisse.

ΕΘΝΙΚΟΝ. *τὸ ἐθνικόν* Militia auxiliarium gentium lib. IV. Aliquando dubitabam, an non Ecclesiastice vox ea ibi usurparetur pro Infidelibus qui multi militabant sub Alexio: Turci saltem. Iterum repetitur lib. VI.

ΕΚΕΙΣΕ. Peculiari notione usurpatur ab Anna pro *ἐπέκεινα*, ultra, ad designanda loca trans limitem. Sic eadem alibi *ἐκεῖσε τοῦ Δανούβεως ῥέοντα* de quodam fluvio ultra Danubium. Et initio lib. XV. *ἐκεῖσε* de Asia dicitur; quippe ultra fretum sita. Scribebat videlicet Anna Constantinopoli cis Hellespontum.

ΕΜΠΕΡΙΒΟΛΩΣ. Lib. V. extremo Anna hoc adverbium impendit explicando characteri Itali sophistae cui *στρυφνότητα καὶ τὸ ἐμπερίβολον* tribuit. Hoc quid sit explicare non huius operae fuerat verba dumtaxat nova exponere aggressae: nisi Lexica vulgaria parum hic feliciter susceptam

provinciam gererent. Aiunt enim *λόγον ἐμπερίβολον* orationem esse ornatam et elegantem, nec exacte, nisi fallor, nec satis ad mentem eius unde hauserunt Budaei *τοῦ πάνυ*, qui plane subtiliter et erudite vocis huius notionem edisserit pag. 467. Commentariorum suorum edit. Paris. anni 1548. concluditque perspectis omnibus *τὸν ἐμπερίβολον λόγον* opponi *τῷ καθαρῷ* puro sermoni nudoque: a quo multum non abhorret Annae nostrae sententia: quae Itali orationem tectam, solicitam, cautionibus praemunitam, indeque minime puram ac simplicem fuisse docet. Nam elegantiam quidem adeo ei nullam tribuit, ut passim barbarismis et stribiliginibus lutulentam fluxisse reprehendat.

ΕΞΙΣΩΤΗΣ. pag. 250. Iudex, Praetor, Inspector praesens et Compositor rerum in Provinciam cum potestate missus. Vide Suidam et Notas Post. in Cedrenum ad pag. 591.

ΕΞΙΠΠΙΑΖΕΣΘΑΙ. Lib. IV. post medium: omissis equites equis subito pedites in hostem vadere.

ΕΞΚΟΥΒΙΤΑΙ. a recto singulari *ἐξκουβιτής*. Sic plane legendum lib. IV. circa medium ubi codex noster *ἐξουβιτῶν* sine dubio ullo pro *ἐξκουβιτῶν* habet. Porro *ἐξκουβιτὴς* idem quod *ἐξκουβίτωρ*, quod vocabulum cum et Meursius et Carolus Annibal Fabrotus in suis Glossariis diligenter enarraverint, verbum non addam.

ΕΞΚΟΥΣΑΤΟΣ. Nomen navis. Lib. X. post medium: *ἀπέστειλε τὸν καλούμενον δεύτερον κόμητα μετὰ τοῦ ἰδίου κατέργου, ἐξκουσάτου παρὰ τοῖς ναυτικοῖς καλουμένου.* Comes hic secundus fortasse is aut ei similis fuerit quem contramiralem nostri dicunt: cuius navis a praetoria secunda *Excusata* vocari solita esset a Nauticis.

ΕΞΟΥΣΙΑΣΤΗΣ. Lib. XI. post med. Princeps, Toparcha, Dynasta.

ΕΞΟΥΣΙΟΚΡΑΤΩΡ. Lib. XIII. sub med. *τὸν ἐξουσιοκράτορα Ῥωμίσκην τὸ δεξιὸν ἐπέχοντα κέρας.* Militaris id Magistratus nomen.

ΕΞΩΠΟΛΟΝ. Forte melius *ἐξώπυλον* lib. VI. pag. 180. exterior ambitus murorum.

ΕΠΙΣΚΥΝΙΟΝ. Antiquae institutionis vox: sed in qua nonnihil Anna nostra *καινοτομεῖ*. Id quo intelligatur, quam necessario, tam breviter repetendum est, quid notionis huic verbo subiecerint veteres. Eustathius ad Odyss. *η΄*. *ἐπισκυνίον ἡ ἑρμηνεία παρὰ τοῖς παλαιοῖς αὕτη. ἐπισκύνιον τὸ ὑπὲρ ὀφρῦν ἐποφρύδιον.* Idem alibi nempe ad Iliad. *ρ΄*. *ἐπισκύνιον δέ ἐστι κατὰ τοὺς παλαιοὺς εἰπεῖν, ἐπίδερμον ὃ ἐπιχαλᾶται τοῖς τῶν λεόντων ὀφθαλμοῖς καὶ καλύπτει αὐτοὺς προνοίᾳ φύσεως, οὐ τοσοῦτον διὰ θυμὸν ὅτε σκύζε-*

HAVERFIELD LIBRARY OF ANCIENT HISTORY OXFORD

ται τὸ θηρίον, ὅ ἐστιν ὀργίζεται, ὅσον ἵνα μὴ βλέπων τὰ ἐπιρριπτόμενα βέλη δειλαίνηται. Ex his, adiuncto Scholiaste Nicandri qui *ἐπισκύνιον* esse ait *τὸ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν μέρος, ἤτοι δέρμα,* satis constat hoc vocabulo significari pellem imminentem oculis, et eos superne protegentem, quae in leonibus laxior est, et demitti solet cum ira feruntur, providentia quadam naturae id agentis, ne conspectu telorum generosus impetus eius bestiae retardetur, quae inde audax et fortis irruit, quod caeca rabie praeceps fertur; pellibus superciliorum eo sese inferius demittentibus, quo ira maiori effervescit irritata bellua. Quare illud ex naturae peritia ad furoris emphasim vehementissimi ab Homero de leone dictum est Iliad. ϱ'.

Πᾶν δέ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἕλκεται ὄσσε καλύπτον.

Hinc Caesarissa nostra imaginem mutuata est elegantis allegoriae, transferens *ἐπισκύνιον* ad significandum capitis tegmen usitatum professoribus vitae monasticae, quod ipsa *cuculium* alibi vocat. Id solet ad specimen modestiae longe infra oculos demitti et vultum atque os inumbrare, tristitiamque illam venerabilem et religiosam inducere, quae etiam, non ira sola, verbo *σκύζειν* et *σκυδμαίνειν* unde est *ἐπισκύνιον*, designatur, si bonis Grammaticis credimus: qui non improbabiliter autumant inde esse metagrammatismo quodam *τὸ σκυθρωπὸν καὶ σκυθρωπάζειν.* Alibi etiam Anna eadem coronam Imperialem superne clausam et concavam ac videlicet frontem ipsam usque ad supercilia tegentem, translatione non minus apta, *ἐπισκύνιον* appellat lib. IX.

ΕΠΙΣΚΟΠΗ. Lib. XIV. Videtur esse domus aut Palatium Episcopale Tripolitanum in quo velut in loco sacro deposita Imperatoris pecunia est a legatis eius.

Z.

ZΑΤΡΙΚΙΟΝ. Accipio ultro et comprobo coniecturam Meursii *ζατρίκιον* ludum esse latrunculorum, vulgo Schaccorum, opinantis. Satis id suadent quae ex Achmete et Anonymo de arte Persica testimonia recitat. Nec abludit Anna: cuius narratio exigit, ut hic ludus eiusmodi fuerit qui a sedentibus, atque adeo recumbentibus, posset exerceri: quandoquidem Patrem suum ait, taedium noctis insomnis accitis collusoribus, ita ut erat, decumbentem adhuc, ante lucem, isto remissionis genere fefellisse. quod nemo non videt apte quadrare in schaccorum ludum. Unum miror, excipere Meursium: minus sibi quam vellet in hoc favere Theocriti Scholiasten, quasi is potius *ζατρικίου* nomen ad calculorum ludum referat. En Scholiastis huius locum integrum, quem oppido

mutilum Meursius descripsit. sic ille annotat ad illum versum Idyllii v.

καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον.

ἡ δὲ λέξις μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν παιζόντων τὸ κοινολέκτως λεγόμενον ζατρίκιον. ἐκεῖνοι γὰρ ὅταν πολλὰ ποιήσαντες οὐ δύνανται ἑτέρως νικῆσαι τὸν ὅμοιον παίκτορα, κινοῦσι καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς λίθον, τὸν οὕτω βασιλέα καλούμενον. Haec ibi. quae Latine reddam equidem, ut etiam qui artis ludendi quam Graecae linguae consultiores sunt, suae Schaccomachiae artificium in zatricio agnoscant: *Cum dicit Poëta:* et a linea lapidem movet, *dictionem transfert a consuetudine ludentium eum ludum quem vulgo zatricium dicunt. Illi enim postquam omnibus tentatis haud se aliter reportare victoriam de collusore posse sentiunt, movent ad extremum a prima linea lapillum, nempe illum qui rex appellatur.* Sic ille. Quae verba Schaccotechniae periti sese agnoscere responderunt: submoturosque facile calcularios, si vindicare illa tentent, una exceptione: fuisse olim scrupeos et e lapillis schaccos, cum hodie frequentius eburnei tornentur aut buxei. Sed haec isti viderint. Illud nostrae *πραγματείας* est disquirere cuius sit originis vox *ζατρίκιον*, Graecae an barbarae. Sunt qui magnopere contendant verbum esse Persicum; etenim hodieque latrunculorum ludum Persis *Xatrang*, vel *Xatreng* appellari. Plinianus contra Exercitator pag. 1130. *ζατρίκιον* dictionem esse contendit mere Graecam, et in Persidem profectam e Graecia. *Quis* enim inquit, *nescit huius ludi inventionem Graecis deberi? a Graecis igitur ad Persas res ipsa cum nomine transiit.* Haec ille: in quibus adstipulantem nequaquam habet Annam nostram. prout videre licet pag. 360. ubi mentione *ζατρικίου* facta, haec mox subiungit. *παιδιὰ δὲ τοῦτο ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων τρυφῆς ἐξευρημένων, καὶ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖθεν ἐληλυθός.* Tamen constanter Graeci Grammatici, quorum ratio non immerito habenda videatur, *ζητρεῖον*, sive *ζατρεῖον*, a quo *ζατρίκιον* extensum est *ὑποκοριστικῇ ἐπενθέσει*, Graecae origini vocabulum vindicant. Sonat autem *ζατρεῖον* pistrinum, ergastulum, servorum carcerem, aut tormentum. Autor Etymologici *ζητρεῖον τὸ τῶν δούλων δεσμωτήριον, ἤγουν τὸν μύλωνα.* quod mox dictum addit quasi *δήτρειον, ἀπὸ τοῦ δέω* quod est ligo, et *τρέω τοῦ φοβοῦμαι.* Nam poenae caput *ἐν ζατρείῳ* vinculorum incommodum erat, quibus ad cippum alligabantur infelices, et per longas illic moras tabescere sinebantur. Unde etiam ipse ille cippus proprie *ζητρεῖον* dictus, si Moscopulo credimus. *ζητρεῖον κοινῶς ὁ κοῦσπος. ἔστι δὲ εἶδος κολαστηρίου ᾧ οἱ δοῦλοι ἐδεσμοῦντο.* Aut idem, aut similis res fuit ille

codex, de quo Propertius lib. IV. Eleg. VII. illo versu *Codicis immundi vincula sentit anus.* et Iuvenalis Sat. II. dum ait: *residens in codice pellex.* Verum Suidas distinctius explicat genus horum vinculorum, dum innuit stringi solitos miserorum pedes paratis intra cippi crassitiem angustis loculis. *ποδοκάπη*, inquit, *ποδῶν κάκωσις ὁ λεγόμενος κοῦσπος.* Nec abludit Latino-Graecus glossator, apud quem ita legitur: *cuspus, ξυλινὸν σανδάλιον.* Idem adstruunt Glossae Basilicorum dum *κουσπάτορας φυλακιστὰς* esse docent. *Κούσπους γὰρ* (addunt) *ξυλόποδας καλοῦσι.* Referunt etiam, Salmasius loco iam laudato, et Carolus Annibal Fabrotus in Glossario Cedreni, locum huc pertinentem ex Lexico inedito Bibliothecae Regiae. *ζατρίκιον ὁ κοῦσπος τὸ τῶν δούλων κολαστήριον.* ubi iacet illa ipsa vox integra cuius originem disquirimus; quam inde verisimile fit ludo latrunculorum non nisi metaphorice aptatam, cum proprium antea usum haberet in significando poenali servorum codice. Quis autem divinet unde hoc sic invaluerit, ut supplicii vocabulum ad remissionem transferretur? quam multa similiter instituta cernimus quorum aliam nemo causam queat reddere nisi arbitrium talia primum inceptantium? Cogitabam aliquando, an non, quoniam qui vincti attinebantur in ergastulis ac custodiis, taedii causa fallendi soliti essent indulgere forte ludo isti, quo, quam solam habebant reliquam vinctis pedibus manuum promovendis calculis libertatem usurparent, inde fieret ut nomen loci ubi ludus latrunculorum frequentaretur, ludo ipsi adhaerescceret: praesertim cum facile potuerit cippus intra quem inferne crura fugitivorum aut alio nomine poenas luentium servorum constricta premebantur, superiori sui parte coaequatus esset in superficiem committendis latrunculis plagularum descriptione paratam: unde simul *ζατρίκιον* esset et *κοῦσπος.* Nisi forte alii verisimilius autumant pedes impedientis cippi vocabulum ludo latrunculorum per translationem accommodatum, quod quae in eo velut in scena quadam quasi personae repraesentantur Rex, Regina, Equites, etc. *mandris et vitreo latrone clusae* exhibentur, ut Martialis loquitur Epigr. LXXI. lib. VII. hunc ipsum innuens ludum. Etenim in prima structione aciei quae ludi principio fit, Proceres, tamquam alligati ad cippum servi, in extrema linea ponuntur, suo quilibet affixus discolori quadro: a tergo quidem clausus extremo Zatricii margine, quasi muro carceris, a facie vero impeditus longo oppanso versu latrunculorum velut custodum militum, hodie *pedites* vocant: qui sic producta linea praetenduntur, ut maiorum calculorum commovere sese queat nullus, quoad peditum obstantium contextus alicuius

submotione perrumpatur. Mandras igitur hic Poeta vocat plagulas quibus schacchi maiores insident affixi. Latrones autem minoris molis scachos, vulgo *Pietons*, dicit. quos vitreos dum appellat, ex ea tum materia frequentius factos innuit. Sed haec curiosius exequi vix est tanti.

H.

ΗΛΟΣ. Multis locis non clavus, sed cuspis ac ferrum lanceae, quae Christi Domini latus fodit.

ΗΜΙΛΟΧΙΤΑΙ. Lib. x. sub finem. *ἀλλὰ τὸ μέσον ἔχειν τῶν ἡμιλοχιτῶν.* Nova et haec vox. Videntur *ἡμιλοχῖται* quasi Triarii fuisse: qui pugnantibus aliis subsiderent, servantes se ad incerta belli, ut fusis, si forte, fractisque suis, integri praelium sumant. Non sunt puri *λοχῖται* insidiatores. Sed eorum simile habent quippiam. idcirco *ἡμιλοχῖται.*

K.

ΚΑΒΑΛΛΑΡΙΟΙ. Lib. XIII. sub finem *οὐχ ἱππεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ ὁπλῖται.* ut Anna ipsa illic exponit: significans milites gravis armaturae *καβαλλαρίων* nomine censeri, tametsi pedites sint: quod a Glossatoribus Graecobarbaris non animadversum, ideo notatu dignum videri potest.

ΚΑΘΕΤΟΣ. Lib. XIII. sub medium. *ὅπως τοὺς μὲν καθέτους τούτους ἄνδρας ἀβλαβεῖς διατηρήσειε. κάθετος* hic est proiectus in periculum aut perniciem certam. Elegans id quidem, sed non vulgo usitatum; ideoque hic notandum. Puto Annam habuisse in animo *ἀμνὸν κάθετον* de quo Harpocration verbo *κάθετος.* quod exponit *ὁ καθέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός.* qui nimirum porriciebatur in medios fluctus periturus.

ΚΑΜΙΝΟΣ. Vulgo fornax. Sed Anna pro pyra usurpat lib. XV.

ΚΑΝΙΚΛΕΙΟΝ. Lib. XI. sub finem *ἀπὸ τῆς τοῦ κανικλείου ἀξίας μέγαν δρουγγάριον τοῦ στόλου προχειρισάμενος.* Vide Meursium et Glossarium Cedreni.

ΚΑΠΑΝΑΙ. Nam pro *καπανοῖς* rescribendum puto *καπάναις.* Est autem *καπάνη* Thessalica dialecto idem quod *ἁπήνη,* vehiculum aut rheda. Eustathius ad Iliad. *λ'*. pag. 799. edit. Frobenianae, ubi enumeravit quaedam vocabula quibus adventitia litera praefigitur ut *χλιαρὸν, πήγανον, σμίλαξ, σμύραινα.* quae citra epenthesim dicuntur *λιαρὸν, ἤγανον, μίλαξ, μύραινα.* huic generi accenset *καπάνην* nostram, sic statim subiungens *καὶ τὸ καπάνη ἀπάνη ὅ ἐστιν ἁπήνη. Θετταλοὶ γὰρ ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου φέρεται, τὰς ἁπήνας καπάνας ἔλεγον ὅθεν καὶ καπανικὰ παρ' αὐτοῖς τὰ*

ἁμαξιαῖα. ὡς δηλοῖ φησιν Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Λυδῶν δεῖπνα καὶ Θετταλῶν ὧν τὰ Θετταλικὰ πολὺ καπανικώτερα. Haec ille quae abunde sunt ad notionem declarandam τῆς καπάνης. a qua tamen videtur recedere Pollux lib. I. cap. X. ubi nomenclaturam variarum currus partium reddens virgam currus mediam καπάνην proprie dictam asserit. ἡ δὲ μέση ῥάβδος καπάνη.

ΚΑΣΤΕΛΛΙΟΝ. Quasi diceres Castellulum, munitiunculam videlicet exigui ambitus. lib. XI.

ΚΑΤΑΛΥΣΙΣ. Lib. VI. post medium. ἀλλὰ τὰ τῆς βοηθείας ἐντεῦθεν κατὰ τὸν νοῦν τοῦ αὐτοκράτορος εἰς κατάλυσιν τοῦ Ἀπελχασὴμ περιΐστατο. κατάλυσις ibi positum videtur ἀντὶ τοῦ ἀπόλυσις liberatio.

ΚΑΤΕΠΑΝΩ. 94. κατεπάνω τῶν ἀξιωμάτων verto: *Praepositus dignitatibus.* Puto esse ab ἐπάνω praeposito κατά. Bis reperitur in Epistola Alexii ad Henricum libro tertio. Quod Meursius hanc vocem exponens Redemptorem vectigalium vertit, generis nomen speciei tribuit. Videntur enim οἱ κατέπανοι, vel ut melius scribitur hoc loco, οἱ κατεπάνω, dicti fuisse Praepositi cuilibet rei, ut hic dignitatibus. *Les Surintendans.* Itaque censeo hanc vocem Graecae originis et analogiae, plane diversam ab alia mere barbara sequioris Graeciae usu trita καπέτανος, aut καπέτανις vel etiam καπέτανιος *Capitaine* de qua Glossographi sat multa.

ΚΑΤΕΡΙΟΝ. Triremis. Vide Glossaria Meursii et Fabroti ad Nicetam. lib. X. post med. ἀπέστειλε τὸν καλούμενον δεύτερον κόμητα μετὰ τοῦ ἰδίου κατέργου.

ΚΑΥΚΙΟΝ. Caucium lib. III. in Epist. Alexii ad Henric. iure opinor meo in interpretatione retinui sonum ipsum vocis barbarae eiusdemque πολυσήμου. nam et hydriam et calicem et nummum sonat. ex quibus notionibus secunda maxime in hunc locum quadrat. nec vana fortasse suspicio sit, si quis calicem sacrum ad usum sacrificii ex gemma solida Sardonyche factum hic intelligat. Vide Meursium.

ΚΕΛΛΑ. Lib. XV. Cella Monachi.

ΚΛΗΡΙΚΟΙ. Clerici, Episcoporum Asseclae, lib. XIII. in instrumento Pacis: οἱ Θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι Ἀμάλφης Μαῦρος, καὶ ὁ τοῦ Ταρέντου Ῥενάρδος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ κληρικοί.

ΚΟΜΗΤΕΣ. Tritior haec vox est usu posterioris Graeciae quam ut de illa notandum hic sit quidquam distinctius, praesertim cum in ea copiosus sit Meursius, quem consulas licet. Addo tantum praeter notissimam istam notionem dignitatis aliquando simplicius usurpari hanc vocem ut antiquae voci Latinae *Comes* respondeat, et asseclam aut

viae socium sonet. Lib. XIV. sub medium de Principibus Gallis ad Imperatorem cum magno comitatu adeuntibus. *ὁπόσους ἂν ἕκαστος τῶν κομήτων ἐβούλετο συμπαραλαμβάνων εἰσῄει.* Ibi tamen ambigua oratio est et si vox *κομήτων* referatur ad *ἕκαστος*, ut recte potest, nihil innovabitur in eius significatu, sed tantum si referatur ad *ὁπόσους*.

ΚΟΜΙΤΟΥΡΑ. Lib. XI. Militia propria cuiusque Comitis. Coniunctis enim ad oppugnationem urbis Nicaeae Latinorum omnibus copiis, Comitum sive Principum unusquisque in loco certo cuique assignato proprias sub signis peculiaribus habebat copias. Has castrorum et exercitus universi partes, quarum unaquaeque sub proprii Comitis praefectura erat, *κομιτούρας* Anna vocat.

ΚΟΝΟΣΤΑΥΛΟΣ. Praeter Annotata a Meursio, *Κονσταῦλος* nomen est dignitatis non ut hodie singularis et unicae in toto regno, sed quae multiplicationem admitteret: adeo ut multi simul Conostabli esse possent, uti hodie Mareschalli, quos vocant. Id indicat Anna lib. XIII. sub medium dum Baimundum falsis adversus quosdam suorum delationibus perturbatum, anxie deliberasse ait: *τίνας ἀντ' αὐτῶν Κονσταύλους ποιήσειε.*

ΚΟΡΤΙΝΑ. Muri ambitus. *La courtine* lib. XI. ubi de obsidione Nicaeensi *τῶν μεταξὺ κορτινῶν*, non autem, ut Meursius citat ex Hoeschelianis excerptis, lib. VIII.

ΚΟΥΚΟΥΛΙΟΝ. Tegumentum capitis monachorum proprium. lib. XV.

ΚΟΥΛΑ. Arx imposita civitati. Lib. XI. sub finem *τὴν μέντοι ἀκρόπολιν ὅπερ κουλᾶ νῦν ἡ συνήθεια καλεῖν εἰωθεν, ἔτι Κέλτοι κατεῖχον.* libro eodem arx Antiochena *κουλᾶ* vocatur.

ΚΥΠΕΛΛΟΝ. Pollux lib. VI. cap. XVI. commune hoc vocabulum poculis omnibus, sed poeticum agnoscit. *τὸ γὰρ δέπας καὶ κύπελλον ποιητικά.* Videtur tamen Anna id usurpare pro certo quodam genere ac forma poculi: dum lib. XV. sub finem sic scribit. *ὕδωρ ἐδίδου διὰ τοῦ κυπέλλου, οὐ δι' ἐκπώματός τινος πίνειν, ἵνα μὴ γένοιτο οἱ πολλάκις δυσκόλως περὶ τὴν κατάποσιν, φλεγμαινούσης τῆς ὑπερῴης καὶ αὐτῆς δὴ τῆς γλώσσης*, etc. sententiam divinavi et expressi ut potui. quod idem usu venit in tota fere ista descriptione morbi et mortis Alexii, ubi codex innumerabilibus passim lacunis hiat, et quae continue refert incorrectissima exhibet.

ΚΥΡΟΣ. Honorificae compellationis formula. minutum ex *κύριος* ut apud Latinos Domnus ex Domino. Lib. XIII. Imperator et eius filius quasi proprie et appellatione privatis non conveniente *κῦρος* dicitur. unde forte nostrum *Syre.*

κῦρις etiam iterum et tertio idem Augustus compellatur. Non tamen semper summae servata potestati fuit haec vox, sed promiscue personis honoratis attribui prius solebat. S. Maximus in dissertatione cum Pyrrho sic eum secum loquentem facit. *τί σοι κακὸν ἐποιήσαμεν κῦρι αββα Μάξιμε.* Videndum etiam an non religiosae appellationi coelitum eadem vox serviat, ut *κῦρος Γεώργιος* ab Anna memoratus sit Divus Georgius, ut nos loquimur.

Λ.

ΛΙΖΙΟΣ. Ἄνθρωπος λίζιος homme lige ὑποχείριος δοῦλος, iureiurando quod vocant fidelitatis alicui velut Principi obstrictus, et beneficiario iure obnoxius cliens. Vide Meursium et Glossarium ad Nicetam. Quibus addi plurima possunt ex Lectione scriptorum citimae vetustatis, passim cuivis obvia.

ΛΟΓΓΙΒΑΡΔΙΑ. Si quis hoc nomen vulgari hodie notione accipiat pro subalpina Italia, quam olim Romani citeriorem Galliam vocabant, nae is in Annae Historia plurimum falletur. in ea enim saepius Calabria aut Campania isto nomine designatur. Puta libro primo ubi de initiis Roberti Calabriae Ducis: cui a socero tributam fuisse urbem dicit in *Λογγιβαρδίᾳ* sitam *φρούριον* vocatam. Est autem *arx* civitas sic dicta non longe a Capua, de qua in Notis ad eum locum dicetur aliquid. Qua occasione porro inter Graecos Byzantinos invaluerit haec consuetudo sic Italiam appellandi, docet erudite vir aeque relĩgiosus ac doctus, quem honoris causa nomino, R. P. Goar, posterioribus Notis ad Cedrenum, ad pag. 577. quem magnopere censeo consulas. Admonere id hoc loco interfuit ne quis miretur cum viderit me *Λογγιβαρδίαν* interdum Italiam, alias Calabriam interpretari. quin etiam aliquando Longobardiam Latine posui notione eadem qua id nomen Graeci sumunt.

ΛΟΓΧΑΓΙΑ. Lib. x. sub finem. *παρεγγυῶμαί σοι μήτε πρὸς οὐραγίαν μήτε πρὸς λογχαγίαν ἵστασθαι φάλαγγος.* Suadet Thrasoni Alexius nimio plus quam vellet hostium inventuro, ut non in prima non in postrema acie pugnare appetat, sed in media: ut tectus undique numero suorum tutus esse possit. *οὐραγίαν* pro acie postrema legi apud Xenophontem in *ἀναβάσει, λογχαγίαν* nusquam. Nova vox videtur. Ideo codex alter *λοχαγίαν* habet: quae vox huc non quadrat. Quaeritur enim *ἀντίθετον τῆς οὐραγίας*, quod esse *λοχαγία* nequit. Recte ergo *λογχαγία, ἀντιπαράταξις*, frons exercitus, ubi Hastati cuspides protendunt. Non dissimulo tamen *λοχαγῶν* mentionem quae tertio quartove mox versu sequitur probabilem facere lectionem *λοχαγίας.*

M.

ΜΑΝΙΑΚΑΤΑΙ. Fuit qui suspicaretur nescio quid de torquatis Gallis. Memini legere me apud Polybium *μανιάκην* torquem. Sed nunc non erat his locus. Nec cuiquam potest esse dubium quin *μανιακᾶται* apud Annam lib. VII. pag. 210. sint reliquiae copiarum Maniacis, famosi quondam in Italia Graecorum Ducis, ut docet Anna ipsa lib. I. pag. 11. Curopalates in Diogene. *ἀντάρανδος δὲ τῷ μονομάχῳ καὶ κατιγωνισμένου οἱ σὺν αὐτῷ* (forte *σὺν αὐτῷ*) *περαιωθέντες τῷ βασιλεῖ δουλωθέντες μανιακᾶταί τε ἐπωνομάσθησαν, καὶ τῇ Ῥωμαίων πολλῇ* (forte *πόλει*) *ἐναπέμειναν.*

ΜΑΝΟΥΗΛΙΟΝ. Lib. XV. Candelabrum ante Imperatorem praeferri solitum a manubrio forte sic dictum ex Latino verbo manus. Vide Meursium et alios Glossographos.

ΜΑΡΚΕΣΣΗ. Dubito an hoc sit personae proprium nomen: an vero dignitatis illius hodie notissimae, quam Marchionatum dicimus, ita ut Tancredus ab Anna Marchio vocetur. Scriptores Expeditionum sacrarum constanter hunc Tancredum vocant Marchisi filium. et fortasse Patris nomen filio adiunxit hic Anna, more illo veteri quo Socrates Sophronisci et Thucydides Olori dici solet.

ΜΙΧΑΗΛΑΤΟΣ. Ut *Ῥωμανάτος* certas nummorum species designat imaginibus certorum Imperatorum nempe Michaelis aut Romani Diogenis impressas. Ad Michaelem quod attinet lib. XIII. sub finem fit mentio *μιχαηλάτου χαραγῆς* hoc est pecuniae impressae effigie Michaelis Ducae Augusti. Sic enim paulo post loquitur Baimundus *ὀφείλω λαμβάνειν κατ' ἐτησίαν δόσιν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν τάλαντα διακόσια τοῦ προβεβασιλευκότος κυροῦ Μιχαὴλ ποιότητά τε καὶ χαραγὴν ἀποφέροντα.* ubi notandum quod *ποιότης* et *χαραγὴ* distinguuntur. *l'alloy et le coin* et in Romanato *ποιότητος* solius fit mentio, non item typi: forte affectasse Baimundum solvi sibi tali moneta pensionem annuam quod iste Imperator Michael Ducas affinis ipsius fuisset ut libro I. traditur. Porro *ποιότης* et *χαραγὴ* diversae considerationis erant. nam Imperator quilibet arbitrio suo certum gradum et modum puritatis metalli praescribebat. haec erat *ποιότης*. quam eandem esse sub alio charagmate nihil vetat.

ΜΟΛΙΣΚΟΣ. Lib. VI. videtur esse angustus terrae tractus aquas dividens instar crepidinis, substructione et aggere firmata moles, cuiusmodi obiici stagnis ac fluminibus solent. Gallice, praeterquam quod Latinam molis vocem retinemus interdum in his appellandis, *digues* frequentius vocamus. Habet autem *ἐποχοριστικὴν* formam verbum *μο-*

λίσχος ut e Latino *moles* ab Anna vel ab eius aevi Graecis formatum videatur.

ΜΟΥΛΣΟΥΜΑΝΟΙ vel potius *ΜΟΥΣΟΥΛΜΑΝΟΙ*. Lib. IV. *ὁμολογῶν ἅμα ἐκ πολλοῦ τὴν ἀναμεταξὺ τῶν Μουλσουμάνων καὶ τῶν Ῥωμαίων εἰρήνην ἐπιποθεῖν θεάσασθαι.* Musulmanni Muhammedanae superstitionis cultores primi vocati sunt, quod cum Muhammedes dogma suum armata et violenta grassatione propagaret, eos omnes interficiens, qui suscipere illud nollent, qui suscipiebant מסלכאניז hoc est servati et salvi facti, quippe a morte liberati, dicebantur. Ex hac origine invaluit id nomen ad Turcos et Saracenos Muhammedis cultores designandos. quia tamen ea non gentis appellatio, sed θρησκείας est, Musulmani non dicuntur nisi qui circumcisi sunt, si mares sint, si autem foeminae nisi professionem Muhammedismi solemni formula fecerint. Transferunt autem significatum primum salutis corporeae et praeservationis a morte ad salutem quam a Muhammede miseri sperant. ut Musulmanni sint quibus Muhammedani Paradisi felicitas certo promissa est.

N.

ΝΑΖΙΡΑΙΟΙ. Lib. XV. post medium. *ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ τοίνυν τῇ μετ' αὐτὴν καθῆστο θρόνου. πολλοὶ δὲ τηνικαῦτα παρῆσαν τῆς τε συγκλήτου καὶ τῆς ἱερᾶς συνόδου, καὶ τῶν Ναζιραίων αὐτῶν ὁπόσοι λόγου μετεῖχον λογάδες.* Religiosae vitae Professores Graecis Christianis dicti sunt *Ναζιραῖοι* translato a Nazaraeis veteribus nomine. S. Nilus cuius Epistolas nondum editas describebam nuper ex optimo Codice Bibliothecae Medicaeae Epistola CXLV. *οὗτοι πάντες κἄν τε κληρικοὶ κἄν τε βιωτικοὶ κἄν τε Ναζιραῖοι καὶ ἀποτεταγμένοι ὑπάρχωσι* etc.

ΝΟΥΜΙΣΜΑΤΑ. Lib. III. post medium in Epistola Alexii ad Henricum, Nummi.

ΝΩΒΕΛΙΣΙΜΟΣ. Lib. XIII. sub medium. titulus dignitatis in Aula vel potius Republica Byzantinae Graeciae, ex Latino Nobilissimi verbo in Graecum sonum inflexus.

Ξ.

ΞΥΛΟΚΛΑΣΙΑΙ. Lib. XIII. sub medium. *πᾶσάν τε ἁρπὸν διὰ τῶν καλουμένων ξυλοκλασιῶν αὖθις τοῖς Κέλτοις ἀπετάφρευσεν. διὰ* instrumento seruit; ut velit semitas *ξυλοκλασίαις* clusas. Alterum duorum ergo est *ξυλοκλασία*: vel aggestio temeraria caesae sylvae, (Tacitus concaedes diceret) vel cancellatim obiectae crates. utrumque aptum ad sententiam loci.

O.

Ο ΕΠΙ ΤΡΑΠΕΖΗΣ. Lib. XIII. pag. 377 et 378. Officii nomen aut ministerii, ut apparet, in familia Imperatoris. Videtur autem non pure humanum aut politicum fuisse id munus: sed religiosum: quippe quo fungeretur Monachus ad hymnodiam nocturnam statis horis excubans. Forte huius erat bene precari super mensam cibis positis, et postmodum coena peracta praeire solemne carmen gratiarum actionis. Videndus Curopalates.

ΟΙΗΜΑΤΙΑΣ. Lib. XIII. Suidas *οἰηματίας, ἐπηρμένος.* Superbus, praefidens, sui opinione tumidus et prae se alios spernens.

ΟΡΥΚΤΙΔΕΣ ΧΕΛΩΝΑΙ. Lib. XIII. ante medium. testudines aut plutei tegendis iis qui muros suffodiunt, aut subterraneos meatus terra molienda egerendaque excavant.

ΟΥΕΤΩΝΕΣ. Lib. XIV. pag. 370. Non utique hi sunt Vetones quos veteres Geographi in Hispania collocant, de quibus erudite more suo multa colligit Andreas Resendius, manifeste siquidem hoc nomine Anna Italici generis gentem notat. in quo an non *μνημονικὸν* eius *σφάλμα* agnoscendum sit haud temere definierim. Libro superiori in descriptione Adriatici sinus *Οὐετώνων* verbo videtur designasse Venetos. Quoniam vero numquam Veneti, quod Anna meminerit, contra Imperatorem Alexium classes armarunt, videtur hoc loco *Οὐετόνων* verbo Italos, aut etiam Occidentales et Latinos omnes universim intellexisse, nisi pressius haesit in Pisanis, Genuensibus, et Calabris, quorum navales in Patrem suum Expeditiones descripsit. Verum de his agemus plenius in Notis.

Π.

ΠΑΤΡΟΚΛΟΣ ΠΡΟΦΑΣΙΣ. Saepe Anna praesertim lib. III. et lib. X. isto loquendi modo exprimit plausibilem praetextum. Proverbialis locutio ex Homero Iliad. *τ'*.

Ὣς ἔφατο κλαίουσ', ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες
Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.

Ad quem locum sic annotat Eustathius. *τὸ δὲ πάτροκλον καὶ εἰς παροιμίαν ὕστερον ἔπεσε, δι' ἣν ἔχει εὔρυθμον συντομίαν καὶ πιθανότητα. καὶ λέγεται ἐπὶ τῶν προσποιουμένων μὲν ποιεῖν τι διὰ τήνδε τινὰ αἰτίαν τῷ ὄντι δὲ ἄλλως τοῦτο ποιούντων.* Vide praeterea notas Hoeschelii et Glossarium Meursii.

ΠΕΛΑΓΟΛΙΜΗΝ. pag. 106. Quasi diceres: portus in medio mari. Peculiaris haec quaedam industria erat classes armatas multarum navium per vasta maria ductantium, ut locis inportuosis portum quendam ad usum pugnae aut

excensionis in aliquem locum improvisae facerent. Id Leo Tact. Const. XX. citatus a Meursio *ναυτικοῦ στόλου στρατήγημα* vocat. Ubi et rem ipsam fuse describit. Nos eius verba cum Annae nostrae verbis diligenter conferemus in Notis et accurate Deo dante quidquid id est declarabimus.

ΠΕΛΕΓΡΙΝΟΣ vel *Περεγρῖνος* Peregrinationem religiosam suscipiens ad Christi sepulcrum.

ΠΙΓΚΕΡΝΗΣ. Pincerna. v. Meursium et Curopalatem.

ΠΡΑΙΤΩΡΙΟΝ. Lib. XIII. *ἀντικρὺ τῆς δουκικῆς καθέδρας ὅπερ Πραιτώριον προσωνόμαστο.*

ΠΡΕΒΕΝΤΖΙΑ. Provincia. Sic proprie dicta pars Galliae, comitatus celebris cuius Comes ab Anna vocatur *Κόμης Πρεβέντζης*. pag. 289.

ΠΡΟΛΑΜΑΤΑ τῶν ποδίλων Lib. V. ultra medium, quae excussos equis Gallos a statu et incessu impediant, quid sint quaero. calcariane? an alia equestris armaturae pars illis temporibus usitata? an aliquid hodiernae quoque consuetudinis?

ΠΡΟΣΩΠΟΝ. Praeter notionem vulgatam artis vocabulum est in civilibus conventionibus usum habens. ut in pacificationis instrumento Alexium inter et Baimundum transacto videre est lib. XIII.

ΠΟΛΑΛΧΟΣ. Lib. XV. oppositum *μοναχῷ* plurifarium solitario.

ΠΟΡΤΗ. Porta vide Meursium.

P.

ΡΕΒΕΝΝΙΚΟΝ. Lib. V. *ῥεβεννικὸν περικόψας*. Videtur *ῥεβεννικὸν* esse quod Gallice dicimus *Rauelin, barrière* aut quid simile.

ΡΗΤΟΣ. Lib. X. circa medium *ῥητοὶ γὰρ ἦσαν*. An *ῥητὸς* notione barbara pro *rarus* positum? An a Graecae originis proprietate non discessum? certe ratio sententiae exigit ut isthic *ῥητοὶ* pauci dicantur. Est ea Graeca vox a dicendi verbo. *ῥητοὶ* ergo forte, quos facile quis dicendo et numerando percensuerit; quippe non multos sed certo nec eo magno comprehensos numero.

ΡΟΓΑ. Lib. III. post medium *ῥόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων*. Stipendium dignitatibus debitum *ἀξιωματικὸν* dictum. Vide Meursium.

ΡΟΜΦΑΙΑΙ. Lib. I. Gladii quidam circa Imperatorem gestari a certis eius stipatoribus soliti, ut olim a lictoribus fasces et secures ante Consules.

ΡΩΜΑΝΑΤΟΝ. Lib. III. pag. 94. *εἰργασμένον ἀργυρίου καὶ Ῥωμανάτου παλαιᾶς ποιότητος*. Verisimile arbi-

tror indicari hoc verbo certum monetae genus cusum iussu, aut impressum effigie Romani Diogenis Augusti. Vide superius verbo *Μιχαηλάτος*.

Σ.

ΣΑΤΑΝΑΗΛ. Lib. XV. post medium. pag. 489. Satanas, Diabolus.

ΣΕΚΡΕΤΑ. Etsi vox Latina est, tamen novam et veteribus haud notam accepit a Graecis recentioribus notionem. Significat enim, ni fallor, Tabularia, sive quae Archivia vulgo dicimus, scrinia et loculos chartis authenticis tuto custodiendis paratos, tum etiam consessus lectorum hominum quibus cognitio de rebus eo attinentibus demandata est. ita usurpatur, si recte autumo, lib. III. pag. 84.

ΣΕΡΓΕΝΤΙΟΣ. Lib. XIII. *Sergent.* vox Gallica e Latino *Serviens*, ut quidam volunt, cum alii a Caesarianis deducant.

ΣΕΡΜΩΝΕΣ. Navigii genus lib. III. infra medium, forte a *σείρω* traho, quod remulco trahantur.

ΣΙΑΟΥΣ. Lib. VI. pag. 170. Nuncius vel Legatus Sultanis. Vox Turcica hodieque usitata. Sic enim passim legati vocantur quos Turcorum Imperator ad alios Principes mittit.

ΣΙΓΝΑ. Certae figurae ductu calami designatae in chartis conventionum ab iis hominibus, qui cum scribere nescirent eiusmodi signa loco subscriptionis ponebant. Sic usurpatur haec vox lib. XIII. pag. 416.

ΣΚΑΛΑΙ. Lib. VI. Certa loca urbis Constantinopolitanae. vide Meursium.

ΣΟΥΛΤΑΝΙΚΙΟΝ. pag. 95. et alibi. Haec vox apud Annam duo significat, locum sive palatium et Aulam Sultanis summi Turcorum Principis, et dignitatem illam ipsam. Patet ex multis locis quae lector in ipsa lectione facile notabit.

ΣΠΟΥΔΕΡΙΟΣ. Lib. XV. post medium. eleganter novata vox ad significandum gnavum et strenuum.

ΣΤΡΑΤΗΓΙΣ certam qualitatem aut ius urbis denotat, cui tale adiunctum apponitur: ut patet e lib. XIII. extremo. Similiter

ΣΤΡΑΤΗΓΑΤΟΝ de Castro videlicet dictum ius aliquod praesidii aut privilegium innuit, forte quale urbium earum in Gallia et Belgio quae Castellaniae vocantur.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑΡΧΗΣ. Videtur peculiaris quaedam dignitas. Lib. XII. de Aspiete *στρατοπεδάρχην τετιμηκώς.* item paulo superius: *στρατοπεδάρχην αὐτὸν ἠξιώκει πάσης ἀνατολῆς* etc.

ΣΥΝΗΘΕΙΑΙ. Lib. III. in Bulla aurea genus vectigalis sic dictum: Guillelmus Tyrius lib. III. *Ita ut e conspectu Constantinopolitanae civitatis, procuratores suos haberet qui consuetudines a transeuntibus exigerent.* Vide Novellam Iustiniani 163. ubi *περὶ τελωνισμῶν συνηθείας.* Sunt alicubi hodieque in Gallia quaedam portoria quae consuetudines vocantur.

ΣΥΜΠΑΘΕΙΑΙ. Lib. III. et lib. IX. manifeste sunt remissiones poenae quas Gallice *graces* dicimus, quando convicti criminis supplicium plena potestate Principis condonatur. Venia, remissio, sive remissa ut loquitur Autor commentarii in Paulum Ambrosio tributi ad Rom. VI. 14. Significat eadem vox apud Annam non raro tributorum condonationes aut relaxationes debitorum. *συμπάθειαι δημοσιακῶν ὀφλημάτων.* item *συμπάθειαι τῶν λεγομένων συνηθειῶν.*

ΣΥΜΦΩΝΕΙΝ. Peculiari notione fidelitatem alicui profiteri et eius *ἄνθρωπον λίζιον* fieri. in scripto Concordiae Baimundi sub finem lib. XIII.

ΣΦΑΙΡΙΖΕΙΝ. Lib. IX. post medium. *εἰ δὲ σφαιρίζοντα τοῦτον εἶδέ τις.* Quis dubitet hic *σφαιρίζειν* esse pila ludere? Pergit. *εἰ δὲ ἱππαζόμενον, εἰ δὲ ἱππασίας ποιούμενον.* Ergo distinctae exercitationes *σφαιρίζειν* et *ἱππάζειν.* Atqui paulo post sic habet Anna. *σφαιρίζοντι γάρ ποτε τῷ αὐτοκράτορι κατὰ τὸ ἐν μεγάλῳ παλατίῳ ἱππηλάσιον.* (quid *ἱππηλάσιον* ad pilam) pergit. *ἀνήρ τις βάρβαρος ἐξ Ἀρμενίων καὶ Τούρκων φύς, ξίφος ἔσωθεν τῶν ἀμφίων φέρων, ἐπὰν τὸν αὐτοκράτορα τῶν συσφαιριζόντων ἀνασειράσαντα τὸν χαλινὸν ἀπολειφθέντα ἐθεάσατο, ἐφ' ᾧ πνευστιῶντα τὸν ἵππον ἀναψῦξαι* etc. En equestris lusus pilae. Quinam is vero est? Video simulacra belli armis decursa *σφαιρομαχίας* veteribus dictas. Nam ex Polluce lib. III. *καὶ τὰ ὅπλα σφαῖραι. ἀφ' ὧν καὶ τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία.* Non videtur ergo esse posse dubium quin *σφαιρίζειν* sit interdum apud Annam equum domitare atque in orbem agere aut equestre ludicrum decurrere.

ΣΧΙΔΕΥΜΟΣ. Lib. III. in Bulla Aurea. *σχιδευμοὺς καὶ ἀποσχηδευμοὺς* autumo esse scissiones et rescissiones rerum iudicatarum, vel contractarum, postquam solemnibus iuris formulis firmatae sunt. quam potestatem summi principatus propriam Imperator illic Matri communicat.

ΣΩΑ ΠΙΣΤΙΣ. Videtur lib. XIV. esse fides illa quam solemnem Imperatori aut Regi iureiurando interposito profitentur qui eorum iuri se subiiciunt et eorum homines fiunt.

T.

ΤΕΜΠΗ. *τέμπης* singulari numero vallis ab Anna

dicitur, singulariter, ut videtur. Aliis enim fere plurali voce *τὰ τέμπη* dicuntur. Locus est lib. XIII. post medium. *ὅθεν οἱ Κέλτοι εἰς τὴν τέμπην ἐμπεσόντες.*

ΤΙΛΙΑ. Lib. XIII. *σὺν οἷς καὶ τρία τίλια.* Certa castra aut loca sic dicta.

ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΗΣ. Lib. III. post medium. aliter usurpatur quam ut vulgo solet pro vicario partes alicuius ac locum subeunte. ibi enim manifeste sonat Praefectum urbi alicui munitae.

ΤΥΡΕΙΑ. Lib. IX. pag. 251. *ἀγνοῶν τὴν τοῦ αὐτοκράτορος κατ' αὐτοῦ κατασκευασθεῖσαν τυρείαν. Τυρεία* astuta et vafra machinatio. Eustathius ad Iliad. *ε'. τὸ δὲ τυρεύειν καὶ ἡ τυρεία μοναχῶς ἐπὶ φαυλότητος τίθεται.*

ΤΥΡΟΦΑΓΟΣ. pag. 51. Hebdomas in ea Dominica desinens quam nos Quinquagesimam vocamus, ea Hebdomas *τυροφάγος* dicitur quod per eam vesci adhuc caseo liceret. Etenim abstinentiam solemnem verni ieiunii Graeci diebus undecim maturius quam nos inchoant. Sed in eo quibusdam gradibus utuntur. Primum enim Dominica quam *ἀπόκρεων* et *ἀποκρεώσιμον ἑορτὴν* dicunt, nos sexagesimam vocamus, usum carnium usque ad Pascha funditus abdicant. caeterum adhuc per hebdomadem caseo vescuntur, cuius licentiae diem ultimum habent Dominicam Quinquagesimae, hinc apud ipsos *τυρινὴν* et *τυροφάγον* peculiariter dici solitam.

Φ.

ΦΑΜΟΥΣΟΝ. Famosum scriptum, libellus maledicus ad laedendam famam maligne sparsus. lib. XIII. pag. 377.

ΦΟΣΣΑΤΟΝ. Castra. Exercitus universus sub signis atque in Castris agens. pag. 231. et alibi.

Χ.

ΧΑΛΚΟΠΡΑΤΕΙΑ. pag. 129. Vicus aut platea Constantinopoli. Vide Codinum.

ΧΑΡΑΚΗΝΟΣ. Miles gregarius. Cacula. Homo ignobilis e faece castrensi. a *χάραξ*. pag. 272.

ΧΑΣΙΟΙ. Lib. VI. extremo pag. 178. 179. *χάσιοι* Turcis aut Persis ii sunt quos nostri sacrarum Expeditionum scriptores *Assassinos* vocarunt, Gallico nomine, non ut quidam existimant, Asiatico, aut gentili sicariorum istorum: ut erudite docet vir doctissimus honoris et amicitiae causa hic nominandus D. Casanova in Opere mox vulgando de Originibus linguae Francicae.

ΧΟΒΑΡ. pag. 284. Arabica sive Saracenica vox incrementum sonans hoc est Lunam crescentem, et in cornua

curvatam incipiente mense, Gallice, *le Croissant*, quod quasi symbolum et insigne Saracenicae gentis omnes sciunt esse. Petrus Bergero vir doctus et accuratus in nuper edito Gallice compendio rerum Saracenicarum pag. 12. dum Lunam olim adoratam a Saracenis vere admonet, eam Cubarem, sive Cabarem, ab iisdem vocitatam docet, quasi dicerent, inquit, magnam. Eius pace dixerim, non accedo. Nam etsi כבר notionem habet haud dubiam magnitudinis: non minus tamen frequentem et magis propriam significationem multiplicationis obtinet, sive augmenti. Itaque כְּבָאר inde ductum Arabica flexione, incrementum sonat: et appellative usurpatur ad significandam primam *φάσιν* corniculatae et crescentis Lunae, quae cum illo statu (pro quo dumtaxat gentis Saracenicae aut Turcicae *ἐπίσημον* est) appareat minima, male magna vocaretur. Verius ergo et congruentius *χόβαρ* sive כְּבָאר sonat Lunam crescentem quam Lunam magnam. De his plura dabunt Notae nostrae.

ΧΟΙΡΟΣΦΑΚΤΗΣ. Lib. III. extremo. Puto quidem nomen esse viri proprium, itaque verti. Tamen quia satis inusitatum id nominis genus: et quia species nonnulla extat ex toto conspectu loci quasi appellativum videri possit, suspicabar ex eo quod caesa porca sanciri olim foedera legitimum esset, legatum paci componendae missum sic appellatum.

ΧΩΜΑ. Lib. III. Locus aut arx quaedam cuius *τοπάρχης* Burtzes quidam nominatur. an inde nomen habuerint *ΧΩΜΑΤΗΝΟΙ*, an vero aliunde sic dicti sint certi milites quorum non raro Anna meminit disquiremus accuratius in Notis.

CAROLI DUCANGII

IN

ANNAE COMNENAE

ALEXIADEM

NOTAE HISTORICAE ET PHILOLOGICAE

Digitized by Google

CAROLI DU FRESNE
AMBIANI
DOMINI DU CANGE
QUAESTORIS FRANCIAE
IN
ANNAE COMNENAE
CAESARISSAE
ALEXIADEM
NOTAE HISTORICAE ET PHILOLOGICAE

IN PRAEFATIONEM.

ΠΟΡΦΥΡΑΣ τιθήνημα] Porphyrogenita, Nata patre Imperatore. Eadem Anna infra, *καὶ τὴν πορφύραν ἀφ' ἧς ἐβλάστησα.* et lib. 15. *ἔγωγε γυνὴ καὶ τῆς πορφύρας τὸ τιμιώτατον, καὶ τῶν Ἀλεξίου πρώτιστον βλάστημα.* Nicolaus Callicles in Epigr. *Ἐξ Εὐδοκίας ταῦτα πορφύρας κλάδου.* Constant. Manasses, *Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον.* Apud eumdem non semel, *Πορφυρόφυτος κλάδος, πορφυρόρπηξ, πορφυροβλάστητος.* Niceph. Xanthopulus in Catal. Impp. *Ὁ πορφυρανθὴς εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος.* Incertus Poeta apud Leonem Allat. Dissert. I. de Libris Eccl. Graec.

Ἄναξ ὅλης γῆς ἥλιος τῆς πορφύρας
Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος.

Narratio MS. de Bertrando Romano Graeco-barbara, *Πορφυρόβλαστε γέννημα τῶν χαρίτων.* Vita S. Mariae Iunioris, *Εἶχε μὲν τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας Βασίλειος, οὐχ' ὁ τῆς πορφύρας βλαστὸς, ἀλλ' ὁ Μακεδών.* V. Notata ad pag. 166.

Ἔρυμα καρτερώτατον] Max. Tyrius Serm. 12. de Historia. *τοῦτο τὸ ἄκουσμα ἐφήμερον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος καὶ φθειρόμενον ταχὺ, καὶ ἀπολλύμενον, καὶ ὑπορρέον τῇ μνήμῃ σώζει,* etc.

Γραμμάτων οὐκ ἄμοιρος] Nicetas Choniates in Ioanne Comneno N. 3. de Annae nostrae eruditione; *ἥτις δὴ τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας ἐδείκνυτο μέλημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐρρύθμιστο μάθησιν.* Zonaras in Alexio, de Nicephoro Bryennio, et Anna coniuge: *ἦν γὰρ καὶ λόγοις*

προσκείμενος ὁ ἀνὴρ, καὶ ἡ σύνοικος δὲ οὐδὲν ἧττον εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνου, τῆς ἐν λόγοις παιδείας ἀντείχετο, καὶ τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκριβῶς Ἀττικίζουσαν καὶ τὸν νοῦν πρὸς ὕψος θεωρημάτων ὀξύτατον. ταῦτα δὲ προσεγένετο φύσεως ὀξύτητι καὶ σπουδῇ. Προσετεθήκει γὰρ τοῖς βιβλίοις καὶ λογίοις ἀνδράσι, καὶ οὐ παρέργως ὡμίλει αὐτοῖς.

Τετρακτύος τῶν μαθημάτων] Sic Synesius Epist. 140. et Constantinus Porphyrog. in Basilio cap. 51. *τετρακτὺν τῶν ἀρετῶν* dixerunt, *quadrifariam virtutem.* Senator lib. 6. Epist. 3. Hic vero *μαθηματικῆς τετρακτύν*, de qua Ignatius Diac. in vita S. Nicephori Patr. CP. cap. 15. seu quatuor Mathematicae partes intelligit Anna, quas se attigisse haud leviter non uno loco profitetur, Astrologiam, Geometriam, Arithmeticam, et Musicam, quas *Μαθήματα* Graeci veteres appellant, ut autor est A. Gellius lib. I. cap. 9. Elogium S. Panteleemonis.

Τοῦτον διαπρέποντα τοῖς θεοῖς λόγοις,
Ὅλην διαρκῶς τῶν μαθημάτων τρίβον
Τῷ τηνικαῦτα ταῖς ἐπιστήμαις πρόμῳ
Εὐφροσύνῳ δίδωσι, etc.

Carmen de Carolo Magno apud Canisium,

Et priscos superat dialectica in arte magistros,
Quatuor ast alias artes, quae iure sequuntur,
Discernit simili rerum ratione magistra.

Atque inde *Litterae quadriviales* dicuntur Mathematicae Scientiae Thomae Cantipratano, *Quadrivialia* in Charta R. Cardinalis An. MCCXV. pro reformatione Academiae Parisiensis: *Non legant in festivis diebus nisi Philosophos et Rhetoricas et Quadrivialia et Barbarismum et Ethicam et quartum Topicorum. Quadrivium* caeteris scriptoribus aevi medii passim: Hugo Flaviniac. Abb. An. DCCLIII. *Intrat ex hoc quadrivium, ubi cubos Arithmeticae, sonos Musicae, modos Geometriae, radios Astronomiae perspicaci percipiens mente, ad perfectionem duplicis thesis, id est, Theoriae pervenit et Practicae.* Wibertus in Leone IX. PP. *Quippe quadrivium naturali ingenio vestigantes degustarunt.* Math. Paris. A. MCCLII. *Vir quidem in trivio et quadrivio excellentissimus.* Et mox, *Omnem trivii et quadrivii noverat difficultatem.* Ubi per *trivium* Grammaticam intelligit, Rhetoricam et Dialecticam. Wibertus loco citato, *nempe ut primum competit rudibus, decurso artium trivio, non solum claruerunt prosa et metro*, etc. Epitaph. Gisleberti Crispini Abbat. Westmonast. An. MCXIV.

Mitis eras, iustus, prudens, fortis, moderatus,
Doctus quadrivio, nec minus in trivio.

Vide I. Tzetzem Chil. II. cap. 377. et Senatorem lib. I. Epist. 45.

Πυκάζουσα] De hac voce consule Gauminum ad Psell. de Operat. Daemon. pag. 114.

Ὁ Καῖσαρ Νικηφόρος] De quo nonnulla attigimus in Stemmate Comnenico.

Ἄλλοις προσωμιλήκειν δεινοῖς] Annae calamitates ex parte narrat Nicetas in Ioan.

Ἀέρων ἀνωμαλίαι] Anna lib. I. *περιέχοντες ἀνωμαλίας.* Theophrast. lib. 6. de causis Plantarum, *Ἀνωμαλία τοῦ ἀέρος καὶ τῆς τροφῆς. Inaequalitas aeris* in Decretis Liberii PP. et in Capit. Caroli Magni cap. 118. *Inaequalitas vitae,* apud Iul. Firmicum l. 5. Mathes. cap. 5. *Inaequalitas corporis,* apud Attonem Vercellensem Episc. in Capitul. c. 54.

Τιμόθεος] Timothei Citharoedi praeclarum extat elogium apud Himerium Sophistam.

IN LIBRUM I. ALEXIADIS NOTAE.

ΜΕΓΑ ὄφελος] Respexit illud Homeri Iliad. ρ'. Pag. 1. A

Ὡς τοι πόλλ' ὄφελος γένετο πτόλεΐ τε καὶ αὐτῷ
Σωὸς ἐών.

Μανουήλ] V. Stemma Comnenicum. B

Οὐρσέλιον] V. Notas ad Bryennium. C

Οἰκειοῦται τὸν βάρβαρον] Noverat quippe Alexius Tur- Pag. 5. A
corum mores, qui alias infidi, donis et pecunia facile capiuntur. Leo Aug. in Tact. cap. 18. §. 48. *Περίεργα δέ εἰσι τὰ τῶν Τούρκων φῦλα καὶ κρύπτοντα τὴν βουλὴν αὐτῶν, ἄφιλα δὲ καὶ ἄπιστα ὄντα καὶ διὰ τῆς ἀπληστίας τῶν χρημάτων κρατούμενα ὅρκου περιφρονοῦσιν.* Hinc Proverbium apud hodiernos Graecos, ut autor est Hermodorus Rhegius, *Τοῦρκον εἶδες, ἄσπρα θέλει, καὶ ἄλλον εἶδες, καὶ ἄλλα θέλει.*

Ἀμάσειαν] Amasia urbs est Ponti Galatici in Cappa- D
docia, de qua praeter Ptolemaeum et Strabonem, qui patriam sibi illam fuisse scribit, consulendi Eustathius Presb. in vita S. Euthymii Patr. CP. cap. 37. 39. Auger. Busbequius in itinere Amasiano et Ioan. Leunclavius in Pand. Turc. cap. 6.

Ἀρμενιακοῦ] Scilicet *Θέματος.* Cappadocia circa tem- Pag. 6. A
pora Iustiniani in 3. partes divisa fuit, Mediterraneam, Superiorem et Inferiorem. Mediterranea Charsianum, a quodam Charsia Praeside: Superior finitima Lycaoniae et Tauro, Cappadocia Minor: Inferior denique, quae Pontum Euxinum spectat, Armeniaca, quia Armeniis vicina, appellatae sunt. De postrema Cappadociae parte, non de ipsa Armenia proprie

sumpta hic potissimum agit Anna: neque enim Amasia fuit Armeniae urbs, sed prima e septem Armeniaci Thematis, ut autor est Constantinus Porphyr. lib. de Administr. Imp. cap. 7. et lib. I. de Thematib. cap. 2. Occurrit praeterea Armeniaci Thematis mentio apud Niceph. CPol. A. IↃCCXLI. Nicetam in Ioan. Comn. cap. 9. Landulf. Sag. lib. 18. Hist. Misc. eumdem Constant. in Basilio cap. 30. Scylitz. Zonar. et al. V. pag. 331. 342.

Pag. 7. B *Ὀστράκου μεταπεσόντος*] Proverbialis formula, *ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων*, ait Suidas V. Paroemiographos Diogenianum Centur. 7. Apostol. Byzant. Cent. 15. et al. Occurrit iterum apud Annam lib. 6. Platon. in Phaedro, Eunapium in Proaeresio, Marinum in Proclo, Const. Manassem, Pachymer. lib. 5. cap. 2. Metaphrastem in Actis S. Babylae Mart. cap. 1 etc.

C *Παλαμήδειον*] Anna lib. 2. pag. 47. *τὸ δὲ σκέμμα σοφὸν καὶ Παλαμήδειον.*

C *Τὸν σιδηρόν*] *μυδρόν.* Vide infra pag. 49. et Notata ad pag. 480.

Pag. 8. B *Ἐν τῇ Παπτώα πόλει*] Non Constantinopoli, quod vult disertus Interpres, sed Castamone in Cappadocia. V. Bryennium lib. 2. N. 26.

Δοκειανός] Theodorus Doceanus Scylitzae dictus, de quo et eius familia pluribus agimus in Stemmate Comnenico.

Pag. 9. A *Νικηφόρος Βρυέννιος*] Nicephori Bryennii rebellionem et Historiam narrant praeterea Nicephorus Bryennius ex filio nepos, Zonaras, Scylitzes, Glycas, etc.

A *Τὸν μοδίρη*] Michael Ducas Parapinacius abrogato Imperio in Studiense Monasterium concessit, eo translatus a Botaniata, prid. Paschatis, hoc est, 7. April. A. MLXXVIII. Dein Ephesi Antistes dictus, cum semel eo venisset, Constantinopolim reversus, in Monasterio Manuelis vitae reliquum exegit. V. Bryenn. Zonar. Scyl. Glyc. Manass. Ioel. etc.

B *Τὴν Δουκικὴν*] Inter *Δυτικὰ Θέματα* recensetur a Const. Porphyrogenneta lib. 2. de Themat. cap. 9. *Ἐπαρχία τῆς Νέας Ἠπείρου, τοῦτ' ἔστι τοῦ Δυρραχίου.* Huic suberant Provinciae aliquot, urbesque complures, quarum aliae a Consularibus, quaedam a Ducibus regebantur. Harum praecipua et caput Dyrrachium fuit, a qua totius Thematis appellatio. Vide Notit. Graec. in Geographia Sacra pag. 24. Dyrracheni igitur tractus Ducatum obtinuit Bryennius, Michaele imperante, cui tum eum tenenti Theophylactus Bulgariae, Archiepiscopus, epistolam scripsit cum hoc titulo, *Τῷ Δουκὶ Δυρραχίου τῷ Βρυεννίῳ.* Eumdem Ducatum obtinuerunt postea Nicephorus Basilacius, Georgius Monomachatus et Ioannes

Comnenus, Isaacii Sebastocratoris filius. Sed et inde Ducis honorariam appellationem Dyrrachii Dominis ex gente Francica attributam iam olim a nobis observatum in Hist. nostra Gallo-Byzantina lib. 8. N. 2.

Ἀναδρομὴ σώματος] Infra de Bryennio pag. 11. *καθάπερ τις γίγας ὑπερωμίας εἰς λῆξιν ἕνα τῶν ἁπάντων ὑπερανέθηκε.* V. Not. ad pag. 24. C

Δομεστικόν] Afflictis Romanorum Imperatorum rebus ac Constantini M. partitione, variarumque gentium irruptionibus mutilato Imperio, quod reliquum fuit Constantinopolitani Principatus in duas partes distributum fuit, Orientem videlicet et Occidentem, ita dictas respectu Byzantii. Hae rursum divisae in Provincias, seu *Θέματα*, quae Constantinus Porphyrogenneta duobus libris eleganter complexus est. Themata vero partim a Ducibus, partim a Consularibus, quemadmodum stante Romana Rep. Provinciarum aliae a Praetoribus, alia a Consularibus regebantur. Ducibus denique ac Consularibus praeerant Domestici duo: prior qui Orientalibus Provinciis imperabat *Δομεστικὸς τῶν Ἀνατολικῶν Θεμάτων*, posterior qui Occidentalibus *τῶν Δυτικῶν* dicebatur. Hac postrema functum dignitate Alexium tradit praeter Graecos Scriptores Willelmus Antistes Tyrius lib. 2. cap. 5. D

Ἀθάνατοι] Quemadmodum olim apud Persas erat legio militaris, quam *τῶν Ἀθανάτων* appellabant, ut docemur ex Procopio lib. 1. de Bello Persico, Theophane in Theodos. Iun. An. XVIII. Freculpho To. 2. lib. 5. cap. 10. et aliis Scriptoribus, quos laudat Brissonius lib. de Regno Persar., ita habebant Byzantini Imperatores, Persicorum Principum simiae, suos immortales, quos a Nicephoro Logotheta, qui sub Michaele Duca rerum potitus est, tum demum institutos refert Bryennius lib. 4. N. 4. quibus id nominis videtur inditum, quod pacis aeque ac belli tempore militarent, essetque eorum cohors *schola vacationis semper ignara*, quod de peculiari quadam Caroli M. Imp. caterva militari dixit Monachus Sangallensis lib. 2. cap. 26. Unde Anna de Athanatis agens lib. 2. pag. 62. dixit, *στράτευμα δὲ τοῦτο τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως ἰδιαίτατον*, quia videlicet pacis perinde ac belli tempore Imperatoribus merebant. *Athenasi* corrupte dicuntur Tudebodo lib. 2. Consule praeterea Glossaria Rigaltii et Fabroti. Pag. 10. A

Ἐκ τοῦ Χώματος] Vide Notata ad pag. 92. B

Κηδόκτοι] *Τὸν Κηδόκτον χῶρον* habent Scylitzes et Zonaras in Michaele Rhangabe et Mich. Balbo. C

Κλοπιτεύειν τὴν νίκην] *Boni enim Duces*, ait Vegetius lib. 3. cap. 10. *non aperto Marte praelium, in quo est com-* C

mune periculum, sed ex occulto semper attentant, ut integris suis, quantos possint hostes interimant, certe vel terreant. V. Leon. Tact. cap. 12. §. 12.

Pag. 11. A *Καλαύρην*] *Καλαβρύη*, Zonarae et Scylitzae, regio sic dicta, *διὰ τὰ κατάρρυτον εἶναι τὸν τόπον βρύσεσιν ὑδάτων πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν.*

A *Μανιάκου*] Is est Georgius Maniaces, qui in Italiam seu Calabriam ab Imp. Basilio missus Siculos, Normannis iuvantibus, adortus et ab iis postea derelictus defectionem molitus est, Monomacho imperante; sumptisque Imperii Insignibus, tandem cum ad Servios se contulisset, commisso ad Strobum praelio, debellatus est. Historiam narrant Zonaras, Scylitzes, Glycas, Gaufredus Malaterra lib. I. cap. 7. et 8. Leo Ost. lib. 2. cap. 18. et Ordericus Vitalis lib. 4. qui *Manicheti* nomen, et ob affectatam fortassis Tyrannidem, Imperatorium titulum ei tribuit.

B *Ἀπὸ τῆς Ἑταιρείας*] Ex cohortibus scilicet conflatis ex Romanorum sociis, quas peculiari appellatione *Ἑταιρείας* appellabant. Scylitzes in Michaele Balbo, *ἐν τῷ Παλατίῳ σχολὰς εἰληφὼς καὶ τὰς Ἑταιρείας ἕξεσι κατὰ τοῦ τυράννου.* Atque, ut ex hoc loco videtur posse colligi, militabant illae in Palatio ad Imperatoris custodiam, quibus qui praeerant *Ἑταιρειάρχαι* et *Μεγάλοι Ἑταιρειάρχαι* dicti Constantino Porph. de Adm. Imp. cap. 51. Willelmo Tyrio lib. 21. cap. 16. Pachymeri lib. 2. cap. 24. Cantacuzeno lib. 1. cap. 55. lib. 2. cap. 6. Scylitzae, Zonarae, Manassae, et al. a Meursio et Fabroto laudatis: quod praeterea firmat Cinnamus lib. 5. N. 8. *Γεώργιον ὃς ἑταιρείας τῷ τότε ἠγεῖτο τῆς βασιλικῆς.* Idem Pachymeres lib. 4. cap. 29. ait eorum munus fuisse in Palatio *ἐπὶ τῆς εἰσαγωγῆς*, unde *Admissionales* vertit eruditus Interpres. Huiusmodi sunt apud nos *les Introducteurs des Ambassadeurs.*

B *Ταρχανειώτης*] Cuius meminit Zonaras in Romano Diogene.

B *Ἀρχοντικοῦ*] *Ἄρχοντες* Graecis Scriptoribus aevi sequioris, iidem qui nostris *Barones* dicuntur: *Ἀρχοντικὸν* vero idem quod *Barnagium.* V. Not. ad pag. 204.

B *Ἐφ' ἵπποις Θετταλοῖς*] Thessalicos equos olim in pretio fuisse annotant praeterea Herodotus lib. 7. Varro de Re Rustica lib. 2. cap. 7. Theocritus *Εἰδ. ιδ'.* Oppianus lib. 1. *Κυνηγ.* Lucanus lib. 6. et alii.

C *Ἔξωθεν τοῦ σχήματος*] Edit. Hoeschel. *ἔξωθεν δὲ τοῦ εὐωνύμου κέρατος.*

Pag. 13. A *Ἐπισυρόμενον*] Equum scilicet ex iis, quos Byzantini vocabant *Συρτούς* seu *Συρτά*, ut docemur ex Codino de

Offic. cap. 5. N. 7. Latini vero *Dextrarios*, quod dextra, vel manu ducerentur. Ioannes de Ianua: *Dextrarius dicitur, quia per dextram ducitur.* Iacobus Cardinalis lib. 2. de Coronat. Bonifacii VIII. cap. 9.

Post ipsum quadratus equus detextus ad ante
Cygneus ad dextram vehitur.

Δεξιὸν ἵππον dixit Leo Grammaticus in Michaele. Sed de Dextrariis plura nos in Glossario ad Villharduinum.

Ἀλουργῷ ἐφεστρίδι] Byzantinos Augustos palliis et stragulis purpureis equos, maxime Dextrarios, instravisse, sat multis ostendimus ad eumdem Villhard. N. 83. Addo hunc morem hausisse illos a Persis, a quibus pleraque regiorum ornamentorum et insignium acceperant. Sic enim Xenophon lib. 8. *περὶ Κύρου παιδ.* Cyri magnificum incessum describens, *οἱ δ' αὐτῷ Κύρῳ τρεφόμενοι ἵπποι παρήγοντο χρυσοχάλινοι, ῥαβδωτοῖς ἱματίοις καταπεπταμένοι, ἀμφὶ τοὺς διακοσίους.* V. Annam pag. 140. A

Ῥομφαίας] Romphaeae Codino dicuntur *Κοντάρια*, seu *Δόρατα κεχρυσωμένον ἔχοντα ξύλον.* Annae lib. 5. pag. 140. *ἀργυρόηλα δόρατα.* lib. 6. et 11. pag. 175. 176. et pag. 314. *ἀργυρόηλα σκῆπτρα.* Interdum *σκῆπτρα* simpliciter, ut apud Xenophontem in descriptione incessus Cyri, *ἐφείποντο δὲ οἱ περὶ αὐτὸν σκηπτοῦχοι ἐφ' ἵππων κεκοσμημένοι σὺν τοῖς παλτοῖς ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους.* Papias *Romphaeam* spatam fuisse scribit; spata vero fuit maior gladius. *Romphaea est gladius ex utraque parte acutus, quam vulgo spatam dicunt. Ipsa est et framea.* Papiae assentitur Abbo lib. 2. de bello Paris. A

Nostra manens turris, clypeus, nec non bisacuta
Rumphaea, fortis et arcus erat, fortisque sagitta.

Gloss. Graecolat. *ῥομφαία, framea, gladium.* Romphaeas tenebant quatuor ex honoratioribus Proceribus, bini videlicet ex qualibet parte, latera Imperatoris tegentes, qui inde *Ῥομφαιοκράτορες* dicti Codino de Offic. cap. 17. N. 54. Coripus lib. 3.

Pilaque suspiciunt alto splendentia ferro
Aurea et auratos conos cristasque rubentes.

Θωρακιδίῳ] Bryennius, *καλύψας τὸ πρόσωπον τῷ ἀπηωρημένῳ θωρακίδι τῇ κόρυθι.* Editio Annae Hoescheliana *θωρακησίῳ* habet. Bucculae loriculam in fronte galeae pendentem his locis interpretatur eruditus Possinus; eam videlicet galeae, seu potius *ἕλμοῦ* partem foraminibus distinctam, quae laxata aut demissa vultum tegebat. *Nasale* appellatur ab Aegidio de Roya An. MCCCLXXI. quod nasum demissa tegeret. *Visiere* nostris, unde *βιζιέρα* Graecis recentioribus B

apud Anon. de Nupt. Thesei. Ioan. Cinnamus lib. 3. N. 9. *παραπέτασμα* vocat, *Βαχχῖνος μὲν τῷ Βασιλεῖ τῆς σιαγόνος τὸ ξίφος κατενεγκὼν ἔπλιξεν, οὐ μὴν καὶ διελὰν τὸ ἐκ τοῦ κράνους ἐπὶ τὰς ὄψεις ἠρτημένον ἠδυνήθη παραπέτασμα.* Verum non desunt qui putant *θωρακιδίου* vocabulo intelligi lemniscum, seu velum quod cassidi imminebat, cuiusmodi passim exhibent sigilla veterum militum. *φλάμουλον* et *φλαμουλίσκιον* dicitur Mauritio lib. 1. Strateg. cap. 11. et Leoni in Tact. cap. 5. §. 5. *κασσίδια ἔχοντα τούφια μικρὰ, καὶ φλάμουλα κατὰ τῶν μήλων.* Vetus Poeta vernaculus in Poem. cui titulus, *Le Roman de Guiteclin:*

Li gonfanon de soie sor hiaume li vantele.

Sed potior videtur Possini sententia.

B *Ὡς ὁ Βρυέννιος ἐπεπτώκει*] Eiusmodi *στρατήγημα* tempore praelii usurpandum praecipit Leo Aug. in Tact. cap. 14. §. 111.

Pag. 14. B *Δεξιὰς διδόντων*] Patrium Francorum morem in dandis Dexteris in fidei seu fidelitatis argumentum hic exhibet Anna. Bifariam vero a Francis datas Dexteras potissimum observare est. Primum cum a subditis aut vassallis Regibus vel Dominis fides praestabatur; cuius moris, qui etiamnum in praestandis hominiis obtinet, exempla proferunt Autor vitae Ludov. Pii An. DCCCXXXVII. Regino et Annal. Franc. Fuld. An. DCCCLXXXIV. et DCCCLXXXIX. Marculf. lib. 1 Form. 18. Witikindus lib. 1. et alii sine numero. Dabant praeterea Dexteras nulli clientelae vel servituti obnoxii: quo casu ut plurimum Dexterarum datio seu potius implicatio reciproca erat. Sic Dextras datas et acceptas legimus in Annalibus Franc. Fuld. An. DCCCLXIX. et apud Willelm. Tyrium. lib. 19. cap. 16. Inde *Dextrae* pro foederibus apud Hincmarum de Ord. Palat. cap. 30. Franci igitur Alexiani in Bryennii partes transeuntes Dextras porrigunt fidemque dant vicissimque accipiunt. V. pag. 415. C. et 440.

Pag. 15. C *Εἱστήκει πρὸς τὰς λαβάς*] Plutarch. in Fabio *ὥσπερ ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν.* Galli dicimus *estre aux Prises.*

Pag. 16. D *Ἀναίτιος*] Ita Michaelem Gabram inscio se oculis privatum ab aulicis dixit Manuel Imp. apud Cinnamum lib. 6. extremo.

Pag. 17. A *Ὁ γὰρ Βόριλος*] Borilum et Germanum, quorum opera Botaniates in rebus gerendis utebatur, origine et moribus barbaros, mire insectatur praeter Zonaram, Scylitzem et Glycam, Constantinus Manasses:

Καὶ τὰ μὲν πράγματα χερσὶν ἐπίστευεν ἀνθρώπων
Βαρβαριζόντων τὴν φωνὴν μητ' ὀρθορρημονούντων,
Κρατορα πανημέριον ἐσθόντων καὶ πινόντων.

Οἷς ἦν τὸ γένος τρίδουλον, καὶ πάπποι καὶ πατέρες,
Τριβάρβαροι καὶ τὴν ψυχὴν βάρβαροι καὶ τὴν γνώμην,
Καὶ Σκυθογλώσσους λαλιὰς δυσφράστως λαλαγοῦντες.

Βασιλάκιος] Nicephorus Basilacius, dignitate Magister et Protoproedrus, Dux Theodosiopoleos, post Bryennium Dyrrachii Dux. Zonar. Scyl. Glyc. Bryenn. A

Ἑκατοντάχειρα] Theophylact. Bulgar. Archiep. Epist. 41. *καὶ τοῦ μύθου ἑκατόγχειρας ἐκείνους ἢ ἑκατογκεφάλους Βριαρέως, ἢ Τυφὼς λίρους εἶναι πρὸς ἡμᾶς πείσαντες.* D

Βαρδάριον] Infra *Βαρδάρης*. Bardarus, Bardarius vel Barduarius, (varie enim vox ista effertur) celeberrimus in Macedonia fluvius, in sinum Thermaïcum erumpens, olim Axius dictus. Huius crebra apud Scriptores mentio occurrit, Theophylact. Epist. 55. Acropolit. Gregor. lib. 8. Zonar. in Bulgaroctono, Codin. de Offic. c. 5. Fulcher. Carnot. lib. 1. cap. 3. Robert. Monach. lib. 2. Willelm. Tyr. lib. 2. cap. 13. et 14. Leunclav. in Pand. Turc. cap. 84. etc. Pag. 18. A

Βερροίας] Tres hoc nomine urbes statuunt Geographi; primam in Syria, quae Annae et Cinnamo *Χαλὲπ*, hodie *Aleppo;* alteram in Thracia, Nicopolim Moesiae inter et Philippopolim, Thraciae oppida, ad Bermii montis radices sitam; tertiam in Macedoniae Themate, ut habet Constantinus Porphyrog. lib. 2. de Them. in Emathia regione, quam Irenopolim ab Irene Imperatrice dictam scribit Cedrenus. Postremam hic intelligit Anna. A

Ὁ τραυλός] Idipsum refert Bryennius lib. 4. N. 22. atque inde Alexio, quod balbutiret, cognomen vel potius *nomen ioculare,* ut verbo utar Ausonii, inditum ab invidentibus, *Βαμβακόραξος,* uti in Epistola Honorii III. PP. CCLXXXIV. lib. 6. docemur; quod nimirum inarticulate et instar corvi crocitando verba effunderet, quod faciunt *βαμβαλίζοντες,* qui dentibus crepant potius, quam loquuntur. Gloss. Graecol. *ψελλιστὴς, Vambal.* Adamantius Martyr apud Senatorem de Orthogr. cap. 5. *Bambalo, ψελλιστής.* Bambalio forte, sic enim nescio quem M. Fundum, Antonii III viri socerum, *propter haesitantiam linguae,* vocat Cicero Philipp. III. Pag. 19. B

Ἀριστοφάνους] In Nubib. *Οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον.* C

Πέτρος Τορνίκιος] Eiusdem gentis fuit et originis cum Tornicio, qui Italiae Praefecturam obtinuit Basilio et Constantino imperantibus; de quo haec Guillelmus Apuliensis lib. 1. Rerum Normann. Pag. 20. D

Turnicii tandem rumor pervenit ad aures,
Qui Catapan fuerat Graecorum missus ab urbe,

Cui Constantinus nomen dedit editor urbis,
Et Constantinus, pariterque Basilius illi
Tunc dominabantur.

Pag. 21. B *Ἡμέρας διαγελώσης*] Loquendi formula Ἐρωτικῶν Scriptoribus familiaris, Heliodor. lib. 1. Eustath. de Ismen. amorib. lib. 5. et 8. Elogium S. Panteleemonis, *ἤδη γελώσης ἡμέρας χρυσοχρόου*. Utuntur praeterea Procopius lib. 1. de Aedif. Iustin. Nicetas in Isaacio lib. 2. et ipsa Anna pag. 232. et 394. Vide Bourdelot. ad Heliodorum.

Pag. 22. C *Πηγὴ Βασιλικίου*] Bryennio *Βασιλάκια πηγάδιον*. Scylitzae *Βρύσις Βασιλικίου*. unde forte nomen inditum urbi cuidam *Βρύσις*, et alteri *Μεγάλη Βρύσις*, in iure Graeco-Rom. pag. 223. Vide Meursium in *Βρύσις* et Gloss. eruditi Interpretis.

Pag. 23. A *Ῥομπέρτον*] Robertum Normannum Apuliae Principem, cuius Stemma delibavimus in Observationum istarum prolegomenis.

B *Θυγατέρα*] filiam Roberti, quam Constantinopolim adductam, mutato nomine, ait Scylitzes, Helenam vocavit filioque suo Constantino despondit Michael Ducas. Quae quidem affinitas effectu caruit propter immaturam pueri aetatem, et remissa postmodum a Botaniate ad patrem Helena, ut autor est Zonaras. Constantinopoli reclusam et diligenti custodia observatam scribit Gaufr. Malaterra lib. 3. cap. 13. *Ne forte*, inquit, *si alicui potenti nuberet, quia haereditali Imperatori semel in Palatio coronata fuerat, ab ipso cui nuberet, aliqua haereditas per ipsam in Palatio proclamaretur.* Nec dissentit Ordericus Vitalis lib. 7. de Botaniata scribens, *filias duas Roberti Wiscardi, quarum unam idem iuvenis* (Constantinus) *desponderat, custodiae mancipavit.*

B *Κωνσταντῖνον*] Constantinum Porphyrogennetam, a patre infantem adhuc puniceis calceis donatum et Imperatorem appellatum. Zonar. Anna, etc.

D *Τὴν τύχην ἄσημος*] Infra, *ἐξ ἀφανοῦς πάνυ τύχης περιφανής*. et lib. 4. pag. 104. *ἀπὸ ἐσχάτης πενίας καὶ τύχης ἀφανοῦς*. Leo Ost. lib. 3. cap. 15. De Roberto, *cum esset admodum pauper*. Ioan. Brompton, *Iste Robertus licet probus et de familia Regis,* (Willelmi Rufi Angl. Regis) *pauper tamen erat et nullam ditandi gratiam apud Regem illum non potuit invenire.* Robertum ex eorum Militum ordine, quos Vavassores vocant, ortum duxisse autor est Otho Frisingensis lib. 1. de Gestis Frider. cap. 3. *Robertus iste ex mediocri stirpe in Normannia ex eorum ordine quas Vavassores vulgo illi dicere solent, in plaga, quam Constantiam Indigenae vocant, editus.* Idem in Chron. lib. 6. cap. 33.

Ea tempestate Normannorum gens inquietissima, Roberto Guiscardo Duce, humilis conditionis viro sed strenuissimo, Apuliam invadit. Ordericus lib. 5. *Hic Tancredi de Altavilla mediocris cuiusdam viri filius fuit.* His praeter Richardum Pictavinum concinit Guntherus lib. 1. Ligurini:

Normannia quondam
Ediderat, media rerum seu stirpis agentes
Fortuna, sed mente suis et pectore longe
Praestantes validosque manu formaque venustos
Laudis amatores, magnarum semina rerum
Quaerentes cupidosque suis notescere factis.
Quique magis sese claro de sanguine Regum,
Quam de privata Gallorum gente docerent.

Denique Philippus *Mouskes* Episcopus Tornacensis in MS. Francorum Historia, ne quid intactum relinquam, haec de Guiscardi natalibus refert:

Cil Robers estoit un bevere,
Uns Chevalier fort tramelere,
Tant fist que riens ne li remest,
Fors qu'un seul manoir û il mest,
Si parent tost le blastangierent,
Un seul Escuier li baillerent, etc.

Certe humilis fuit ac tenuis Roberti familia, si Ducalem et Regium spectemus apicem, ad quem postea pervenit, quae honesta tamen et praeter nobilium vulgarem statum et conditionem illustris habita est: et, ut verbis utar Willelmi Malmesburiensis lib. 3. de Gest. Angl. *quae nec humi reperet nec altum quid tumeret.* Fuit enim Tancredus, Wiscardi pater, ex eorum numero Militum, quos *Bannerets* appellabant, et in Richardi II. Normanniae Ducis, cui imprimis charus fuit, obsequio militari 15. Militibus imperans meruit, ut autor est Malaterra lib. 1. cap. 40. Ortum porro duxit Robertus in ea Franciae Provincia, quam Neustriam, postea Normanniam a Normannis Septentrionalibus, quibus inhabitanda concessa est a Carolo Simplice, appellarunt nostri, in eoque tractu, qui Constantinus vulgo dicitur. Orderic. Vitalis lib. 3. *Huius pater Tancredus de Altavilla de pago Constantino extitit.* Malaterra lib. 1. cap. 3. *In cuius quidem Provincia civitas est, quae Constantinum dicitur, in cuius territorio villa est, quae Altavilla nuncupatur, non quidem tantum pro excellentia alicuius montis, in quo sita sit: sed quoniam, ut credimus, aliquo auspicio ad considerationem praenotantis eventum: et prosperos successus eiusdem villae futurorum haeredum Dei adiutorio et sua strenuitate gradatim honoris culmen scandentium.* Loco etiamnum nomen

manet, *Hauteville la Guischard*, in celeberrimi Roberti memoriam. Porro Annae Ῥομπέρτος, Robertus dicitur, μ ante π praeposito, ex usu Graecorum, qui B Latinum per μπ efferre solent, ut observavit Mart. Crusius ad Hist. Polit. p. 46.

D *Τὴν ψυχὴν πανουργότατος*] Fuit Robertus animo versutissimo, unde ab Umfrido fratre, Apuliae Principe, *Guiscardum*, ob vafritiem cognominatum tradunt Willel. Gemeticensis lib. 7. cap. 30. et Robertus de Monte A. MCXXIX. Leo Ost. lib. 3. Chron. cap. 15. ita appellatum fuisse per iocum narrat a Gerardo, cuius amitam coniugem duxerat. Vim vocabuli expressit Guntherus lib. 1. Ligurini:

Cui propter sensus agiles animique vigorem
Cognomen Guiscardus erat.

Et Guillelmus Apuliensis lib. 2. Rer. Norman.

Cognomen Guiscardus erat, quia calliditatis
Non Cicero tantae fuit aut versutus Ulysses.

Testatur Ioannes Tyremeus, Guillelmi Apul. editor, nostra etiam aetate vulgo apud Normannos cautos et astutos viros *Guischards* appellari.

Pag. 24. A *Τὰ δὲ τοῦ σώματος*] Solenne est omnibus pene Scriptoribus proceram corporis staturam viris heroicis tribuere, cuiusmodi Nicephoro Bryennio supra, et Boemundo lib. 13. affingit Anna, et cunctis Normannis Italicis Leo Ost. lib. 2. cap. 38. *Viri et statura proceri et specie venusti*: quos tamen ut breviores et pusillos ab Alamannis et Theutonicis, qui in Italiam cum Henrico Imp. venerant, ludibrio habitos scribit Guillelmus Apuliensis lib. 2.

Teutonici, quia caesaries et forma decoros
Fecerat egregie proceri corporis illos,
Corpora derident Normannica, quae breviora
Esse videbantur nec eorum nuntia curant.

Alemanni quippe statura sunt proceri. Willelmus *Guiart* in S. Ludovico:

Alemans, qui selonc nature
Sont grans et gros comme iaiant,
Vont là leurs forces essaiant.

Idem de iis testatur Cinnamus lib. 2.

B *Ἐξελθὼν τῆς πατρίδος*] Guibertus lib. 3. Hist. Hieros. cap. 2. non equitem, sed peditem a patria digressum Robertum tradit: *Is a nativa quam praemisimus regione, utrum sponte egressus nescio an pulsus, pedes in Apuliam abiit: ibi equos et arma quibus eques fieret, qua potuit arte commeruit.* Vide Malaterram lib. 1. cap. 5. et 6. Brompton et al.

C *Χειρὸς λῃστρικῆς κατάρχων*] Annae concinit Philippus *Mouskes*:

Puis ala tant par le Païs,
Qu'en Pulle vint, si fu routiers,
Et tint sergens et cavaliers.

Λογγιβαρδίας] Longobardiae nomen olim tam late pa- C
tuit, ut universa Italia hoc vocabulo intelligeretur. Charta Caroli M. pro divisione Imperii: *Italiam vero, quae et Longobardia dicitur,* etc. Postmodum Graecis ea potissimum pars Italiae Longobardia dicta fuit, quae in eorum Imperio remansit, Calabria scilicet et Apulia, in Thematis seu Provinciae formam sub hac appellatione redacta, uti refert Constantinus Porphyr. lib. 2. de Themat. cap. 11. Recentiores denique Longobardiam appellarunt eam Italiae partem, quae Aemiliam et Liguriam continet, ut autor est Albertinus Mussatus lib. 6. de Gest. Henrici VII. cap. 14.

Γελιέλμον Μασκαβέλην] Robertus, Alberada priore uxore C
repudiata seu, ut vult Scylitzes, extincta, ex qua Boemundum susceperat, filiam Salernitani Principis in secundam coniugem adscivit. Hunc Gaimarum, vel Gaimarium Malaterra lib. 1 cap. 30. Leo IX. PP. in Epist. et Leo Ost. non semel nuncupant; quem Willelmus Gemeticensis lib. 7. cap. 30. et Ordericus Vitalis lib. 3. et 11. Wailmachum, et Guailmachum vocant, vocabulo, ut videtur, magis ad Willelmum Mascabelem accedente, uti ab Anna indigitatur. Sed fallitur illa, cum scribit superstite Gaimario Roberti initas cum eius nata nuptias, cum longe ante Gaimarius a suis per insidias sublatus esset, Leone IX. PP. Ecclesiam gubernante. Guill. Apul. lib. 1.

Hoc Normannorum Drogo Gaymariusque priores
Tempore defuncti fuerant, a civibus alter
Et consanguineis occisus fraude Salerni:
Alter ab indigenis, nimirum quia credulus illis,
Montilari caesus.

Et lib. 2. diserte ait a Gisulpho, Gaymarii filio. Sigelgaitam in uxorem obtinuisse Robertum, quod etiam tradit Leo Ost. lib. 3. cap. 15.

Cumque potentatus coepisset crescere nomen
Virtutisque suae, Legatos mittere coepit,
Qui sua deferrent generoso verba Gisulfo
Gaymarii genito, germanae nobile poscens
Coniugium, quia coniugio tunc ipse carebat,
Prima coniuge pro consanguinitate repulsa,
De qua natus erat Buamundus, strenua proles,
Insignis nimia virtute potensque futurus.

Μίαν τῶν θυγατέρων] Roberti uxorem, Gaymarii Sa- D
lernitani Principis filiam, Gisulfi seu Siconolfi Principis so-

rorem, *Gaitam* nuncupant Anna et Scylitzes, Malaterra lib. 1. cap. 3. *Sigelgaitam*, ut et Willelm. Gemetic. lib. 7. cap. 43. *Siguelguadam* Ordericus lib. 7. *Sicelgaitam* Leo Ost. lib. 3. cap. 57. *Sichelgatam* Guill. Apuliensis lib. 2. denique *Sihulgaitam* vetus Diploma Rogerii Ducis et Boemundi, apud Baron. A. MXC. N. 19. Obiit illa An. MXC. ut autor est Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cassin. cap. 8. Diem annotat Kalendarium S. Mauricii Andegavensis: XVII. *Kal. Maii ob. Sichelgaita Ducissa Apuliae.* V. Baron. A. MXC. N. 18. Porro nuptias Roberti in An. MLIIX. coniicit. Malaterra lib. 1. cap. 31.

Pag. 26 *Καὶ συμπλακείς*] Falli praeterea hoc loco constat Annam, quae posteris imposuit, dum quod auditu acceperat de quodam Bisiniacensi Principe, id Salernitano adscripsit. Quod facile concedet quisquis hanc Annae narrationem cum Historia Petri de Turra Bisinianensis Principis conferet, quam cum iisdem adiunctis pluribus recitant Malaterra lib. 1. cap. 17. et Leo Ost. lib. 3. cap. 15. Caesum per insidias Salerni ab Alphanis Proceribus Gaymarium tradunt. Idem Leo Ost. lib. 2. cap. 86. et lib. 3. cap. 3. Petrus Damian. lib. 1. Ep. 9. et Guill. Apul. lib. 2.

Pag. 27. B *Ἰοὺξ Λογγιβαρδίας*] Obtinuit a Nicolao PP. Ducis titulum Robertus Anno Chr. MLX. quod testantur Gregorius VII. PP. lib. 2. Ep. 9. lib. 8. Ep. 1. Malaterra lib. 1. cap. 25. et 36. et Leo Ost. lib. 3. cap. 15. Guillelmus Apul. lib. 2.

Finita Synodo, multorum Papa rogatu
Robertum donat Nicolaus honore Ducali.
Hic Comitum solus concesso iure Ducatus
Est Papae factus iurando iure fidelis:
Unde sibi Calaber concessus, et Appulus omnis
Est locus, et Latio patriae dominatio gentis.

Pag. 28. A *Ἣρὶν ὑμεῖς τὸν ἥλιον*] Desponsus fuit Constantinus Helenae, Michaele imperante, proinde multo ante quam Anna nasceretur, quae lucem aspexit, patre Alexio iam Imperatore.

B *Συμπενθερείας*] *Συμπενθερεία* est affinitas inita inter duos, ex filiorum ac filiarum nuptiis, sic ut uterque socer dicatur, hic quidem respectu nurus, alter respectu generi. *Συμπενθερείας* et *συμπενθέρων* mentio passim occurrit, apud Balsamonem in Nomoc. Phot. tit. 13. cap. 2. Theophylactum Bulg. Ep. 31. Nicetam in Isaac. lib. 1. Niceph. Gregoram lib. 3. Codinum de Offic. cap. 2. Phranz. et al. V. Gregor. VII. PP. lib. 8. Ep. 6.

B *Ῥαίχτωῳ*] Rem narrant Gregor. VII. PP. lib. 8. cap. 6. Malaterra lib. 3. cap. 13. et Guillelmus Apul. lib. 4. qui Roberti Expeditionem commemorans haec subdit:

Modico remoratus Hydrunti
Tempore, praestolans adventum coniugis, atque
Multorum Comitum, quos noverat ipse futuros
Esse viae socios, mentitus se Michaelem,
Venerat a Danais quidam seductor ad illum,
Immerito raptum ius Imperiale reposcens,
Se profugum lachrymans, lachrymantem Dux et honeste
Suscipit et tractat placidoque favore benignum
Exhibet obsequium. Populus quoque credulus omnis
Assurgebat ei flexa cervice salutans.
Hunc adhibens socium sibi Dux, ut iustior esset
Causa viae, secum, dum transfretat, ipse reducit.

Anonymus Barensis: *An.* MLXXX. *Ind.* III. *ipse Dux fecit fine cum Bari, et mense Aprili fecit Tarenta cum illo, et Trane, et* fumilare fecit ibi Michael Imp.* Adde Lupum Protospatham hoc A. Tradit Order. Vitalis lib. 11. Michaelem istum, quem perperam Romani Diogenis filium facit, in comitatu fuisse Boemundi, cum Galliam adiit A. MCVI. aliosque de Graecis seu Thracibus illustres, *quorum,* inquit, *querela de Alexio Imperatore, qui per proditionem illis Antecessorum Stemmata suorum abstulerat, magis ad iram contra eum feroces Francos incitabat.* Vide eumdem lib. 7. pag. 640. 641. Fuit porro Rectorum familia Constantinopoli perillustris, e qua memoratur apud Zonaram et Leonem Grammaticum Ioannes Rector ab Alexandro Imperatore Constantino Porphyrogennetae ex fratre nepoti tutor datus.

* i. εὐφημεῖν.

Ὑπὸ τοῦ Βοτανειάτου] Ordericus lib. 7. *Ecce sicut Michael pepulit Diogenem vitricum suum de Regali solio, sic ipse de eodem culmine praecipitatus est a Bithinacio, qui nihilominus simili repulsa deiectus est ab Alexio.* B

Καῖσαρ Ἰωάννης] Ioannes Caesar Ducas, Constantini Ducae Imp. frater, Michaelis Imp. patruus. C

Ῥέκτης] Alludit ad nomen pseudoimperatoris: *ῥέκτης* enim est homo strenuus, *δραστήριος*. Sic supra eadem Anna, *Ἄνδρες κακοεργότατοι καὶ ῥέκται πραγμάτων*. Et Synesius, *ἐδόκει γὰρ οὗτος νέος τε εἶναι καὶ ῥέκτης ἀνὴρ, οἷος ἐχθρούς τε κακῶσαι, καὶ φίλους ποιῆσαι.* C

Μαρίαν] Mariam Alanam, Michaelis Ducae Imp. uxorem. D

Ἑλένην] Helenam custodiae mandatam a Botaniata iam supra observavimus, postmodum remissam ad patrem ab eodem Scylitzes scribit. Verum id serius accidit, si qua fides Orderico lib. 7. *Filias quoque Wiscardi praefatus Heros* (Alexius), *ac si ipse genuisset eas, amavit blanditer, et pie tractavit: et fere* XX. *annis in deliciis educavit. Officium illarum erat mane, dum Imperator de suo stratu surrexisset,* D

manusque suas abluerat, mappulam et pectinem eburneum afferre, et barbam Imperatoris pectere. Nobiles puellae facili gratoque servitio a liberali Principe deputatae sunt, quae post longum tempus Rogerio Comiti Siciliae, Augusto favente, ut amico redditae sunt. At quae fuit altera Roberti filia, quam una cum sorore Helena Constantinopolim missam autor est Vitalis, unaque cum ea remissam ad Rogerium, non plane constat: tametsi probabile videatur fuisse Mabiliam, quae patre iam extincto nupsit, cum tres aliae ex quinque, quas extulit filiabus Robertus, ipso superstite nuptias iniisse tradantur.

Pag. 29. C *Κόμιτας*] Cum Normanni in Apulia, impellente ac stimulante Hardoino Mediolanensi, sedem figere et cum Graecis decertare decrevissent, primores ex suis 12. quibus parerent, elegerunt, iisque Comitum indiderunt nomen et dignitatem. Guillelmus Apul. lib. 1.

Normanni quamvis Danaum virtute coacti
Appula rura prius dimittere, rursusque adire
Hoc stimulante parant, numero cum viribus aucto,
Omnes conveniunt, et bis sex nobiliores,
Quos genus et gravitas morum decorabat et aetas,
Elegere Duces, provectis ad Comitatum
His alii parent, Comitatus nomen honoris
Quo donantur erat, hi totas undique terras
Divisere sibi, etc.

Pag. 30. B *Μητρόπολιν οὖσαν Μέλφης*] Non Melfam vel Melpham, primam Normannorum in Apulia sedem, sed Amalphim hic intelligit Anna, quae, ut est apud Tyrium lib. 18. cap. 4. *est Civitas inter mare et montes eminentissimos constituta, ab Oriente habens urbem munitissimam Salernum, vix 7. milliaribus marino ab ea distantem itinere, ab Occidente vero Surrentum et Neapolim.* Hanc expugnarat paulo ante Guiscardus C. An. MCLXXIII. Gisulfo sororio Salernitano Principe frustra propugnante, uti narrant Guillelmus Apul. lib. 3. et Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 3. apud quem *Malfa* nuncupatur. Porro Anna Salernum Melphae seu Amalphis Metropolim appellat, quod ea tempestate, ut et nostra, circumiecta regio, totusque qui Amalphi adiacet maritimus tractus, ab hac urbe appellationem sortiretur; quod testantur Alexander Abbas Celesin. lib. 3. cap. 23. Raphael Volaterr. et Leander Albert. Alia autem fuit Melfa seu Melfis vel Melfia, prima Normannorum in Apulia sedes, ab iis, quo se adversus Graecos tuerentur, aedificata seu potius instaurata, ut autor est Malaterra lib. 1. cap. 9. Iacet illa Asculum inter et Venusam, in extremo Apuliae limite, Calabriam versus,

unde *caput et ianua totius Apuliae* dicitur in Chronico Cassin. lib. 2. cap. 68. et apud Guilielmum Apul. lib. 3.

Caput haec erat urbibus illis
Omnibus, est et adhuc quas continet Appula tellus.

Sic vero describitur ab eodem Guilielmo lib. 1.

Appula Normannis intrantibus arva, repente
Melfia capta fuit; quicquid praedantur, ad illam
Urbem deducunt. Hac sede Basilius ante,
Quem supra memini, modicas fabricaverat aedes,
Esse locum cernens inopinae commoditatis.
Accessu populi nunc urbs illustris habetur,
Finibus Italiae celeberrima, dives amoeni
Fertilitate loci, Cereris nec egena nec amnis,
Et qua parte sita est insignis honore Ducali.

Vide Notata ad pag. 161.

Δύο δὲ ἦσαν] Quinque Roberto natas assignat Willel- B
mus Gemeticensis, et ex eo Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS. quarum prima, inquit idem Muskius, Imperatori Constantinopolitano enupta est, *Helena* videlicet, Constantino Ducae Porphyrogennetae, qui a patre Imperatorio titulo donatus est, et ab Anna pag. 35. *Βασιλεὺς* itidem appellatur, desponsata. Guilielmus Apul. lib. 2. de Sigelgaita Roberti uxore:

Edidit haec pueros sibi tres, et quinque puellas,
Egregiam sobolem sexus utriusque futuram.

Ῥαμοίντῳ] Altera Roberti filia *Mathildis*, Raimundo-Berengarii II. Marchioni et Comiti Barcinon. primum nupsit, deinde Aimerico II. Vicecomiti Narbon. Nuptias Raimundi, ut et Ebali, de quo mox, attigit Guill. Apul. l. 4.

Partibus Esperiae, quem Barcinona tremebat,
Venerat insignis Comes hanc Raimundus ad urbem,
Ut nuptura Ducis detur sibi filia poscens,
Huic maior natu nuptum datur: altera nupsit
Egregio Comiti Francorum Stemmate claro:
Ebalus hic dictus, succumbere nescius hosti,
Belligeras acies ad praelia ducere doctus,
Et facundus erat, linguaque manuque vigebat.

De Mathildis nuptiis agunt praeterea Ioannes Archidiaconus Barensis in Hist. Invent. S. Sabini cap. 1. N. 2. Surita lib. 1. Ind. Rer. Arag. An. MCLXXVI. Will. Catellus lib. 4. Rer. Occitanar. p. 583. Baron. A. MXCI. N. 13. Chifletius in Vindic. Hisp. p. 357. Martinus Carillus in Annal. et alii.

Εὐβούλῳ] Ebalo Comiti Ruciacensi, seu de Roceio, C
(de Roucy) in Campania Gallica, filio Hilduini Comitis de *Arcies* et de *Ramerut* et Aelidis, Ebali Comitis Ruciacensis

filiae primogenitae. *Genuit autem Ebalus iste II.* (verba sunt Alberici An. MCXIX.) *de Sibilia, Roberti Guiscardi filia, Comitem Wiscardum de Roccio et Comitem Hugonem Cholet et Thomam de Roccio, etc.* Ex quo unico, ni fallor, Scriptore tertiae Wiscardi filiae nomen discere est. Quarta Hugoni III. Cenomanensi Comiti, Azonis Marchionis Estensis, ex filia Hugonis II. Cenomanensis Comitis, filio, uxor a patre data est. Is quod coniugem nulla de causa dimisisset, a Summo Pontifice Sacris interdictus est, ut habet idem Ordericus lib. 8. Has nuptias Guilielmus Apul. lib. 3. pluribus commemorat.

Dumque moraretur Troianae moenibus urbis,
Nobilis advenit Lombardus Marchio quidam,
Nobilibus patriae multis comitantibus illum.
Axo vocatus erat, secum deduxit Hugonem
Illustrem natum, Ducis huic ut filia detur,
Exigit in sponsam: Comites Proceresque vocari
Quaeque facit super his consulturus ab urbe.
Horum consiliis Roberti filia nato
Traditur Axonis, taedas ex more iugales,
Et convivando celebrant, et multa ferendo,
Cunctis coniugii quae postulat ordo peractis,
Sollicitat Comites Dux, et quoscumque potentes
Dona petens, laeti quibus et vir et uxor abire
Donati valeant, etc.

Hugonem hunc, ut et Cenomanensem affinitatem, omiserunt Ioan. Bapt. Pigna et Hieron. Faletus in sua Estensium Historia et Genealogia. Quinta denique eiusdem Roberti nata, *Mabilia*, cognomento *Cantalupa*, Willelmo de Grentemesnil, nobili Normanno, nupsit An. MLXXXVIII. De hac agunt Malaterra lib. 4. cap. 21. Albertus Aq. lib. 4. cap. 37. Guibertus lib. 3. cap. 2. et Ordericus Vitalis lib. 8. Sextam Roberti filiam, nullo, ut reor, Autore, addit Pistorius, Stephani II. Hungariae Regis coniugem. Caeterum Ruciacensem arcem, Lutzelensburgum inter et Theodonis villam sitam, quae Comitatui nomen dedit, *Ruthiam* et *Rutthicum* appellant veteres Chartae, et Chronicon Trevirense, apud Duchesnium in Probat. Hist. Luxemb. p. 13. et Brouverum lib. 11. Annal. Trevir. p. 640.

D *Πάπας*] Gregorius VII.

D *Ῥηγὸς Ἀλαμανίας*] Fecit more gentis suae Anna, et avito quodam odio et invidia adversus Latinos, dum Henricum IV. Germanicum Imperatorem Ῥηγὸς, seu Regis titulo donat, cum *Βασιλέως*, vel Imperatoris ad solos Constantinopolitanos Augustos spectare persuasum haberent Graeci. Willelmus Tyr. lib. 16. cap. 21. *Moleste siquidem ferunt quod*

eorum (Theutonicorum) *Rex Romanorum se dicit Imperatorem: in hoc enim suo detrahi videtur Imperatori, quem ipsi Monarcham, id est, singulariter principari omnibus dicunt, tamquam Romanorum unicum, et solum Imperatorem.* Eadem habet Autor Vitae Ludov. VII. Franc. Reg. cap. 8. Alia in hanc sententiam suggerunt Baron. A. DCCCLXXI. Feder. Morellus ad lib. 2. de Themat. Porphyrog. Meursius V. *Ῥῆξ*, et Dissertatio nostra 27. ad Joinvillam pag. 316.

Γενναία δὲ αὕτη ἀρχή] Notanda hic Summorum Pon- D
tificum *ἰδιοκρατορία* et potestas.

Ὡς τὰς Ἐκκλησίας] Beneficia, Ecclesiasticas dignitates. Pag. 31. A
Tradunt eiusce aevi Scriptores Sacris interdictum a Gregorio Henricum, quod Episcopatuum, Abbatiarum, caeterarumque Ecclesiasticarum dignitatum investituras indignis conferret, pretioque divenderet. Henricus ipse in Epist. ad Gregor. apud Hugonem Abbat. Flaviniacensem in Chron. *Non solum enim nos res Ecclesiasticas invasimus, verum quoque indignis quibuslibet, et simoniacato felle amaricatis, et non per ostium, sed aliunde ingredientibus Ecclesias ipsas vendidimus, et non eas, ut oportuit, defendimus.* Id passim obiectum Henrico notant Scriptores, Willelmus Tyr. lib. 1. cap. 13. Bruno de Bello Saxon. Conradus Usperg. et Lambertus Schafnaburg. An. MLXXIV. Will. Malmesburg. lib. 4. de Gest. Angl. Guilielmus Apuliensis lib. 2. Robert. de Monte An. MCXI. et alii sine numero.

Ἄτερ γνώμης] Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. c. 1. A
de Henrico IV. *Apud Baioariae civitatem Brixinoram, in ipso Pyreneo, haud procul a valle Tridentina sitam, coadunatis Episcopis, Princeps Curiam magnam celebravit, ubi omnibus advenientibus, iniurias sibi a Romana Ecclesia irrogatas affectuose conqueritur, quod videlicet ipso inconsulto, qui tamquam Rex et Patricius primus in Electione suae Urbis Episcopi esse deberet, Romani sibi Pontificem praefecissent, cum a patre suo Imperatore plures ibidem, quasi sine electione, inthronizati fuerint.* Vide eumdem in Chron. lib. 6. cap. 34.

Καὶ αἰτιασάμενος] Male acceptos a Gregorio PP. Lega- B
tos suos queritur Henricus Epist. ad Annonem Archiep. Colon. nisi illa fictitia sit, quod vult Baronius. Vide Notas Hoeschelii et Gretzerum. in Refut. Alogiarum Annae Comnenae contra Gregor. VII. edita cum Gerbodo Reichersberg.

Μεταπεπτωκότων τῶν σκήπτρων] De hac controversia D
copiose perinde ac erudite scripserunt idem Gretzerus in Notis ad Cantacuzen. pag. 943. et Leo Allatius lib. 1. de Ecclesiae Occident. et Orient. perpet. consens. cap. 16. et seq.

Pag. 32. B *Ἀπάρας τῆς Ῥώμης*] Guillelmus Apuliensis lib. 4.

Illis Gregorius Beneventum Papa diebus
Advenit: urbs erat haec Romano subdita Papae,
Atque sui iuris, quia Dux obsederat urbem,
Aegre Papa tulit. Veniam Robertus ut huius
Impetret offensae, Papae properavit ad urbem.
Supplicat et pedibus Sancti dans oscula Patris
Suscipitur. Tanti persona vigoris honore
Digna videbatur, considere Papa coegit.
Soliloquium cunctis astantibus inde remotis
Consilium tenuere diu. Tum Papa fideles
Convocat: ex Papae secretum iussibus horum
Panditur, alludus liber est Evangeliorum.
Dux Papae iurat, fuerit dum vita superstes,
Observaturum fidei se iura perennis
Ecclesiae Sanctae, totus cui subiacet Orbis.
Romani Regni sibi promisisse Coronam
Papa ferebatur, quia Rex damnatus ab illo
Henricus fuerat propter commissa nefandis
Accumulata modis: nec enim venundare Sanctas
Ecclesias veritus, perversum dogma colebat
Simonis, et nullum donabat Pontificali
Culmine, praeter eos qui maxima dona tulissent.

Ex his satis patet quid velit Anna, dum ait in eo quod habitum est ad Beneventum colloquio, Gregorium Regis nomen ac dignitatem, *τὴν τοῦ Ῥηγὸς ἀξίαν*, Duci pollicitum fuisse; Imperatoriam scilicet dignitatem, non nudum Regis titulum.

D *Λαντοῦλφον*] Rudolphum Sueviae Ducem, a Principibus Germanis in Regem electum An. MLXXVII.

D *Οὐελχόν*] Welphonem IV. Baioariae Ducem, praecipuum belli Saxonici contra Henricum incentorem, uti habent Bruno de Bello Saxon. pag. 133. Lamb. Schafnab. A. MLXXVI. Chron. Weingartense cap. 8. et Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frider. cap. 6. proinde pro *Οὐελχὸν* substituendum *Οὐελφὸν* apud Annam censerem, nisi docerer a Monacho Pegaviensi in Hist. Wiberti Groicensis *Wlc* et *Wolf* promiscue apud Germanos efferri. Ita enim ille, *urbem quae Poduwlc, id est urbs Wolfi barbarica lingua dicitur.* Ubi barbarica lingua Germanica intelligitur, quod pridem monuit Goldastus ad Walafrid. Strab. lib. 1. de Vita S. Galli. Idem porro est *Wolfus* et *Guelfus.* De vocis apud Germanos significatione sic Aventinus lib. 6. Annal. Boic. *qui primus Welphonis nomen tulit, ab auspicio rei militaris bonoque omine traxit. Canis enim, lupus, atque vulpes, quorum catulos Welphones*

Teutones vocant, Germaniae genti bellicosae animalia peculiaria Martique dicata. Huc alludit Autor vitae S. Altonis Abbatis in Bavaria Superiore apud Wiguleium Hondium in Metrop. Salisburg. To. 2. de Welphone II. Bavariae Duce: *Quidam ex Alamannia, parens videlicet illius Comitis, qui vulgo nomen quoddam sortitus est, quod Latine exprimitur Catulus.* Certe constat apud Germanos *Welf*, unde Belgae *Welp* et *Wlp* efformarunt, Catulum significare. Apud Maurum Orbinum in Histor. Slavor. p. 100. *Wolk* Vandalis, et *Wk* Slavis, Lupum sonat, ut et Anglo-Saxonibus *Wlf*. Bavarum porro Ducem a Gregorio in Henricum concitatum scribit etiam Guilielmus Apuliensis lib. 4.

His vitiis virtus Sancti contraria Papae
Gregorii regno deponi iudicat illum.
Saxonibus mandat perhiberi Rex apud ipsos
Desinat ulterius, totis et viribus obstent.
Accitosque Duces Guelfumque Ducemque Rodulphum
Admonet, Henrico patri pro parte resistant,
Et Pauli Simon quibus insurrexerat alter,
Esse putabatur concessa corona Rodulpho.

Καὶ τοὺς Σάξονας ἔστερφε] Rudolphum in Regem electum, Pag. 33. A
se inconsulto, Gregorius PP. in Excommunicationis Decreto, quod extat lib. 7. post Epist. 14. et apud Hugonem Flaviniacensem in Chron. p. 223. iuratus asserit. Idipsum verbis sat disertis testatur idem Hugo Scriptor coaevus: *Ultramontani audientes illum* (Henricum) *non servare, quod promiserat, quasi de eo desperati, absque Domini Papae consilio, elegerunt sibi Rodulphum Ducem in Regem.* Scriptor Vitae Henrici, de Rudolpho: *Fuere tum qui dicerent ab Apostolico cum immissum, nec unquam tantae virtutis virum magis avaritiae quam consilio cessisse. Et hoc in argumentum sibi sumebant, quod Apostolicus tacuit, dum post absolutionem Regis Rudolfus Regnum invasit.* Scribunt alii Rudolphum Gregorio suadente rebellasse, cui postea ille Imperii Diadema transmiserit, atque in iis, Leo Ost. lib. 3. cap. 48. Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 7. Helmoldus lib. 1. cap. 28. et Fragm. Hist. Tom. 4. Hist. Franc. p. 89.

Καὶ μάχῃ] De praelio, in quo caesus Rudolphus, agunt B
Scriptores Germanici omnes sub An. MLXXX.

Αὐλῶνα] *Aulon*, urbs in Macedoniae Themate apud Pag. 34. A
Constant. lib. 2. de Them. cap. 2. *Avalon* Malaterrae, et Fulcherio Carnot. lib. 2. cap. 36. *Valona*, Alberto Aq. lib. 2. cap. 18. lib. 8. cap. 25. lib. 10. cap. 39. hodie *Velona*.

Ῥογέρῃ] Rogerium Roberti filium, vivo parente, Apuliae D
principatum obtinuisse refert praeterea eadem Anna lib. 5.

et 6. pag. 131. et 162. eo scilicet tempore, quo Robertus in Dalmatiam primum transire statuit. Guilielmus Apul. lib. 4.

Advenit interea coniux, Comitesque rogati,
Egregiam sobolem multo spectante Rogerum
Accersit populo, cunctisque videntibus, illum
Haeredem statuit, praeponit et omnibus illum,
Ipsa quibus praelatus erat dignissimus haeres,
Iste patris tanti patruelibus atque paternis
Moribus ornatus: quantae foret indolis, ipso
Primaevae cultu virtutis significabat:
Ius proprium Latii totius, et Appula quaeque
Cum Calabris, Siculis, loca Dux dat habenda Rogero.

Adde Malaterram lib. 3. cap. 42. et Ordericum Vital. lib. 7. pag. 641.

D *Βοριτύλαν*] Mendose indubie pro *Λοριτύλαν*. Est enim hoc loco *Loritylas*, quem vulgo *Robertum Comitem Loritelli* appellant Scriptores. Fuit ille Wiscardi ex fratre nepos; unde pro *ἀδελφὸν* apud Annam *ἀδελφιδοῦν* etiam reponendum constat. Robertum hunc Comitem Loritelli, Wiscardi ex fratre nepotem non semel memorat Ordericus Vitalis lib. 3. et 7. patrui in praeliis individuum comitem, quique eo quo ille interiit anno, inter praecipuos belli Duces habebatur. Tradit Anna a Wiscardo expeditionem in Dalmatiam parante praescriptum fuisse Rogerio filio, quem tum Apuliae praefecerat, et Loritylae, qui una cum Rogerio remanserat in Italia, ut Romano Pontifici Gregorio adversus Henricum Imperatorem auxilium praestarent. At quem Loritylam Anna indigitat, Guilielmus Apul. id ipsum lib. 4. enarrans Comitem Robertum vocat additque Rogerio, a patre Wiscardo recens Apuliae Duci creato, comitem et tutorem datum:

Roberto Comiti committitur, atque Girardo
Alter fratre satus, fidissimus alter amator,
Et virtutis amans erat et probitatis uterque.
Hos rogat ut Papae solatia, si qua valebunt,
Non adhibere negent.

Subscribit idem Robertus rescriptum eiusdem Rogerii Apuliae Ducis et Boemundi fratrum pro Monasterio Bantino An. MXC. apud Baron. hoc An. N. 19. De Roberti parente nihil certi habeo quod statuam, praeterquam quod Collenutius lib. 3. Hist. Neap. scribit filium fuisse Gaufredi, Wiscardi fratris, quem Comitem Capitanatae fuisse ait Malaterra lib. 1. cap. 15. 23. et 24. qui praeterea meminit Radulphi Loritelii, seu Loracelli, sub An. MLXXXVI. qui una cum Rogerio Comite, Rogerii Apuliae et Calabriae Ducis Wiscardi filii, contra Boemundum, quocum ille de bonis paternis contendebat, partes

acriter tutatus est, lib. 4. cap. 11. Verum illene sit, quem Anna et Ordericus memorant, non temere definio: tametsi quem bis terve Rodulphum, semel Robertum nominat Malaterra. Robertus porro Comes Loritelli, Roberti filius, Willelmum Apuliae Ducem comitatus legitur, cum An. MCXX. Callistum PP. Beneventi convenit, quo ille, praestito fidei sacramento, ab eo in Ducatu confirmaretur. Occurrit etiam Robertus alter Loritelli Comes, Willelmi I. Regis Siciliae consanguineus, Rogerii Regis ex frate nepos, de quo nos ad Cinnamum, et in Familiis Normannicis. At longe aliter, quam par est, de Gaufredi Wiscardi fratris filiis disserit Philadelphus *Mugnos*, in Theatro Geneal. Famil. Sicul.

Βαϊμοῦντον] Anna postremum filiorum Roberti Boe- D
mundum facit, manifesto errore, ut et infra pag. 131. cum unicus ex Alberada, priore Roberti uxore, prodierit, ut scribit Malaterra lib. 1. cap. 30. Licet etiam post Rogerium fratrem in Diplomatibus subscripsisse constet ex Baronio An. MXC. N. 19. cum Rogerio propter Ducalem titulum, quo ille exornatus erat, primas haud aegre concederet; quod quidem Annam et caeteros Scriptores in errorem forsitan induxit. Traiecit vero Boemundus in Illyricum, parente in Apulia remanente, mense Maio A. MLXXXI. Vide eumdem Malat. lib. 3. cap. 24. At cur Boemundo Sanisci cognomen tribuat Anna pag. 131. fateor mihi hactenus incompertum.

Καινίων] *Κάννα*, numero multitudinis, Cantacuzeno Pag. 35. D
lib. 3. cap. 33. Urbs supra Aulonem posita, Arianitae Comneni olim regia apud Laonicum lib. 5. *Canna* Malaterrae lib. 2. cap. 23. et Guilielmo Apuliensi lib. 4. non semel, ubi captae a Roberto Caninorum urbis meminit. Defecit illa postmodum, et denuo a Roberto expugnata, funditus excisa est, ea ferme tempestate, qua in Italiam postremo rediit. Vide Notata ad pag. 93. et Leuncl. in Pand. Turc. cap. 142.

Ἱεριχώ] Malaterra, *parsque portum applicat, qui Herico* Pag. 36. A
dicitur. De hoc portu Anna rursum pag. 107.

Ῥαούλ] Radulphus iste, Roberti Legatus, una cum fra- C
tre in partes Alexii tandem concessit, ab eoque duxit originem illustris Constantinopoli *Rauliorum* familia, cuius crebra occurrit mentio apud Pachymerem et caeteros Scriptores Byzantinos, etiamnum superstes, ut autor est Petrus de Valle, Nobilis Romanus, Epist. 2. pag. 97. Edit. Paris. Radulphi et Rogerii, quos hic Anna commemorat, meminit Albertus Aquensis lib. 2. cap. 9. aitque eorum opera usum Alexium, quo Godefridum Bullonium a depraedatione revocaret: *Imperator autem intelligens regionem graviter depopulari, Radulphum Peelde-Lan et Rotgerum filium Dagoberti, viros disertissimos de*

terra et cognatione Francigenarum, Duci misit rogans, ut a praeda Regni sui et vastatione cessaret exercitus, ut captivos, quos petebat, sine dilatione redderet. Hoc autem loco *Pelde-Leu* legendum censuerim, eoque agnomine donatum Radulphum, quod sagum militare ex pelle lupina confectum superindüeret. Sed familiam ex his vestigiis vix agnosci posse fateor. Rogerium Dagoberti filium diserte appellat Anna lib. 13. pag. 400. Rogerii Normannici Proceris meminit Guilielmus Apuliensis lib. 2. qui an idem cum Annaeo, non satis exploratum:

Sunt Equites aliquot, Torstenus dicitur unus,
Alter Arenga, valensque ad bella Rogerus.

Pag. 37. C *Αἱ μὲν γὰρ νῆες*] Cum multo pauciore navium et militum numero in Illyricum traiecisse Robertum scribit Malaterra, qui expeditionem istam refert lib. 3. cap. 24. 25. et 26. neque enim plus quam quindecim naves, aut armatae militiae plus quam mille trecentos milites habuisse Robertum testatur. Malaterrae censentit Guil. Apul. lib. 4.

Quod coeperat ipse subire
Acceleravit iter, decies et quinque Liburnis
Adria sulcatur, Coryphi tremit Insula, tanti
Principis accessu electo milite fulti.

Leo Ost. lib. 3. cap. 48. quindecim, Ordericus lib. 7. decem millia pugnatorum Roberto adsignant.

C *Τὰς Νικοπόλεις*] Nicopolis, Epiri urbs ad ostium Ambracii sinus. Vide Constant. lib. 2. de Them. cap. 8.

Pag. 38. A *Κορυφώ*] Corypho, urbs Corcyrae Insulae munitissima, ita nuncupata quod in excelsae rupis cacumine extructa sit, a qua postmodum toti Insulae nomen mansit. Perperam enim Malaterra de hac Roberti expeditione scribens lib. 3. cap. 24. Insulam Castro, seu oppido nomen dedisse ait: *Aliud Castrum, quod ex nomine Insulae Carofium nomen accepit, cum tota Insula suae mancipat servituti.* Roberti Corcyrensem expeditionem his verbis prosequitur Guilielmus Apuliensis lib. 4.

Dux transire volens mare, praecipit arma parari,
Militibusque suis se praestolentur Hydrunti
Imperat, aptari naves facit, ipse Salerni,
Undique dona petens et supplementa, moratur,
Huc illuc apices non cessans mittere secum
Navibus armatis fidas monet ire cohortes.
Insolitum multis iter illud et acre videtur,
Praecipue quibus uxores, et pignora cara
In domibus fuerant: non exercere volebant
Militiam talem: sed verba minantia blandis

Dux addens precibus, multos properare coegit.
Conveniunt omnes, sicut mandatur, Hydrunti,
Dalmaticas naves oneri Dux eligit aptas,
Auxilio sibi quas gens miserat illa petitas.
Has armis et equis, sumptuque, virisque repletas
Ad Coryphum mittit: haec Insula non procul urbe
Distat Hydruntina, placidis spirantibus auris,
Huc cito transitur, dimissis navibus illam
Acriter invadunt equites Ducis, atque timorem
Omnibus incutiunt, qui circumquaque morantur.

De expugnata Corcyra sic etiam Anonymus Barensis in Chronico. *Anno* MLXXXI. *Ind.* IV. *mense Martio, ipse Dux Robertus direxit navigia, et obsedit Corfo, et postea ibit ille cum multis, et decimo die stante Magi comprehendit Corfo et Botronto.* ubi *decimus dies stans, aut stantis Maii,* est 22. eiusdem mensis. Quippe istius aevi Scriptores Italici, interdum etiam Gallici, mensem in duas partes secant ac dividunt, quarum prima *intrans,* altera *exiens et stans* mensis dicitur. Ut Graeci enim primam mensium Atticorum partem ἀρχόμενον μῆνα vocabant, ita Latini *intrantem.* Octavius Horatianus lib. 4. Rerum Medicarum pag. 107. *Qui autem quadragesimo die figuram hominis acceperit nono mense intrante, decimo die nascitur.* Diversa porro fuit utriusque partis numerandae ratio; nam prima mensis pars ordine consueto dinumerabatur, sumpto a primo eiusdem die initio usque ad decimum quintum: alterius autem partis ab ultimo mensis die initium sumitur, ordine retrogrado, non vero a Kalendis et a primo succedentis mensis, ut apud Latinos, ita ut decimus sextus mensis dies fuerit ultimus secundae partis. Verbi gratia, apud Rollandinum lib. 6. Chron. cap. 10. Fredericus II. Imperator dicitur obiisse *anno* MCCL. *in festo S. Luciae, scilicet die* XIII. *intrante Decembri;* qui quidem dies festus S. Luciae cadit in 13. eiusdem mensis. Extat in Palatio Episcopi Veronensis vetus Inspriptio, cuius meminit Hieronymus *d'alla Corte* in Hist. Veron. lib. 5. pag. 285. in qua haec leguntur: *Eodem anno* (MCLXXII.) *septimo die intrante Iulio combusta est Civitas Veronae.* Chronicon Ducum Benevent. *Occisus est a Normannis* VII. *die intrante mense Febr. Anno* MLXXV. Anonymus Barensis, *A.* MXXCIII. *perrexit super civitatem Canni, et* X. *die intrante Iulii comprehendit eam.* Vide Ioannem Archidiac. Barensem in Hist. Translat. S. Sabini cap. 2. N. 5. Henschenium 15. Febr. pag. 809. Schraderum in Monument. Ital. pag. 16. Bedam lib. de Minutione sanguin. etc. Haec de prima mensis parte. Altera vero *Exiens* dicitur, ut apud Graecos pars mensis Attici ultima

(nam in tres distribuebatur) *φθίνων μήν*. Apud Monachum Paduanum lib. 3. obitus Alexandri IV. PP. narratur accidisse *die septimo exeunte Madio Anno* MCCLXI. quem Scriptores omnes in XXV. Maii coniiciunt. Unde evidenter patet dies Exeuntis mensis numerari solitos ab ultimo, ut Intrantis a primo. Ita in Vita Arnoldi Catanei Abbat. N. 10. *duodecimus exeuntis Iunii* (non Ianuarii, ut perperam editum advertit Bolandus) dicitur fuisse decimus nonus eiusdem mensis: ut *duodecimum exeuntis Martii A.* MCXCIV. in veteri charta, vicesimum Martii recte interpretatur Hieronymus *d'alla Corte* lib. 6. pag. 311. In Registro Homagiorum Nobilium Aquitaniae quod extat in Camera Comput. Paris. *A.* MCCLXXII. X. *die exitus Martii introitus Aprilis*, etc. Porro qui *Exiens mensis* est in supralaudatis Scriptoribus, *Stans* appellatur fere semper in Chronico Barensi *A.* MLXVIII. *quinto die stante Augusti venit Dux Roberto, et obsedit Bari per mare et terra.* Idem. A. MXXLII. *Et octabo die stante Febr. ipse Dux cepit in Durachi.* Rursum A. MXXCI. *decimo die stante Magi comprehendit Corfo.* Anonymus in serie Comitum Capuae: *undecimo die stante mense Martio ingressus Ademari in Capua.* Acta Alexandri III. PP. XIII. *die residua stante mensis Martii ad portum Venetiae pervenit.* Eadem Acta: *Sequenti die Dominica octava scilicet die residua stante mensis Iulii in vigilia B. Iacobi*, etc. ubi *octava Iulii* evidenter est XXIV. Romualdus Salernitanus: *Nono die stante mensis Augusti Barolum descenderunt.* Infra, *Secundo die stante eiusdem mensis Sipontum applicuit.* Quibus in locis *stantem mensem* videtur *remanentem* interpretari Baronius A. MCLXXVII. quasi residua esset mensis pars, forte quod in Actis Alexandri legitur *die residua stante mensis*, etc. Sed ibi, ut et apud Anonymum Barensem et alios, *dies stans mensis* dicitur pro *dies stantis mensis.* Latini igitur *stantem mensem* vocarunt secundam mensis partem, contra quam Graeci, qui *ἱστάμενον μῆνα* primam appellabant. Haec non adeo trita ac vulgata monuisse per parergon intererat.

A *Γεώργιος Μονομαχάτος*] Successerat Georgius post Nicephorum Basilacium in Praefecturam Dyrrhachii.

C *Πηγήν*] Celeberrimum et pulcherrimum Templum, quod Iustinianus M. ad Portam Auream ad fontem, qui ibi aderat, extruxit, Deiparaeque sacravit. Agunt de eo Procopius de Aedif. Iustin. Zonaras et Cedrenus in Iustin. Monolog. Sirleti IX. Iul. Petrus Gyll. lib. 4. cap. 8. Adde Notas nostras ad Villhard. N. 93.

Pag. 40. A *Βοδῖνον καὶ τὸν Μιχαηλᾶν*] Fuit Bodinus iste, cognomento Constantinus, Serviae ac Dalmatiae Rex, Michaelis

Regis filius, ut autor est Scylitzes, seu, ut Scriptor Historiae Dalmaticae Anonymus, Michaelis ex Priaslao filio nepos, Scriptoribus nostris notus, dum Boemundi Antiocheni Principis Constantinopolim ad Gotofredum, caeterosque sacrae militiae Duces sese conferentis per regnum illius transitum commemorant. Vide Raymundum de Agiles pag. 139. et Ordericum Vital. lib. 9. pag. 724. Habuit Bodinus ex Iacynta, Argyri Nobilis Barensis filia, uxore, filios quatuor; Michaelem, qui forte idem cum Michaele Annaeo, Georgium, Archirizzum, seu Argyrizzum et Thomam. Sed de Serviae Regibus pluribus agimus in nostro opere de Familiis Orient.

Ἐξάρχους τῶν Δαλματῶν] Habuit ista tempestate va- A
rios Monarchas Dalmatia, binos praesertim Regio titulo donatos. Alii enim Serviae imperabant *Regesque* sese inscribebant *Serviae, Diocliae, Tribuniae, Dalmatiae, atque Ochlumiae,* ut ex Innocentii III. PP. Epist. et aliunde constat. Alii vero *Croatiae Dalmatiaeque Reges* dicebantur. Priorum Regia fuit Dioclia, posteriorum Salona. Priori Dalmatiae imperabat Alexii aevo Bodinus: posteriori Demetrius cognomento Suinimir, Regio titulo donatus a Gregorio VII. PP. An. Chr. MLXXVI. ut ex Gregor. Regesto discere est lib. 7. Epist. 4. apud quem pro *Suinmur, Zuilimir* legendum moneo, ex Thwroczio, Bonfinio, et aliis in istorum pariter Regum serie genealogica, in eo quod mox laudavi opere.

IN LIBRUM II. ALEXIADIS NOTAE.

Ἐξ οἵου γένους] V. Bryennium in Praefat. N. 9. et Pag. 43. A
nostrum Stemma Comnenicum.

Δοῦκα ἡ Ἀντιόχου] Antiochiam, Coelesyriae Metropo- B
lim, a Chosroe Persarum Rege prius vastatam, mox a Saracenis Heraclio imperante expugnatam, Nicephori Phocae auspiciis, Michael Burzes rursum Romanis asseruit, mansitque illa in eorum ditione a Praefectis Ducum titulo cohonestatis administrata usque ad Turcorum irruptionem. Duces Antiochenos recensent complures Scriptores Byzantini: ac primum quidem *Michaelem Burzem* Magistrum, prioris forte filium, *Damianum* et *Nicephorum Uranum* imperante Basilio Porphyrogenito: *Michaelem Spondylem* eunuchum, sub Constantino Basilii fratre: *Constantinum Carentenum*, sub Romano Argyro, cuius sororem in uxorem duxerat: cui *Spondylus*, mox *Nicetas a Mysthea* successores dati. Hos excepere *Nicetas* et *Constantinus*, Michaelis Paphlagonis fratres, ipso imperante: deinde *Sclerus* Constantino Monom. *Maurocatalon*, et *Michael Uranus* Magister, Michaele Stratiotico, et *Cata-*

gurius Diogene Romano imperantibus: *Ioseph Tarchaniota*, sub Michaele Duca, quo extincto *Isaacius Comnenus*, Alexii frater primogenitus, eamdem Praefecturam et dignitatem obtinuit a Botaniata, eoque Ducatum tenente Antiochiam occupavit *Philaretus Armenius*, sub quo urbs in Turcorum potestatem concessit. Vide Niceph. Bryennium, et Annam pag. 169. 412. 414.

C *Σθλαβογενῶν*] Servilis conditionis et obnoxiae: ita Borylum et Germanum perstringit Anna. *Plerique Principes*, ait Plinius in Paneg. *cum essent civium Domini, Libertorum erant servi: horum consiliis, horum nutu regebantur, per hos audiebant, per hos loquebantur.* Frustra reponit hoc loco Meursius *Σκλαβογενῶν*, ut et apud Constantinum de Adm. Imp. *ἐσκλαβώθη*, pro *ἐσθλαβώθη*; quos enim Latini Scriptores *Slavos*, seu *Slavinos*, vocant, Graeci *Σθλάβους*, et *Σθλαβίνους* appellarunt. Ita Nicetas in Man. lib. 4. cap. 1. lib. 5. cap. 10. Zonaras pag. 98. Cedrenus ad A. VII. Rhinotineti: quamquam haud inficias ierim vocem *Σκλάβος* nonnumquam usurpari a Graecis; hanc enim reperire est in Chron. Alexandrino, apud Theophylactum Simocattam, Cantacuzenum, Cananum, etc. Porro Slavorum nomen tam late patuit, *ut pene careat aestimatione*, ait Helmoldus lib. 1. cap. 1. effusi enim in Septentrionem et Orientem, provincias et amplas regiones suo asseruere Imperio. Tandem a Principibus sensim et variis subinde temporibus debellati, servire coacti sunt, eorumque nomen in contemptum et probrum trahi coeptum, quo appellati servilis et obnoxiae conditionis homines.

C *Οὕτω τὸν Ἴουλον*] Aeschylus, *ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ.*

Σιείχει δ' Ἴουλος ἄρτι διὰ παρηίδων.

Vide Scholiastem.

D *Προέδρων ἀξιώματι*] Horum dignitas in Palatio perillustris, a Nicephoro Phoca instituta, ut autor est Cedrenus. Erant autem Imperatoribus Byzantinis *Πρόεδροι*, qui hodie Regibus nostris Consiliarii Consilii secretioris. Horum Praeses *πρωτοπρόεδρος* dicebatur, cuius mentio non semel occurrit apud Bryennium, Cedrenum, Zonaram, etc.

Pag. 44. A *Τοὺς περὶ τὴν γυναικωνίτιν*] Eunuchos, qui in Palatiis Imperatorum primas obtinebant. Corippus lib. 3. de Laud. Iustini:

Adfuit obsequio castorum turba virorum,
Illis summa fides, et plena licentia sacris
Deservire locis, atque aurea fulchra parare,
Regales mensas epulis onerare superbis,
Conservare domum, sanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, vestesque parare.

His qui praeerat Ἀρχιευνοῦχος dicitur in Chronico Alexandrino A. Valentiniani V.

Ἐπαγωγοὶ γὰρ ἀνδρες] Eunuchorum nutu res in Palatiis gestas, saepe pessumdatas, legimus. Lampridius in Severo: *Eunuchos nec in consiliis, nec in ministeriis habuit, qui soli Principes perdunt, dum eos more gentium, aut Regum Persarum, volunt vivere: qui cum empti sint, et pravi fuerint, quid tandem possunt boni sapere?* Hinc spadones et aulicos *tineas, soricesque Palatii* appellabat Licinius apud Aurelium Victorem: ut omnium malorum artifices non semel perstringit Constantinus Manasses: A

Καὶ δὴ γὰρ ἂν ἔδρασαν οἱ Θαλαμοπολοῦντες,
Εὐνοῦχοι, ῥυπαρόψυχοι, πάντων κακῶν ἐργάται.

Et alio loco,

Ἕως καὶ πότε τῆς ἀρχῆς τὸ κράτος ἰθυνοῖσιν
Εὐνοῦχοι, γυναικόψυχοι, πόριμοι πρὸς κακίαν,
Πάντων ἐφευρεταὶ κακῶν, πάντων κακῶν ἐργάται,
Ἄνθρωποι μαλακόψυχοι, σκεύη πονηρευμάτων,
Τῶν ἀθεμίτων ἀγωγοὶ, σωλῆνες κακουργίας.

Nota Chrysaorii vox illa apud Cedrenum, *εἰ μὲν ἔχεις εὐνοῦχον, φόνευσον, εἰ δ' οὐκ ἔχεις, ἀγόρασον, καὶ φόνευσον.* V. Henricum Valesium ad 18. Marcellini, pag. 153. et Salmasium ad Hist. Aug. pag. 240.

Ἐξαδελφῇ] Sic pag. 48. At editio Hoescheliana ἀδελφῇ habet, cui favet Zonaras, qui Irenem Isaacii uxorem Mariae Imperatricis sororem fuisse scribit. Vide Stemma Comnenicum. A

Υἱοθετεῖ τὸν Ἀλέξιον κατὰ τὸν παρακολουθήσαντα περὶ τῶν τοιούτων πάλαι τύπον] Cum pronuper de eiusmodi adoptionibus honorariis et spiritualibus fuse satis egerim in Dissertat. 21. et 22. ad Ioinvillam, nihil est quod hoc loco iam dicta repetam. Tantum moneo ad firmandum, qui hic observatus fuisse in istis adoptionibus innuitur ab Anna, ritum, fugisse me tum insignem Pachymeris locum, a quo hauserat, quae in hanc rem habet Maurus Orbinus in Hist. Slavorum a me laudatus: ex quo tandem docemur has adoptiones in Ecclesia, coram Sacerdote, conceptis in eum finem precibus, accensisque ad id funalibus, potissimum celebratas; et ad rei ceremoniam adoptantem adoptivum filium expanso pallio circumdedisse. Ita enim Pachymeres Mariam Cantacuzenam, seu Palaeologinam, Constantino Toecho Bulgarorum Rege marito extincto, Sphendosthlavum, Despotam Bulgarum, (non illum vero qui Myltzae in regnum successit, ut habet Orbinus,) adoptasse scribit, et diducto pallio Michaelem filium, ipsumque Sphendosthlavum hinc atque inde ulnis admovisse. Sed praestat solennem istum ritum verbis ipsius C

Pachymeris adstruere, quae eiusmodi sunt: *Ὁ δὲ τοῖς ὅρκοις θαρρήσας εἰς Τέρνοβον ἦκε, καὶ ἤδη παρηβηκότα υἱοποιεῖσθαι ἠξίου. καὶ δὴ ἐπ' Ἐκκλησίας περιφανῶς τῇ Μαρίᾳ ἐκεῖνος υἱοπεποίητο. μετὰ γὰρ τὰς τοῦ ἱερέως ἐντεύξεις, καὶ τὰ ἐπ' αὐταῖς φῶτα, διασχοῦσα τὸν ἐπενδύτην, ἅμφω Μιχαὴλ καὶ Σφεντισθλάβον παρ' ἑκάτερα τῶν αὐτῆς ἀγκαλῶν ἐτίθει, καὶ συνθεσιῶν γενομένων, ἀπελύετο ἐπ' οἴκου υἱὸς κεκλημένος τῆς τῶν Βουλγάρων Δεσποίνης μετὰ Μιχαὴλ ὁ Σφεντισθλάβος.* Adde Novellam Leonis 24.

Pag. 45. B *Διὰ τὸ γῆρας*] Erat enim Nicephorus effoeta aetate, cum Imperii gubernacula capessivit, Mariamque uxorem duxit. Ioannes Cinnamus lib. 1. Hist. de Nicephoro, *ἀνδρὶ πόρρω τῆς ἡλικίας ἥκοντι, καὶ ἐπὶ δυσμαῖς βίου γεγονότι.* Niceph. Bryennius, *ἀνὴρ συνετὸς μὲν τὰ πρῶτα, καὶ ἱκανώτατος τῇ χειρὶ, γήρᾳ δὲ ἄλλως καὶ χρόνῳ κατειργασμένος.* et alibi de eodem, *προσεγγίσας τοῦ γήραος.* Const. Manasses,

Ὁ γέρων, ὁ παλαιγενὴς οὗτος ὁ Νικηφόρος,
Τῇ γαμετῇ τοῦ Μιχαὴλ ζεύγνυται νόμῳ γάμου,
Καὶ ταῦτα γέρων τριφερᾷ πέμπελος νεαζούσῃ.

D *Συσκιάσαι ἀπόρρητον*] Theophylactus Bulg. Archiep. Epist. 41. de Alexio, *τὸν δέ γε Βασιλέα, καίτοι στεγανώτατον ἄνθρωπον ὄντα, καὶ οὐ ῥάδιον διδόναι ψευδολογίας, ὅμως κατεμάλθαζεν ὁ παμπόνηρος.* Nicetas in Ioanne Com. de eodem Alexio, *ἦν γὰρ εἰ καί τις ἄλλος ὁ ἀνὴρ οὗτος κρυψίνους καὶ σοφὸν ἡγούμενος ἀεὶ τὸ περίεργον μηδὲ τὰ πολλὰ ἐξαγγελτικὸς τοῦ ποιητέου δεικνύμενος.* Hinc obiectum ab uxore Alexio in extremis agenti apud eumdem, *ὦ ἄνερ, καὶ ζῶν μεθοδείαις παντοίαις ἐκέκασο, ἀντίφθογγον τὴν γλῶτταν πλουτῶν τοῖς νοήμασι· καὶ νῦν δὲ ὁσαύτως τοῦ βίου ἀπαλλαττόμενος ἀμεταπτώτως ἔχεις οἷς καὶ πρώην προσέκεισο.*

Pag. 47. B *Κυζίκου*] Cyzicum, urbem ad Propontidem, in Themate *τοῦ Ὀψικίου*, expugnaverant antea Agareni, imperante Copronymo, ut autor est Cedrenus.

Pag. 49. D *Ἔστι γὰρ μὲν*] Theophilus Antecessor lib. 1. tit. 8. §. 2. *φύσει γὰρ ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου πολέμιος.* Tritum illud, *Nulla pestis efficacior, quam familiaris inimicus.* Will. Brito lib. 8. Philipp.

Peior enim quavis est peste domesticus hostis,
Praecipue qui colla premit pede libera servo.

Constantinus Manasses,

Ἀλλ' ἄρα δυσποτμότερον οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπου
Ἔχοντος τοὺς ἐχθραίνοντας οἰκείους ταὐτοστέγους.

Theganus de Gest. Lud. Pii cap. 1. *Summopere cavendum est, ne amplius fiat, ut servi sint consiliarii, quia si possunt, hoc*

maxime construunt, ut nobiles opprimant, et eos cum vilissimis propinquitate eorum exaltare studeant.

Μάγιστρος τὴν ἀξίαν] Magistri dignitas magna olim in Palatio fuit. Constantinus Porphyrog. in Basilio cap. 16. *τῶν Μαγίστρων ὑπέρλαμπρον τιμήν* vocat, cui concinit Childebertus Francorum Rex Epist. ad Theodorum Magistrum, Tomo 1. Hist. Franc. *Praelati Magisterii vestri dignitas excolenda, quae licet per se magna sit, ut cognovimus,* etc. Ita autem primitus, et *κατ' ἐξοχὴν* dictus Officiorum Magister, de quo Rutilius Namatianus, Pag. 50. A

Officiis regerem cum regia iura Magister.

Postmodum plures hac dignitate donati. Luithprandus usque ad 24. fuisse sua aetate in Palatio Constantinopolitano scribit lib. 6. cap. 5. unde Anastasium Quaestorem et Magistrum primas tenuisse inter Magistros autor est Corippus in eius Panegyrico:

Summe Magistrorum, Procerum decus, Arbiter Orbis.

Vide Salmasium ad Capitolinum pag. 83. 84.

Παχουριανόν] Diversus est a Pacuriano Magno Domestico Gregorius Pacurianus Sebastus, ad quem binae scriptae extant Epistolae Theophylacti Bulg. Archiep. 7. et 25. Ex prioris inscriptione discimus uxorem duxisse filiam Magni Drungarii, Nicephori videlicet Comneni, Alexii Imp. fratris. De Pacuriano Domestico, Gregorii, ut probabile est, patre, agit non semel postea Anna. V. Baron. An. MLXXIII. N. 77. et confer Epist. Theophylacti 26. B

Οὐμβερτόπουλον] Constantinus, cognomento Humbertopulus, id est, Humberti filius, quo adiutore Alexius Imperium capessivit, Celta, seu Francus fuit, uti diserte Anna refert lib. 4. et 8. et Zonaras in Alexio, filius forte Humberti, Tancredi de Altavilla filii, Wiscardi fratris, cuius meminit Malaterra lib. 1. cap. 4. qui cum Normannis, quos Maniacatas appellat infra Anna lib. 7. in Graeciam transierat, et Constantinopolitanis Augustis meruerat: cuius filio Constantino Humbertopuli cognomentum de nomine Humberti patris mansit: ea est enim vis vocabuli *πουλὸς*, quod infra moneo. Porro extitit familia eiusce cognominis posterioribus seculis perillustris Constantinopoli, ab hoc forte Constantino prognata. Memoratur enim a Pachymere lib. 12. cap. 30. et lib. 13. cap. 22. Humbertopulus *Μέγας Τζαούσιος.* D

Τυροφάγου κυριακῆς] Dominica *τῆς Τυροφάγου*, quae et *Τυρήνη* Annae et Pachym. lib. 7., est Dominica Quinquagesimae. Nominis rationem pluribus exponit Leo Allatius de Dominicis et Hebdom. Graec. cap. 11. Pag. 51. B

Δαλασσηνή] Vide Stemma Comnenicum. C

C *Τὴν δὲ μετὰ τὴν Κυριακὴν δευτέραν*] *Ἡμέραν* addit Allatius lib. de Hebdom. Gr. cap. 11. ubi hunc Annae locum laudat, ut sensus sit, post Dominicam Tyrophagi Feria II. Alexium urbe egressum.

Pag. 52. A *Καὶ τὰς ἀδελφάς*] Vide Stemma Comnenicum.

A *Κωνσταντινιανοῦ φόρου*] Inter praeclara, quae in nova urbe a se condita aedificia extruxit Constantinus M., Forum illud fuit, quod a suo nomine Constantinianum appellavit, statuitque in ea urbis parte, ubi antea moenia et portae Byzantii veteris stabant, porticibus, fornicibus, statuis, et aliis undequaque advectis antiquitatis monumentis mire exornatum, uti passim testantur Themistius Orat. 17. Zosimus lib. 2. Eusebius lib. 3. de Vita Constantini cap. 52. Cedrenus, Zonaras et alii sine numero. Situm et formam describit idem Zosimus: *ἀγορὰν δὲ ἐν τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν, οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ στοαῖς διστεγέσι ταύτην περιλαβών, ἀψίδας δύο μαρμάρου Προικοννησίου μεγίστας ἀλλήλων ἀντίας ἀπετύπωσε, δι' ὧν ἔνεστιν εἰς τὰς Σεβήρου στοὰς καὶ τῆς πάλαι πόλεως ἐξιέναι.* Neque abludit Hesychius Milesius scribens muros antiquos *οὐκ ἔξω τῆς ἐπωνύμου ἀγορᾶς τοῦ Βασιλέως* processisse. Vetus Urbis Descriptio Forum Constantini partim in 6. partim in 8. Regione fuisse ait. *Πλακωτὸν* etiam dictum autores sunt Zonaras et Glycas, quod lapidibus planis et latis, quos *πλάκας* Graeci appellant, stratum fuerit a Constantino.

Τὰ ἐν Βλαχέρναις βασίλεια] Palatii Blacherniani, quod extitit *in angulo Civitatis iuxta portum*, ut Tyrius autor est, non vero ad ostia Euxini Ponti, quod vult Lambecius, descriptionem graphicam ex Odone de Diogilo lib. 4. de Ludovici Reg. Fr. profectione in Orient. iis adiungere hic lubet, quae de hocce Palatio congessimus in Notis ad Villhard. N. 85. *Venientes ad Urbem, Brachium S. Georgii ad dexteram, et quemdam profluvium, qui de ipso procedens ad* 4. *fere millia tenditur, habens ad laevam ibi Palatium, quod dicitur Blacherna. Fundatur quidem in humili, sed sumptu et arte, decenti proceritate consurgit, et triplici confinio triplicem habitantibus iucunditatem afferens mare, campos urbemque visibus alternis despicit. Exterior eius pulchritudo fere incomparabilis est. Interior vero, quidquid de illa dixero, superabit. Auro depingitur undique variisque coloribus, et marmore studioso artificio sternitur area, et nescio quid ei plus conferat pretii vel pulchritudinis, ars subtilis vel pretiosa materia.*

B *Τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα*] Aedem SS. 40. Martyrum iuxta Thermas Constantianas, cuius fundamenta iecerat Tiberius

Aug. cum Anastasia uxore, absolvit Mauricius An. VIII. ut pluribus narrant Theophanes, Cedrenus, Glycas, Manasses, Paulus Diac. lib. 17. Codinus de Orig. et alii. Eiusdem sphaeram terrae motu collapsam refecit Basilius Porphyrogenneta, ut autor est Scylitzes. Templum ipsum de novo instaurasse Andronicum Comnenum, proximeque aedes magnificas extruxisse tradit Nicetas in Andronico lib. 2. Illud denique Ioannes Palaeologus Imperator evertit, et ex ruderibus duas ad Portam auream turres aedificavit, uti Ducas refert cap. 13. Iuxta Templum 40. Martyrum Columnam erexit Phocas An. VII. cui postea imperante Heraclio Crux imposita est, quae corruit terrae motu sub Andronico Seniore, ut est in Chronico Alexandr. et apud Nicephor. Gregoram lib. 9. Extitisse porro Aedem SS. 40. Martyrum iuxta aeneum Tetrapylum tradit Autor eiusdem Chronici Alexandrini. Meminit praeterea huius Templi Innocentius III. PP. lib. 14. Epist. 84. Pachymeres lib. 4. cap. 18. et Bondelmontius.

Τὸ τοῦ ἱεράρχου Νικολάου τέμενος] Hinc emendandus Zonaras, qui hoc loco habet *μονὴν τοῦ Κανικλείου*, pro *Νικολάου*. Extitit vero Aedes D. Nicolai prope Magnam Ecclesiam, intra Magni Palatii septa, aut sane iuxta ipsum Palatium: quod etiam Anna videtur indicare his verbis, *καὶ ἐπίτηδες οἶμαι κατασκευασθὲν τοῖς ἀρχαίοις*: quo loco malim *ἀρχείοις*; est enim *ἀρχεῖον* Palatium Nicetae, Cinnamo et aliis. Hanc condidit Basilius Macedo, ut scribit Scylitzes, *ἐν τῇ Βαρβάρᾳ*, ut author est idem Pachymeres lib. 4. cap. 8. id est, in ea regione in qua fuit Aedes D. Barbarae sacra versus Acropolim, ex qua porta S. Barbarae Arci vicina dicta est. Vide Codinum in Orig. p. 61. edit. Meursii, Suidam in *Βερήνη*, et Theuetum lib. 19. cap. 3. Extitit Aedes alia Constantinopoli D. Nicolao sacra ad Blachernas, de qua Anna lib. 10. eadem forte quam extructam refert Codinus in domo Basilidis, qui Patritius et Quaestor fuit Iustiniano imperante. Aliam praeterea S. Nicolao et S. Augustino Cantuariensi Episcopo dicatam Aedem Constantinopoli habet Gotselinus lib. de Miracul. eiusdem B. August. cap. 26. conditam a nobili Anglo, qui post expugnatam a Willelmo Notho Angliam Constantinopolim concesserat. Alteram denique extra Urbem, Molibotum dictam, in qua humatus Constantinus Ducas, Scylitzes commemorat. Vide Leon. Allat. lib. 2. de Eccl. Orient. et Occid. consensione cap. 11. pag. 645. et Notata ad pag. 294. C

Μέρος τυγχάνον τοῦ μεγάλου τεμένους] Aedes D. Nicolai ideo, ait Anna, Asyli iure donata est, quod esset quodammodo appendix Magnae Ecclesiae, quam Iustinianus eius con- C

ditor hoc privilegio exornarat: Constantinus Porphyrogenneta Nov. 12. *περὶ τῶν φονευ.* etc. de Iustiniano, *ὁ τὸν ναὸν τὸν μέγαν ἀσυλίας τόπον διορισάμενος.* Quo etiam iure ante Iustinianum gaudebat Ecclesia maior Constantiniana, seu potius Constantiana, ut autor est Zosimus lib. 5. Vide Pachymerem lib. 3. cap. 24. Cantacuzenum lib. 1. cap. 12. lib. 3. cap. 2. 50. 80. 88. Ius Graeco-Rom. lib. 2. pag. 72. 73. etc.

D *Στραβορωμανόν*] Straboromanum, dignitate Magnum Hetaeriarcham, qui a Botaniata ad Alexium Legatus missus est, Pentapoli, Phrygiae oppido, oriundum et Botaniatae consanguineum fuisse scribit Nicephorus Bryennius. Eiusdem praeterea mentionem iniiciunt Scylitzes in Michaele Duca, Zonaras et Glycas.

Pag. 53. B *Τοῦ ἱεροῦ βήματος*] Distributa erant apud Graecos Templa in tres potissimum partes. Prima *τὸ Βῆμα*, altera *Ναὸς*, tertia denique *Νάρθηξ*, seu Ferula appellabatur. *Βῆμα* erat sacratior Aedis pars, Sacrarium nempe, et adyta ipsa, ad sacra munia obeunda assignata, velis et cancellis a reliqua Templi parte seclusa. *Ναὸς*, seu Chorus, novis cancellis obstructus, Sacerdotibus divinas laudes decantantibus, *Νάρθηξ* vero Christi fidelibus, qui Sacris intererant, addictus erat: quam appellationem, ut hoc obiter moneam, sortitus videtur, quod ferulae speciem referret, quae cum esset forma quadrata, longior tamen paululum erat quam latior, cuiusmodi fuit Narthecis forma, quem sceptri loco prae manibus gestabat Byzantinus Imperator, uti ex Bullarum archetypis a nobis describitur in Historia Gallo-Byzantina: quae est etiamnum et olim fuit istius Templorum partis, quae laicis addicta erat, cum e contra *Ναοῦ* figura esset orbicularis, uti est D. Sophiae Constantinopoli pars haec Templi; unde et *χώρου*, seu Chori appellatione donatur vulgo locus in Ecclesia, ubi Clerus laudes divinas decantat, qui aliis vocatur *Presbyterium*. Brito in Vocabul. *Chorus, locus Cleri in capite Ecclesiae.* Scio aliam reddi huiusce nominis rationem. A ferulae praeterea figura forte Medici quidam libros a se editos *Νάρθηκας* et *Ναρθήκια* inscripserunt, quod eadem esset librorum, seu codicum. Laudantur enim Herae, Cratippi et Sorani *Νάρθηκες* apud Galenum et Aetium. Sed de Narthece Ecclesiae, ut et aliis Templorum apud Graecos partibus, integram Dissertationem instituit vir magnus Leo Allatius, quem adi, si lubet.

In Reg. Cartar. pag. 5.

B *Τῶν ἁγίων εἴχετο θυρῶν*] A Nao seu Templo, quod cancellis a Bemate seclusum erat, ad ipsum Bema per tres portas aditus patebat. Portae istae *ἅγιαι* dictae, ut pluribus loco citato monet Allatius et Goarus ad Eucholog.

C *Σταυρὸν ἐγκόλπιον*] Ita appellant Graeci Cruces Sancto-

rum reliquias aut vivificae Crucis particulas continentes, quas catenulis de collo ad pectus pendentes gestabant. Anastasius Biblioth. ad Act. 5. Octavae Synodi: *Crucem cum pretioso ligno, vel cum reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, hoc est quod vocant encolpium.* De quo more Gretzerus Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 27. Eiusmodi vero Cruces ab Imperatoribus aliisve gestari solitas et fidei faciendae vel securitatis firmandae gratia saepe transmissas testantur passim Scriptores Byzantini, atque in iis Nicetas Paphlago in Vita S. Ignatii Patr. CP. VIII. Synod. CP. Act. 5. Synod. Ephes. Can. 22. Act. 8. Gregorius in Vita S. Basilii Iunioris c. 11. Theophanes An. Iustiniani Rhinotmeti VI. Leo Grammaticus in Michaele et Constantino, Scylitzes in Theophilo, in Michaele Paphlag. et in Romano Diog. Nicetas Chon. in Andron. lib. 2. cap. 11. Cinnamus lib. 5. cap. 16. Pachymeres lib. 4. cap. 6. Acropol. cap. 11. Cantacuzen. lib. 1. cap. 58. lib. 3. cap. 14. 17. et 20. Gunther. in Hist. CPol. cap. 26. Anna lib. 3. pag. 94. et lib. 8. pag. 242. Autor Narrationis Historicae in Restitut. Imagin. pag. 724. et 732. D. Chrysostomus Demonstratione contra Gentes, Gregor. Nyssenus in Encomio Macrinae, etc. Sed et in mutui pacti ac Sacramenti confirmationem eiusmodi encolpia invicem commutabant. Pachymeres lib. 1. cap. 31. *ταῦτα συνθεμένων ἐκείνων καὶ ἀνταλλαξάντων εἰς τοὺς ὅρκους τὰ ἱερὰ περιάμματα, συρρήγνυται μάχη μεγίστη.* Quo spectant, quae de armorum commutatione diximus in Dissert. 21. ad Ioinvillam pag. 261.

Ὄρθριον ὕμνον] Horas matutinas. Vide Goarum ad Codin. D

Σιδηρᾶς] Eadem habet Bryennius lib. 3. cap. 25. Sideram in meridionali Urbis parte statuit Scylitzes in Leone Philos. *ἐγένετο δὲ ἐμπρησμὸς κατὰ τὸ μεσίμβρινον μέρος τῆς πόλεως, ἐν τῇ λεγομένῃ Σιδηρᾷ.* Siderae meminit praeterea Codinus lib. de Orig. CP. *καὶ τὸ Ἄατον πρὸς τὴν Νέαν κείμενον, καὶ μέχρι τῆς ὀνομαζομένης Σιδηρᾶς.* Certe *Aatum*, seu *Ἀετὸν* iuxta novam Ecclesiam statuit etiam Constantinus Porph. in Basilio cap. 58. Unde cum *Aetus* Siderae vicinus fuerit, *Sidera* vero Monasterio Petrii proxima, consequens videtur locum, qui aliis *Actii* dicitur, domum scilicet Regiam a sui sublimitate sic appellatam et ab eodem Basilio conditam, cui vicinum fuit Petrium, eumdem esse cum Aeto. Vetus Scheda apud Martinum Crusium lib. 3. Turcogr. pag. 190. 275. *ἡ βίβλος αὐτῆς τῆς Μονῆς τοῦ Προδρόμου τῆς κειμένης ἔγγιστα τοῦ Ἀετίου, ἀρχαϊκὴ δὲ τῇ Μονῇ κλῆσις Πέτρα.* At unde *Siderae* appellatio fluxerit, haud planum videtur, cum Pag. 54. A

de ea sileant Byzantini Scriptores. Nec enim ausim affirmare id nominis loco inditum, aut quod forte in eo extiterint officinae ferrariae, quemadmodum aerariae Chalcopratiorum vico nomen dederunt, aut sane quia ibi olim et ante Constantinum fuerit Moneta, seu domus in qua cudebantur nummi ferrei. Nam Petrii vicinitas ostendit extitisse illam intra Vetus Byzantium. Docemur quippe ex Aristophane *ἐν Νεφέλαις*, nummos ferreos cusisse Byzantinos.

Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ
Ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. στρ. τῷ γὰρ ὄμνυτ', ἢ
Σιδαρέοισιν ὥσπερ ἐν Βυζαντίῳ.

Ad quem locum Scholiastes, *λεπτοῖς δὲ νομίσμασιν φαίνονται κεχρῆσθαι Βυζάντιοι.* Idque firmat authoritate Platonis in Pisandro: *χαλεπῶς ἂν οἰκίσαι μὲν ἐν Βυζαντίοις, ὅπου σιδηρέοισι νομίσμασι χρῶνται.* His consentit Hesychius, *ἐν τῷ λεπτῷ νομίσματι, ᾧ σιδηρῷ καὶ ἐλαχίστῳ ἐχρῶντο οἱ Βυζάντιοι.* Spartanos abrogato aureorum et argenteorum nummorum usu, ferreis etiam usos docet Porphyrius lib. 4. *περὶ ἀποχῆς.* Aliud porro fuit Porta ferrea, *Σιδηρᾶ πόρτα*, a loco, *Sidera*, dicto, etsi locus uterque mari obversaretur. Sed *Sidera*, cuius Anna meminit, ad Fretum Sycenum fuit, ut et Petrium: Porta vero ferrea Propontidi adiacuit, eademque videtur, quae postea *τῶν Σοφιῶν*, hoc est, Sophianarum Porta dicitur a Codino de Origin. qui prioris appellationis rationem et originem affert pag. 51. Edit. Reg. qua videlicet ad Palatium ita nuncupatum ibatur, proinde Portui Sophianarum vicina. Meminit Portae Ferreae Leo Grammaticus pag. 458. et 489.

A *Μονὴν τῶν Πετρίων*] Petrium Monasterium a loco sic est appellatum, cui *Πέτρα* olim nomen fuit, iam ante instauratum a Constantino Byzantium, ut ex Dionysio Byzantio docet Petrus Gyllius lib. 2. de Bosp. Thrac. cap. 2. a Petris scilicet extantibus, et loci difficili situ: unde et locus et Monasterium *Πέτρα* et *Πέτριον* promiscue appellantur a Scriptoribus. Versus muros Urbis maritimos ad Fretum Sycenum Petrium extitisse autor est Nicetas in Alexio Com. lib. 3. cap. 10. *οἱ μὲν τὰ πλοῖα φέροντες ἔστησαν κατέναντι τῶν Πετρίων.* Quo loco codex Barbarograecus habet, *τοῦ κάστρου τῶν Πετρίων λεγομένων.* quod quidem Castrum, si aliud a Monasterio Petrii, nescio an idem fuit cum Palatio Petrii, quod *Παλάτιον τοῦ Πετρίου* vocat Scylitzes in Nicephoro Phoca et ita appellatum ait Codinus in Orig. Lambecianis pag. 57. quod a Petro Barsymiano Patricio, Iustiniano imperante, extructum fuerit. Certe non uni D. Ioannis Baptistae Monasterio concessum fuit nomen Petrii, cum in Petrio varia fuerint Aedificia et Monasteria. Nam praeter illud, cuius hic

Anna meminit, Monasterium extitit Templum, quod *τὸν Ἅγιον Ἠλίαν τὸ Πέτριον* vocat Codinus de Orig. CP. *τὸν Ἠλίου τοῦ Προφήτου κατὰ τὸ Πέτριον ναὸν*, Constantinus in Basilio cap. 54. Praeterea Templum S. Euphemiae, quod *τὴν Πέτραν* appellat Codinus, *ἐν τόπῳ ἐπιλεγομένῳ Πετρίῳ* extructum ait S. Nicephorus in Catal. Patriarch. Constantinopolit. *ἐν τῇ Πέτρᾳ* Theodorus Lector. Eccl. 2. *ἔνδον τοῦ Βυζαντίου*, Nicephorus Call. lib. 8. cap. 6. hoc est, intra veteris Byzantii moenia; seu potius ad ipsos muros veteres, qui *ἀπὸ τοῦ καλομένου Πετρίου ἕως τῆς πόρτας τοῦ Ἁγίου Ἀιμιλιανοῦ* protendebantur, ut habet Chronicon Alexandrinum. Iam vero Monasterium *Πετρίου κατ' ἐξοχὴν* a Scriptoribus dictum D. Ioanni Baptistae dicatum fuit, ut autores sunt Ducas cap. 39. et Codinus de Offic. Aulae CPol. cap. 15. N. 11. et 15. qui illud *μονὴν τῆς Πέτρας* vocant: Cantacuzenus vero lib. 3. cap. 35. *Πέτραν* tantum. Foeminarum fuisse indicat hoc loco Anna, ut et Scylitzes et Zonaras in Argyro, et Constantinus in Basilio cap. 30. Huius praeterea mentionem agit Nicetas in Murtzuphlo cap. 5. Crusius sua aetate adhuc stetisse scribit, nec procul abfuisse a Blacherniana Aede et Palatio, quod Constantini appellant Graeci hodierni. Vide Cinnamum lib. 6. pag. 160.

Πρωτοβεστιαρία] Protovestiarii uxorem interpretatur Meursius. Sane *Consulares foeminas dicimus Consularium uxores,* inquit Ulpianus L. 1. *π.* de Senatorib. Verum fuisse dignitatem in familia Imperatricis omnino Anna indicat, eaque donatam Mariam Ioannis Ducae uxorem. Protovestiariae suberat, ut opinor, *Ζωστὴ*, cuius officium erat Augustam succingere, ut autor est Codinus in Orig. CP. *ὁμοίως καὶ αἱ Ζωσταὶ ἐζώννυον τὴν Δέσποιναν.* Meminit huiusce dignitatis Zonaras pag. 116. et Scylitz. pag. 703. et 716. Eiusmodi fuerunt *Ornatrices,* et aliae quae Augustis et Reginis fuisse dicuntur *a Cubiculo, a Veste, a Mundo muliebri,* quarum passim mentio in veteribus Inscript. V. pag. 116. A

Τοῦ ἐν Βλαχέρναις τεμένους] Blachernianum Templum Deiparae Sacrum, a Pulcheria Aug. Marciani uxore conditum, habent passim Scriptores. Nos infra quaedam. A

Περὶ τὸ βραχιόνιον] *βραχιόνιον* et *βραχιόλιον brachiale* est, et brachii ornamentum, aut tegumentum, uti mox ostendemus ad pag. 68. Sed aliud habet etymon *βραχιόνιον* hoc loco apud Annam, quo quidem vocabulo propugnaculum ad Portam Blachernianam designavit, quod *προτείχισμα τῶν Βλαχερνῶν* appellat S. Nicephorus in Heraclio An. DCXXVI. cuiusmodi opera nos Galli *Braies* dicimus, a braccis, seu femoralibus, quae Suidae (in V. *Ἀναξυρίδες*) *βράχια*, Glossis C

Basilic. apud Carol. Labbeum *βράχαι* appellantur, voce, ut videtur, traducta. *Βραχιόλιον* eadem notione usurpat Hero in *Παρεκβολαῖς*: *Ἐπιμελεῖσθαι δεῖ τοῦ βραχιολίου, κἂν εἰς βάθος ἐπὶ πολὺ ἐκτείνεται.* et Chron. Alexandrinum An. XVI. Heraclii, *καὶ περὶ ἑσπέραν ἔστησαν ὀλίγα μαγγανικὰ καὶ χελώνας, ἀπὸ βραχιολίου, καὶ ἕως βραχιολίου.* Paulus Diac. lib. 19. Hist. Misc. *Brachialis Aureae Portae* meminit. Neque aliud videtur *Sbaralium* apud Sanutum lib. 3. part. 12. cap. 21. *Fecit quoque plures mines, sive cuniculos, respondentes ad Turrim Maledictam, et ad Sbaralium, sive Barbecanum Regis Hugonis.* Certe constat nihil aliud esse Brachiale, quam quod nostri *Barbecanas*, et *Antemuralia* vocant, quibus ut plurimum Portae Oppidorum et Castrorum earumque exitus muniebantur. Willelmus ab Oldenborg in itiner. T. S. de Tripoli: *quorum portas et introitus speciales quondam sinuosae Barbicanae intricant et observant.* Idem de Tyro: *in quibus* (muris) *dispositae et transpositae sunt* V. *Portae, quae introitum civitatis adeo intricant et observant, ut qui eas introeunt, in domo Daedali errare et laborare videantur.* At cur eiusmodi propugnacula *brachialia*, nostris *braies* dicantur, nondum sum assecutus; nisi forte quod ut pars humani corporis inferior braccis vestitur, ita propugnaculorum, quae urbium portis opponuntur, ima braccarum speciem altioribus muris praeferant. Proinde *Bracca* hac notione idem erit quod *murus antepectoralis* in Charta An. MCLXXXIV. In Reg. Feodor. Burgundiae I. part. fol. 93. in Camera Comput. Paris. sic nempe dictus, quod infra muri *pectus*, seu partem mediam extructus sit, et braccarum instar propugnaculorum inferiora tegat: *Muro quoque permisi idem claustrum claudi, cuius altitudo a ripa interiori sit unius lanceae absque batalliis et muro antepectorali.* Extat idem Diploma etiam in Burgundicis V. C. Steph. Perardi pag. 259.

C *Τῶν Βλαχερνῶν πύλην*] Muris Blachernianis adiacuit Porta, quae ab iis, aut vicino Palatio, vel Templo, Blachernarum nomen habuit. Eius mentio fit apud Nicephorum CP. et Cedrenum in Heraclio et Monomacho, Paulum Diac. lib. 23. in Epist. Hugonis Com. S. Pauli de prima Urbis expugnat. et in Gestis Innocent. III. PP. pag. 106.

C *Βασιλικοὺς ἱπποστάθμους*] Scribit Codinus in Origin. CP. Porticus ambas in Sigmatis figuram extructas olim stabula fuisse, easque Cortem, seu Atrium, ambivisse. Stabulum quoddam *τρυλλωτὸν*, seu concameratum, Michaelis Theophili filii opus, recenset Autor *Τῶν Πατριῶν* CP. et Leo Grammaticus in Michaele pag. 463. Denique *Imperialis Stabuli* meminit Autor de exilio S. Martini PP. et Guill.

Bibliothecarius in Hadriano PP. At Regia Stabula, de quibus Anna, extra Urbem, ad muros Blachernianos erant.

Κοσμίδιον] Monasterium SS. Cosmae et Damiani extra C
Urbem, de quo nos pluribus ad Villhard. N. 86.

Γεώργιον τὸν Παλαιολόγον] Nicephori, cuius meminit D
Bryennius lib. 3. N. 15. Scylitz. pag. 834. et Anna pag. 54. 56. filium, ad quem scribit Theophylactus Bulgar. Archiep. Epist. 33. et 70.

Κτήμασι τῶν Μωροβούνδου] Possessio forte Merobau- Pag. 55. C
dis, qui Cos. fuit I. cum Gratiano Aug. A. Chr. CCCLXXVII. Iterum cum Saturnino A. CCCLXXXII. aut alterius eiusdem nominis, ortu Hispani, Asterii Cos. generi, de quo Idacius in Chron.

Ἱρὸς τὸν κοιτῶνα] Μόχ, *δεδιὼς μὴ καὶ ἐμφροίριος* Pag. 56. A
γένηται, διὰ τὸ κεναῖς χερσὶν τοῖς ἀμφὶ τὸν βασιλικὸν κοιτῶνα ὀφθῆναι. Quibus locis *κοιτὼν* idem est quod *Cubiculum* Cassiodoro lib. 4. Epist. 51. lib. 5. Ep. 14. 39. 44. et Latinis aevi sequioris *Camera*, Thesaurus nempe, et Fiscus Regius. Ockam cap. *quid sit Scacarium: Camera est locus, in quem Thesaurus recolligitur, vel conclave, in quo pecunia reservatur.* Vita Lud. Pii An. DCCCXL. *Iussit fratri suo Drogoni, ut ministros Camerae suae ante se venire faceret, et rem familiarem, quae constabat in ornamentis regalibus, per singula describi curaret.* Hist. Archiep. Bremens. An. MCLV. ubi Fridericus Imp. *Magna requiritis, o viri Romani, de exinanita Camera nostra. Camera Regia* eadem notione in Diplom. Hugonis et Lotharii Regum Italiae apud Ioan. a Bosco in Vienna. Ita in Monasteriis *Camera* dicitur Monachorum aerarium. Chron. Besuense: *Quidquid in lucro aut negotio aliquid exinde potuerint lucrari, redeat ad vestitum fratrum in Camera supradicti loci.* Adde Eckeardum Iunior. de casib S. Galli cap. 10. Math. Paris. pag. 255. 857. Privileg. Eccl. Hamburg. pag. 169. Gesta Dagob. cap. 33. Camerae igitur qui praeerat, *Camerarius* dictus, Fisci Regii Praefectus, Custos Regii census. Idem Ockam: *Officium Camerariorum in recepta consistit in tribus, scilicet claves arcarum baiulant, pecuniam numeratam ponderant, et per centenas libras in forulos mittunt.* Quae adnotare operae pretium visum est, ut tandem percipiatur, qui fuerint *Camerarii Provinciarum* in Regno Neapolitano, de quibus passim Falcandus, Gesta Innoc. III. PP. etc. in Gallia nostra *Magni Camerarii*, quos vulgo cum *Cambellanis* temere confundunt, et in Monasteriis *Camerarii*; horum enim omnium officium fuit aerarii praefectura. Sed hac de re alias, si Deus faverit, pluribus.

Εὖρον] Eurum, seu Hebrum, Thraciae fluvium, hodie Pag. 56. D
Mariza dictum.

Pag. 57. A *Ἀθύραν*] De Athyra et Schizis diximus in Notis ad Villhard. N. 220.

Pag. 59. A *Βροντῆς υἱόν*] D. Ioannes Evangelista a Graecis *κατ' ἐξοχὴν Θεολόγος* dictus, quod de Christi genealogia sublimius quam caeteri senserit et scripserit. Eadem causa *βροντῆς υἱὸς* ab iisdem non semel indigitatur, ut qui tamquam tonitru de caelo Verbi divinitatem enarrando intonuerit; seu *quod eius dicta qui legit, non credit dicere, sed tonare*, quod de S. Hilario dixit Fortunatus. Paulinus Epist. 24. de S. Ioanne, *qui solus e* IV. *fluminibus ex ipso summo divini capitis fonte decurrens, de nube sublimi tonat*, IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. Vide S. Augustinum lib. 1. de consensu Evangelist. cap. 4. et 6. Suidas v. *Ἀδάμ. Ἐντεῦθεν ὁ τῆς βροντῆς γόνος, τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, ἐξ οὐρανίων νεφελῶν ἀπαστράψας ἐβρόντισε, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐλάμπρυνε.* Theophylactus Bulgar. Archiep. Praefat. in Ioan. *ἐπεσκεψάμεθα δὲ καί τι θαυμασιώτερον συμβὰν περὶ τοῦτον δὴ τοῦτον Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην· μόνος γὰρ οὗτος τρεῖς μητέρας ἀναφαίνεται ἔχων, τὴν φυσικὴν, τὴν Σαλόμην, τὴν βροντήν. υἱὸς γὰρ βροντῆς διὰ τὴν Εὐαγγελίου μεγαλοφωνίαν καὶ τὴν Θεοτόκον.* Germanus Byzantius, *Τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, τὸ θεμέλιον τῶν θείων λόγων, τὸν ἀρχηγὸν τῆς θεολογίας καὶ κήρυκα πρώτιστον τῆς ἀληθοῦς δογμάτων θεοῦ σοφίας, τὸν ἠγαπημένον Ἰωάννην καὶ παρθένον μερόπων γένος κατὰ χρεὼς εὐφημήσομεν.* Vetus Epigr. de S. Ioanne:

Βροντὴ πέφυμεν ἡ θεηγόρος λύρα,
Βροντῶσα, κηρύττουσα τῇ οἰκουμένῃ
Ἰωάννης ἄρρητον οὐσίαν μόνην
Θείαν τριφεγγῆ δημιουργὸν τῶν ὅλων
Ἔγνω γὰρ ὄντως, καὶ γράφει θεία βίβλῳ,
Καὶ νῦν δαδουχεῖ, καὶ καταυγάζει φρένας.

Aliud de eodem:

Βροντῆς γόνε βρόντησον ὑψόθεν μέγα,
Καὶ σήμερον πῶς ἡ προάρχιος φύσις,
Θεοῦ βρότος τε καὶ θεὸς πάλιν μένει.

Notum illud Martiani Capellae lib. 5. Philolog. de Rhetorica: *Haec cum in progressu arma concusserat, velut fulgureae nubis fragore colliso, bombis dissultantibus, fracta diceres crepitare tonitrua. Denique creditum, quod instar Iovis eadem posset etiam fulmina iaculari.* Verum aliter de eiusce epitheti etymo censet Beda et ex eo Ordericus Vitalis lib. 2. Hist. Eccl. *Iacobus et Ioannes filii Zebedei a Christo appellati sunt Boanerges, id est filii tonitrui, ex firmitate et magnitudine fidei, quam tenuerunt inviolabiliter et docuerunt immaculatam legem Domini.* Vide Epiphan. Haeres. 73.

Ioann. Sarisber. lib. 1. Polycrat. cap. 6. et Casaubonum Exercit. 13. ad Annal. Baron. cap. 13.

Εὐφημίας] Codinus de Off. *γίνεται τοίνυν ἡ τῶν βασι-* B
λικῶν ὀνομάτων εὐφημία. Cedrenus, *εὐφήμησαν οὖν τὰ Μέρη, Ἀναστασίας Αὐγούστης πολλὰ τὰ ἔτη.* Imperatoribus, dum renuntiantur, a militibus et circumstantibus acclamatum nemo nescit: ea autem acclamatio erat ut plurimum vitae diuturnioris imprecatio. Corippus lib. 2.

Intonuit patrum subitus fragor, inde clientum
Clamores crescunt, clamoribus adsonat aequor,
Laudibus innumeris Regnantum nomina tollunt,
Iustino vitam tercentum vocibus optant.

Et lib. 3.

Augustis vitam laetis clamoribus optant.

Hinc frequens illud *πολυχρόνιον* Augustis acclamatum apud Byzantinos, de quo passim Codinus, quod Graeci nuperi pro quavis impensa salute usurparunt, quod in iis salutationibus vitam diuturniorem adprecarentur. Odo de Diogilo lib. 3. *Polychronias eorum suscipit, sed vilipendit: sic enim vocantur reverentiae, quas non solum Regibus, sed etiam quibuslibet suis maioribus exhibent, caput et corpus submissius inclinantes, vel fixis in terram genibus, vel etiam sese toto corpore prosternentes.*

Μελισσηνόν] Laudat hunc Annae locum Petrus Faber C
Sanjorianus ad Leg. 11. de Iust. et Iure pag. 751. Is est vero Nicephorus Melissenus, qui postmodum Caesar dictus, Alexii Imp. sororem uxorem duxit, de quo Zonaras, Glycas, et Cinnamus. Hunc etiam, ni fallor, innuit Theophylactus Bulg. Archiep. Epistola, quam ad Caesarem inscripsit, in qua Sebastocratoris, Isaacii forte, obitum deplangit. Fallitur porro in ipso Annae limine foeminarum doctrina illustrium Encomiastes, qui Nicephorum Annae maritum ex Melissenorum familia ortum dixit.

Περὶ τὴν Δάμαλιν] Damalis est Promontorium, quod C
hodie Scutaricum vocant, positum e regione Promontorii Byzantium continentis. De nomine et situ multa habent Hesychius Milesius, Codinus in Orig. Petrus Gyll. lib. 3. de Bosp. Thrac. cap. 9. et Leunclav. in Pand. Turc. cap. 128.

Τὴν Θετταλοῦ μεγίστην πόλιν] Monachus S. Mariani Pag. 60. B
An. MCLXXXV. *Salonicam amplitudine opibusque praesignem.* Ioannes Cameniata de Excid. Thessal. cap. 2. ubi pluribus describitur: *ἔστιν οὖν ἡ πόλις μεγάλη τε καὶ εὐρεῖα, τείχεσι καὶ προβόλοις συχνοῖς κατοχυρωμένη.* Cantacuzenus lib. 3. cap. 93. de eadem urbe, *μετὰ τὴν Μεγάλην πρώτην πόλιν.* Vide Concil. Sardic. cap. 16.

B *Μάρτυρος Δημητρίου ναός*] Celeberrimum fuit, et apud Graecos Byzantinos decantatissimum S. Demetrii Templum Thessalonicense, de quo passim Scriptores, Anna lib. 5. Nicetas in Isaacio lib. 1. N. 5. Innocentius III. PP. lib. 13. Ep. 101. 151. lib. 15. Ep. 30. et 84. praesertim vero ob corpus Divi Martyris in eo asservatum et cultum, ex quo continuo stillabat liquor sanandis morbis salutaris, ut hoc loco Anna scribit, quod etiam attigerunt Ioannes Cameniata de Excid. Thessalon. cap. 2. 5. 6. 9. Nicetas in Andronic. lib. 1. N. 9. Scylitzes in Michaele Paphlag. Acropol. cap. 45. Cantacuzen. lib. 1. cap. 53. Ducas cap. 29. et Ioannes Anagnosta de Excisa Thessalon. cap. 5. et 16. Vide Gretzerum ad Cantacuzen. pag. 915. 916. et Historiam nostram Gallo-Byzant. lib. 2. N. 4.

C *Μὶ' ἐρυθρῶν*] Puniceis litteris, et cum Cinnabari Bullas aureas, et quaelibet Diplomata et Epistolas subscribebant Imperatores. Const. Manasses:

Ἐν ἐρυθρώοις γράμμασιν αὐτὸν ἐσημειοῦτο.

Alibi,

Καὶ πορφυρόβαπτος γραφὶς τὴν χάρτην ἐπισιοῦτο.

Apud eumdem, *γραφὴ ἐρυθροσήμαντος*. Pisides in Hexaemero:

Ἀλλ' αἱματώσας τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους
Βαφαῖς ἐρυθραῖς βασιλικῶς ὑπογράφει.

Gregorius XI. PP. ad Ioann. Palaeologum Imp. *Imperiales litteras de rubeo colore, et ut videbatur, tua manu in littera Graeca scriptas recepimus*: apud Wadding. An. MCCCLXXV. N. 2. Sed haec nota. At quae fuerit ista subscriptio, et an Imperatoris nomen expresserit, video controverti. Procopius in Hist. Arcana tradit Iustinum Imp. quatuor literarum characteribus subscripsisse: quae fuerint istae, non explicat. Anastasius ad Act. X. Octavae Synodi subscripta Imperatorum nomina diserte scribit. Non tamen charactere distincto, sed arcanis quibusdam nodis et implicationibus literarum subscribebant, inquit Alamannus, et ut verbo dicam, Monogrammate, *quo nomen magis intelligi, quam legi promptum est*, ut ait Symmachus lib. 2. Epist. 12. Certe apud Latinos Monogrammatis usus antiquissimus deprehenditur in Diplomatibus Summorum Pontificum, Imperatorum, et Regum, ut et in eorum Monetis. Hrabanus Maurus Abb. Fuld. lib. de Inventione Linguarum: *Litterae Monogrammae scriptae nonnullis in locis inveniuntur, ubi pictura cum musaeo in pariete imaginis, aut in velis, vel alicubi aliter facta fuerit, ibi eorum nomina cum congerie literarum unum characterem pictores facere soliti sunt, quod Monogramma dicitur.* Charta Pipini I. Regis Aquit. apud Beslium: *Ut autem haec nostrae Excellentiae auctoritas inviolabilis et inconcussa omni tempore*

permaneat, Monogramma inserere curavimus, ac de annuli nostri impressione insigniri subter fecimus. Annales Francor. Bertiniani An. DCCCLI. *Haec communi Procerum suorum consilio atque consensu decernunt, propriorumque nominum Monogrammatibus confirmant.* Diploma Adalberonis I. Episc. Metens. apud Meurissium: *Manu propria nostri nominis Monogrammam subtus signavimus.* Denique Odo Cluniac. in Vita Burchardi Comitis Corbol. *Facto itaque testamento, Monogrammate firmatur.* Verum etsi in confesso sit sua nomina integra exarasse, aut in Monogrammatis formam contracta Imperatores aevi prioris, secus tamen de iis qui post Annum MCC. vixerunt, dicendum est. Servantur enim in Archivo Regis Christianissimi Diplomata Balduini II. Imperat. Constantinop. Annorum MCCXLVII. et MCCLXVIII. Bullis aureis et plumbeis instructa: Epistolae praeterea duae Andronici Palaeologi Senioris Latina lingua in papyro scriptae, prior ad Carolum Pulchrum Franciae Regem, altera ad Benedictum de Cumis Dominicanum, simili ferme literarum rubrarum expressione subscriptae. Nec sunt literae in Monogrammatis formam contractae, sed maiusculae, et in totam pergameni, vel papyri, latitudinem, atque adeo in ipsum Diplomatum aut Epistolarum scriptum diductae; characteribus adeo anomalis, et intricatis, ut ne vix quidem unus literarum apex deprehendi queat. Sed ut cuiuis sit de eiusmodi subscriptionibus divinandi facultas, en damus fideliter excerptas ex ipsis Archetypis, et in minorem redactas formam [vide tab. I], cum in Diplomatibus longe maiori exaratae sint, totamque explicatae membranae latitudinem impleant. Prior igitur subscriptio est Balduini II. in Diplom. An. MCCXLVII. quod a Du-Chesnio in Probat. Hist. Duc. Burg. refertur pag. 139. altera est eiusdem Balduini in Diplom. An. MCCLXVIII. mens. Mart. quod nos descripsimus in Hist. Gallo-Byzant. pag. 22. tertia denique est Andronici Palaeologi in Epistolis mox laudatis. Extant porro sparsim apud Martinum Crusium in Turcograecia istiusmodi in Graecorum Pontificum et Nobilium Epistolis subscriptiones, quarum etsi interdum sensum et notationem reddiderit, vix est tamen ut ullus ex iis apex percipiatur. At in praedictis Diplomatibus Balduini et Andronici mensis videtur describi, non vero eorum nomen. Tradunt Pachymeres lib. 4. cap. 29. et Gregoras lib. 4. a Michaele Palaeologo Imperatore concessum Andronico filio Imperii collegae, ut ei liceret *γράφειν δι' ἐρυθρῶν οἰκείᾳ χειρὶ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΑΡΙΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ.* Ubi MS. Regius habet *διεξοδικῶς γράφειν δι' ἐρυθρῶν*, etc. id est, *πλατέως*, uti vocem hanc interpretatur Hesychius, expansis

et diductis literis. Verum id nominatim excepit Michael, ne *μηνολογεῖν* se vivo posset, id est adscribere *μῆνα καὶ ἴνδικτον*, ut habet Gregoras, quemadmodum, inquit Pachymeres, solent Imperatores, *ὡς ἔθος τοῖς Βασιλεῦσιν*. Unde idem Autor lib. 7. cap. 1. narrat Andronicum, post patris Michaelis mortem, primum Diplomatibus mensem et diem apposuisse: *ἄρτι πρώτως μηνολογησάμενος πρόσταγμα*. et lib. 6. cap. 36. scribit Michaelem, cum in extremis ageret, libellum subscribentem, primam Novembris mensis literam designasse, nec potuisse distinctis apicibus reliquum vocabuli explere. Ex quibus constat eodem encausto, seu eadem rubrica, qua nomen proprium, mensem et Indictionem exarasse Imperatores. Quod praeterea firmatur ex Novella Manuelis de Feriis, in qua haec verba sub finem habentur: *εἶχε τὸ ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙΩι ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδ'. δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς Βασιλικῆς χειρὸς*, id est, *adscriptum fuit manu Imperatoris rubris literis, Mense Martio Indictionis* XIV. et ex altera eiusdem Augusti, *περὶ διαφόρων*, etc. quae iis verbis claudit, *εἶχε τὸ ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙΩι ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδ'. δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς Βασιλικῆς καὶ θείας χειρός*. ubi observandum, iis in Novellis Imperatoris nomen characteribus Cinnabaricis exaratum fuisse nequaquam adnotari, sed tantum mensem et Indictionem: ita ut ea tempestate Imperatores non nomen suum, sed mensem duntaxat et Indictionem Diplomatibus et Bullis suis apponerent; cum alias non modo liberis, sed etiam praecipuis aulae suae Officialibus subscribendi sua nomina *per Cinnabarim* facultatem concederent, ut ex Niceta in Isaac. lib. 3. N. 5. constat. Habeo prae manibus Epistolam Demetrii Palaeologi Despotae, Manuelis Palaeologi Imperatoris filii secundogeniti, ad Carolum VI. Francorum Regem, datam *ex Peloponneso* 12. *Decembris* 1455. quam mecum communicavit V. C. Dominus *de Vyon d'Herouval* de Literatis omnibus bene meritus, subscriptam rubeis et grandioribus hisce characteribus, *Δημήτριος ἐν χῶ τω θῶ πιστὸς Δεσπότης Ῥωμαί. ὁ Παλαιολόγος*. Sigillum ex cera rubra papyro obducta literis appositum Aquilam, cum alis expansis, bicipitem, et cum bina coronula utrique capiti imminente, repraesentat. Sigilli vero inscriptio iisdem characteribus concipitur, quibus Epistolae subscriptio. Iam vero cur Imperatores mensem tantum et Indictionem, literis rubricatis, in Diplomatibus et Bullis, non vero sua nomina, describerent, id causae potissimum esse existimo, quod ex quo Bullarum, seu Sigillorum, uti ea vocabant, pendentium, usus apud Graecos invaluit, subscribi in iis nomina desierunt. Certe apud Gallos nostros, qui sigillis pendentibus uti coepere ea ferme

aetate, qua Graeci Bullis, tum aureis, tum plumbeis, nempe circa nonum aut decimum seculum, subscribi, inquam, nomina desiere in Diplomatibus; cum antea non modo sigilla cerea ipsis chartis affigerentur, sed etiam apponerentur ipsorum Monogrammata Principum, aut eorum, quorum erant Diplomata. Et certe, si bene auguror, in priore Balduini II. Diplomate A. MCCXLVII. *μηνὶ Ἰουλίῳ*, id est, mense Iulio, exaratum videtur, quo illud emissum constat, uti in altero, *μηνὶ Μαρτίῳ*, (emissum enim mense Martio) in tertio denique, quod est Andronici Senioris, *μηνὶ Μαΐῳ*; ubi vox *μηνὶ* contractis literis describitur: atque eiusmodi subscriptio *Imperialis* appellatur in Diplomate eiusdem Balduini A. MCCXLI. quod habetur in Historia nostra Gallo-Byzantina: *In cuius rei testimonium praesentes literas fecimus annotari, et Bullae nostrae plumbeae munimine roborari Imperialis subscriptionis caracteribus insignitas.* Et in eo quod est A. MCCLXVIII. *In cuius rei testimonium litteras nostras praesentes dedimus Bulla nostra aurea roboratas, nostris caracteribus rubeis Imperialibus insignitas.* Quos quidem characteres rubeos, non *sui nominis*, uti solebant Imperatores, antequam Bullarum usus invaluisset, appellat Balduinus, sed tantum *characteres Imperiales rubeos*, id est, quos in Diplomatibus describere solebant decessores sui.

Ἅτε Μοναχικόν] Victus et captus a Turcis una cum Ursello Ioannes Ducas, Caesar, a Michaele nepote, lytro soluto, redemptus, Constantinopolim adductus est, cumque ad Propontidem pervenisset, mutata veste, positoque capillo, Monachum induit, sibi metuens a nepote ob affectatum a se Imperium, uti narrant Bryennius et Zonaras. Redacto in ordinem Michaele, cucullam exuit, et in suburbano praedio haud procul a Constantinopoli, quod Morobundi appellabant, eiusque erat, privatam et a Palatii turbis semotam vitam exegit, Botaniata sceptrum obtinente, quod diserte innuit Anna. Verebatur igitur Ioannes, ne si ad muros accederet, militum, qui urbis custodiae invigilabant, et quibus nota erat ea quam pronuper deposuerat conditio, irrisionibus et sannis traduceretur: *ἅτε τὸν μοναχικὸν οὐ πάνυ πρώην βεβλημένος ἀμφίον*, ut habet editio Hoeschelii, id est, *ut qui non multo ante Monachicum habitum induerat.* Atque hic est verus et genuinus huius loci sensus, quem frustra vir doctus sollicitat. Pag. 61. D

Τὸν Ἀββᾶν] Non Abbatem, seu *ἡγούμενον*, sed Monachum et Patrem Ioannem appellarunt et salutarunt milites. Ita lib. 15. pag. 489. Basilium Monachum, Bogomilicae Haeresis authorem, *τὸν δαιμονιώδη Ἀββᾶν* vocat Anna, id est, Pag. 62. A

πατέρα, *patrem*, quo nomine paulo ante donaverat, et compellantur vulgo Monachi, praesertim senio ac vitae sanctitate venerandi, apud Cassianum Collat. 1. etc. Sacra Constantini Imp. in Sexta Synodo, ante Act. 1. ἐκ δὲ τῶν Βυζαντίων Μοναστηρίων ἐξ ἑκάστου μοναστηρίου ἀββάδας τέσσαρας. Ubi vetus Interpres: *ab unoquoque Monasterio Monachos quatuor.* Epiphanius Hagiopolita de locis SS. ἔχει δὲ ἡ αὐτὴ μονὴ Ἀββάδας χιλίους, καὶ χίλια κέλλια. i. *Monasterium Monachos mille continet, et cellulas mille.* Ubi Morellus perperam *Abbates* vertit, perinde ac Goarus apud Theophanem in Leone II. ἐκ τῶν ἀββάδων ἐν τοῖς πρωτίστοις θρόνοις Μητροπολίτας προεβάλετο: ubi *ex Abbatibus* reddit, pro *Monachis.* Rectius Combefisius in Ioan. Damasceni Epistola ad Theophilum Imp. de Imaginibus, μήτε ἐξ ἀββᾶ κοινωνῆσαι, *nulla item ulli Monacho communione iungendos* interpretatur. Apud Suidam Ἀββᾶ est ὁ πατήρ. Aimoin. de vita S. Abbonis Abbat. Floriac. cap. 2. *Abbo*, ait, *si ultima immutetur littera, patrem sonat in Achivorum lingua.* Immo in Syriaca, ut autor est Isidorus lib. 7. Orig. cap. 13. Regula S. Ferreoli cap. 17. *Abbas, cui nomen pater est.* Eutychius Patriarcha Alexandr. in Orig. Eccl. Alex. ex versione Seldeni: *Cum vero homines audierant Episcopos vocitare Patriarcham, Abba, seu patrem, inter se dixerunt, nos Episcopum quemlibet Abba, seu Patrem appellamus: et appellant Episcopi Patriarcham Abba. Unde sane oportet, ut vocemus nos Patriarcham Papam, id est, avum, cum sit pater patrum.* Hinc qui vulgo Abbates et Archimandritae, Aimoino lib. 1. de Mirac. S. Bened. cap. 3. lib. 2. cap. 13. Adrevaldo in Hist. Translat. Corp. S. Bened. cap. 3. S. Bernardo de Vita et Morib. Relig. cap. 10. et aliis dicuntur *Patres Monasteriorum*, vel *Monachorum*; qua loquendi formula utuntur passim Regulae veteres Monasticae, S. Pachomii cap. 81. 107. S. Isidori cap. 19. etc. Papias, *Abbas, pater Monachorum, nam Abbas pater Syriace dicitur.* Concil. Meldense An. DCCCXLVI. *Talis Abbatia (quae Paternitas Latino nomine dicitur) removeatur.*

V. Nebridium a Mundelheim Antiquarii Monastici Epist. 119.

A Ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγους] Barangos, qui Malaterrae *Varingi*, *Guaranos* appellasse videtur Leo Ost. lib. 2. Chron. Cassin. cap. 58. Anna et caeteri fere ex Byzantinis Scriptores Anglos origine fuisse opinantur. Cinnamus lib. 1. de Varingis, ἔθνος δέ ἐστι τοῦτο Βρεττανικὸν Βασιλεῦσι Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν. Pachymeres MS. lib. 7. de iisdem, οἱ δὴ καὶ τῷ Ἑρρῇ ἐξ Ἐγκλίνων ὄντι συναμετέροις καὶ τρίτῳ παιδὶ εἰς φυλακὴν ἐπιτειράφετο. Consentiunt Bryennius lib. 1. cap. 20. Codinus cap. 7. Nicetas et alii. Verum

reliquias fuisse Danorum, qui ab Anglia exacti et Constantinopolim profecti operam suam Imperatoribus locarunt, ex Orderico Vitali satis superque ad Villharduinum demonstrasse arbitrer, qui quod origine Dani Angliam incoluissent, promiscue Angli et Dani, eidem Villharduino coniunctim *Anglois* et *Danois* dicti sunt. Nam Anglos, quos Will. Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Angl. cap. 13. appellat, Danos vocat Saxo Grammaticus. Prior, de Alexio Imp. verba faciens, *Multa noxia in peregrinos sacri itineris machinatus, Anglorum tamen fidem suspiciens, praecipuis familiaritatibus suis eos applicabat, amorem eorum filio transcribens.* Alter lib. 12. Hist. Danicae de eodem Alexio, qui Erici Regis Daniae per urbem Constantinopolitanam transitum suspectum habuerat, dum ille Hierosolymam tenderet An. MXCVIII. *Ad haec Danos summa a se familiaritate cultos eadem suspicionis occasione notabat, perinde ac maiorem patrii regis* (Erici) *quam stipendiorum suorum respectum acturos. Inter caeteros enim, qui Constantinopolitanae urbis stipendia merentur, Danicae vocis homines primum militiae gradum obtinent, eorumque custodia Rex salutem suam vallare consuevit.* Quae quidem non minimum praeterea firmant, quae Anna de Varingorum erga Augustos Byzantinos fidei integritate commemorat. *Dani* etiam dicuntur Alberto Aq. lib. 4. cap. 40.

Τοὺς Νεμίτζους] Ad Imperatoris custodiam adhibitos B
Nemitzos testatur etiam Scylitzes in Romano Diogene. Guibertus Alexii defectionem describens lib. 1. de Gest. Dei cap. 4. *Sed cum de Officialibus Palatii sub Principe, qui, nisi fallor,* (fallitur dubio procul) *Michael vocabatur, esset, et cuidam portioni plurimae Occidentalium militum praeesset, quos excellentiores apud Graecum Imperatorem, et ad eius custodiam magis contiguos ingenita eorum probitas fecit, collecta ex subiectis militibus audacia, novas res contra ipsum Principem moliri coepit.* Natione Celtas fuisse Nemitzos scribit Zonaras, quo vocabulo non modo Galli, sed et Germani intelliguntur. Verum Nemitzos Germanis adscribit Leunclavius ad Glycam, aitque sic appellari Theutones, Slavorum lingua, et in Pand. Turc. cap. 63. ubi de Nemitzis haec observat: *Habuerunt*, inquit, *vicinos Daci Germanos, puta Quados, Gothos, Gepidas, in quorum agro, qui nunc Cepisiensis dicitur, incolae praesertim Casemarco vicini, se Nemetsassios nominant, voce de Nemetis (sic Ungari Germanos appellant, ut Wenedae nationes Nemitzos) et Sassiis composita, quae Sassios, seu Saxones Germanicos significat.* Quam viri doctissimi de Nemetzis sententiam fulcit Conradus Abbas Usperg. scribens, Alexium Alemannorum ope Imperium occupasse: *Hic est*

perfidus ille Alexius, qui domino suo Nicephoro per quorumdam Alemannorum conductitiorum auxilium depulso Imperium eius usurpavit. Germanos vero ad custodiam Imperatorum longe ante haec tempora fuisse delectos docet Lampridius in Alexandro Severo, quibus *Scurrarum* nomen tribuit, de qua voce multa habet Salmasius. Urbem *Nemetzi* dictam, quod a Nemetzis condita esset, circa Bohemiam statuit Dithmarus lib. 7. pag. 101.

B *Ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντες*] Nicetas de Varangis, *οἳ κατωμαδὸν τοὺς ἑτεροστόμους πελέκεις ἀνέχουσιν.* Secures inter arma bellica, quorum in praeliis usus fuit, reponunt Tactici omnes. Harum aliae ancipites habebant altera ex parte aciem velut Spathae, aut ensis, ex altera velut hastae cuspidem. Leo in Tact. cap. 5. §. 3. *Ἕτερα τζικούρια ἀμφίστομα, ἐφ' ἑνὸς μέρους οἱονεὶ σπαθίον, ἐπὶ δὲ ἕτερον οἷον ξίφος κονταρίου.* cap. 6. §. 11. *τζικούριον δίστομον, τὸ ἓν στόμα τάξιν σπαθίου ἐπίμηκες καὶ τὸ ἕτερον τάξιν ξίφους κονταρίου, μακρὸν καὶ ὀξύ.* Eadem habet §. 25. et Constantin. in Tact. pag. 10. Alterum securis genus describitur a Leone cap. 6. §. 25. *τζικούρια ἕτερα, ἔχοντα τὸ μὲν στόμα κοπτὸν, τὸ δὲ ἕτερον στρογγύλον.* Eiusmodi securim *ἡμιπέλεκκαν* vocabant Graeci, *τὸ ἥμισυ τοῦ πελέκεως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μόνον μέρους ἔχον ἀκμὴν, ὃ καὶ δεξιράλιον καλοῦσι,* ut est apud veterem Homeri Interpretem. Qua quidem *Dextralis* voce hac notione utitur Victor Uticens. lib. 1. de Persecut. Vandal. *Certatim ictibus Dextralium aditum reserabant.* De tertia denique securis specie haec ibidem subdit Leo: *Ἕτερα τζικούρια δίστομα, τάξιν πελεκίων.* Prima ex his, a nostris *bisacuta* vulgo dicitur, quod esset *ἀμφίστομος*, seu *δίστομος*, id est, ex utraque parte haberet aciem. *Ῥομφαίαν δίστομον* in Apocalypsi cap. 1. *gladium bis acutum* vertit D. Hieronym. Epist. 1. Willelm. Brito lib. 2. Philip.

Nunc clava caput, nunc vero bipennis
Excerebrat, sed nec bisacuta, sudisve, vel hasta,
Otia vel gladius ducit.

Eodem libro,

Ascia dum dextris, bisacuta securis, et ensis
Fulminat.

Et inter Poetas nostrates ille qui vixit an. MCCCLXXVI.

Trop bien fesoit la besaguë,
Qui est par les deux becs aiguë.

Alter,

A la grant besaguë que le vieillart porta,
Le conneut maintenant, cele part aprocha.

At secures Danicae, cuiusmodi affinguntur Varangis, *ἑτερόστο-*

μοι fuerunt, hoc est, una tantum parte acie instructae, ut illae quae apud Leonem dicuntur habuisse *στόμα*, alterum *κοπτὸν*, alterum *στρογγύλον*. Deferebant vero Dani secures suas in humero sinistro, ut autor est Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gest. Angl. cap. 12. *Securim Danicam in humero sinistro, hastile ferreum dextra manu gestantes*, et Rogerus Hovedenus pag. 439. *Danicam securim auro argentoque redimitam in sinistro humero pendentem.* His quemadmodum in praeliis uterentur, indicat Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. part. 3. cap. 10. *Securibus quoque amplis fabrili diligentia optime chalybatis, quos a Norwagiensibus et Ostmannis sunt mutuati* (utuntur Hiberni,) *una tantum manu, et non ambabus in securi percutiunt, pollice desuper manubrium in longum extenso, ictumque regente, a quo non galea caput in collum erecta, nec reliquum corpus ferrea loricae tricatura tuetur.* A Danis igitur eiusmodi secures accepere Angli, Scoti et Hiberni: unde et *Anglicas* vocat idem Malmesburiensis lib. 3. pag. 98. *Scoticas* Thomas Walsingh. p. 105.

Ἡγεμόνα τῶν Νεμίτζων] Qui infra Gilpractus nomina- C
tur. Hic nescio quem Flandrensem comminiscitur Ordericus Vitalis lib. 7. *Per Raimundum Flandrensem, qui praecipuus custos et ianitor Urbis erat, consulto civium patefacta est.*

Χρησιμεῖον σκεῦος] Vas scilicet in quo asservabatur D
sacrum Encaustum ex murice aut Cinnabari confectum, seu liquor purpureus, quo Imperatores Bullas et Epistolas subscribebant: quod quidem aureum et gemmis distinctum depingit Nicetas in Manuele lib. 3. N. 4. *δοχεῖον ἐρυθροδάνου διάλιθον χρύσεον. Calamarium aureum margaritis et pretiosissimis gemmis insignitum* dixit Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cassin. cap. 13. idque cum caniculi formam effigiemque praeferret, inquit Alamannus, ob id *Caniculus* est appellatum, et a Caniculo erat, qui Caesari eiusmodi vas purpuramentarium ministrabat. Sed de Caniclino plura nos infra ad pag. 338.

Ἡ δὲ ἡμέρα πέμπτη] Capta est Constantinopolis ab Pag. 64. A
Alex. An. a Mundo condito iuxta Graecos, VI. M. DLXXXIX. Christi, MLXXXI. Indict. IV. I. April. Feria V. Maioris Hebdomadae. Eusebius Pamphili in Brasilico de Alexio: *οὗτος ἦρξε τῆς βασιλείας ἀπὸ τοῦ ϛφπϑ'. ἔτους, Ἰνδικτιῶνος δ', καὶ μηνὸς Ἀπριλλίου α', τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, ὅτε καὶ ἡ ἀρπαγὴ γέγονε.* Atque hinc supplenda littera numeralis *α'* apud Annam post vocem *Ἀπριλλίου*. Vide pag. 295.

Διὰ τῆς Χαρσίου πύλης] Porta Charsiae una fuit e B
Mediterraneis, ita nuncupata a Charsia Venetae Factionis Duce, qui Theodosio Iuniore imperante murorum urbis instauratore, una cum Eulampio Prasinae Factionis principe

aedificandorum moenium curam suscepit, ut est apud Codinum in Orig. CP. Occurrit Charsiana Porta apud Theophanem et Cedrenum in Apsimaro et Rhinotmeto, Nicetam in Isaac. lib. 1. N. 6. Paulum Diac. lib. 20. 22. et 24. Hist. Misc. Pachymerem lib. 10. cap. 8. Cantacuz. lib. 3. cap. 85. Ducam cap. 37. et 39. et alios. Eamdem putat Leunclavius, quae ultimis temporibus et ante expugnatam a Turcis Constantinopolim *Caligarea* appellata fuit a caligariis, sive sutoribus ad hanc Portam habitantibus. Qui quidem locus idem etiam forte qui *Τζαγγάρια* apud Theophanem de seditione Victoriatorum scribentem; *Τζάγγαι* enim calcei sunt, seu cothurni, ut pridem monuerunt viri docti. De Caligariis Contantinopolitanis agit Benjaminus Tudelensis, ubi de Constantinopoli.

B *Μὴ Ἐκκλησιῶν*] Guilielmus Apuliensis lib. 4.

Regni sede senex hac tempestate repulsus
Praedictus fuerat, bellator Alexius illum
Expulit iratus, quia non iniuria fratris
Propter eum dimissa fuit, qui viribus auxit
Imperium totis, tot nactus ab hoste triumphos.
Omnibus Imperii Legionibus huic comitato,
Praesidiis vacua facilis labor urbe reperta
Est superare senem. Fit monachus ille coactus.
Depraedanda tribus datur urbs invasa diebus,
Dux quibus extiterat, manibus quoque Sancta nefandis
Atroces per se loca non violare verentur.

Vide Leonem Ost. lib. 3. cap. 54. et Annam lib. 3. pag. 80. 81.

D *Σπαθάριός τις*] A spatha Spatharii dicti. Est autem spatha maior gladius Vegetio lib. 2. cap. 15. qualem Carolo M. tribuit Monachus Sangall. lib. 1. cap. 26. lib. 2. cap. 11. 17. 19. et 23. Spathariorum vero in Palatio officium erat Imperatorii corporis custodia, ad quod admissi tantum nobiliores; unde *gloriosi Spatharii* dicuntur Alcuino Epist. 111. crebroque ab Imperatoribus ad Principes Legati missi in Annal. Franc. An. DCCCII. DCCCXI. etc. His praeerat *Protospatharius*, qua dignitate functus, Alexio imperante, dicitur nescio quis *Ravendinos* apud Ordericum Vitalem lib. 10. et 11. pag. 778. et 830. qui forte idem cum Radino, qui Praefectum Urbi egit, de quo Anna lib. 3. pag. 70. Diversi porro a Spathariis fuere milites, quos *Σπαθάτους* vocat Africanus de Apparatu Bell. functione praesertim. Nam Spatharii proprie dicti Palatinae custodiae addicti: Spathati vero universim milites spatha armati, seu *spatha cincti*, uti eos appellat Ennodius Epigr. 132. Iidem etiam *Spatharii*, qui aliis *Armigeri*. Sic Narses, qui Corippo *Armiger*, Marcellino Comiti et Autori Chronici Alex. *Spatharius:* et apud Anastasium in S. Martino PP. Olympii

Exarchi satelles, promiscue *Armiger* et *Spatharius* dicuntur.

Τὴν Ἀκρόπολιν] Extitit Acropolis Constantinopolitana Pag. 66. A
ad Orientem, in 1. Urbis Regione et in primo colle, e regione Scutarii, sive Damalici Promontorii, in extremo Urbis angulo, qui a Templo vicino S. Demetrii vocatur; unde *Μεγαδημήτριον ἀκρόπολιν*, seu *Acropolim S. Demetrii* appellat Ducas cap. 38. et 39. ubi olim ante instauratum Byzantium similis, si non eadem fuerat, ut autor est Xenophon et Codinus in Orig. CP. et ubi Bosporus impetu maximo ad ipsam crepidinem collis (in quo Eskisaraium, seu novum Saraium hodie positum est) in Propontidem irruit. V. Gyllium in CP. lib. 2. cap. 2. et Leuncl. cap. 139.

Μέγα Παλάτιον] Quod ea tempestate Constantinianum A
appellatum scribunt Odo de Diogilo lib. 4. et Will. Tyrius lib. 20. cap. 25. ad littus Propontidis, haud procul ab Acropoli et Sophiana Aede inaedificatum. Vide Notas nostras ad Villhard.

Γεωργίου Συκεωτοῦ] Superest etiamnum D. Georgii D
Aedes in Sycis, sive Galatino oppido, uti testatur Mart. Crusius in Not. ad Malaxum.

Τὸν οἶκον Ἰβηρίτζη] Domum Iberitzae statuit Codinus D
ad Acropolim: *ἔστι δὲ καὶ ὁ οἶκος τοῦ Τουβάκης καὶ τοῦ Ὀβηρίτζη, ὅπερ ἔχει ὁ Ἀκροπολίτης*. Scylitzes pariter, qui domum fuisse scribit Gregorae, cognomento Iberitzae, dignitate Magistri, Constantini Ducae, qui Imperium sibi asserere conatus est post Alexandri interitum soceri: *διὰ πυλίδος εἰσελθὼν τοῦ Πρωτοβεστιαρίου Μιχαὴλ, πλησίον οὔσης τῆς Ἀκροπόλεως, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Μαγίστρου Γρηγορᾶ τοῦ Ἰβηρίτζη*. Huius Gregorae meminit praeterea Leo Grammaticus in Leone, pag. 484.

Μιλίον] *Miliare aureum* in 5. Urbis regione ponit Pag. 68. A
Autor Urbis descriptionis, solus, quod sciam, qui *Miliare* dixerit, cum alii *Μίλιον* appellent. Sed hic *Μίλιον* pro foro, in quo fuit Miliaris illa Columna, accipi videtur, uti passim apud Scriptores, qui *Μιλίου* mentionem agunt, quod *ἀγορὰν τοῦ Μιλίου* vocat Autor incertus in Leone Bardae filio. Illud esse quod Augustaeum nuncupatur et in eadem regione, qua Miliare, collocatur, censet Gyllius. Sane Augustaeum, seu Augusteonem, forum ita dictum et Miliare vicina fuisse, nec procul a Sophiana Aede, testatur Nicetas in Alex. Man. F. cap. 6. et in Isaac. et Alex. cap. 2. In Milio suspensa rebellium capita scribunt non semel Theophanes, S. Nicephorus, Paulus Diac. et alii. In eo etiam varias Aedes extructas autor est Cedrenus, Codinus, et unde evidens est non semper

Μίλιον pro ipsis Milii, seu Miliaris fornicibus, de quibus passim Scriptores, accipi debere. Extitit porro *Μίλιον* ante instauratum Byzantium, ut docemur ex Hesychio Milesio.

A *Πατριάρχης*] Cosmas.

C *Τὴν τοῖς Βασιλεῦσι πρέπουσαν στολὴν*] Illam forte, quam *καθημερινὴν* vocat Codinus de Off. Aulae CP. cap. 6. N. 44. seu quotidianum Imperatoris amictum, quo ille induebatur extra statas caeremonias et dies solennes, non forma, sed ornatus opulentia diversum. Id enim arguit quod mox subdit, avulsa a Borilo brachiorum illa ornamenta margaritis intexta, quae solius Augusti erant, et inter Imperatorios ornatus conspiciuntur in Bulla Aurea Balduini II. Imp. cuius *ἔκτυπον* in Observationibus ad Villhard. a nobis repraesentatum, hoc rursum loco proponendum curavimus [vide tab. II.], tum ut cuiusmodi hac tempestate fuerint vestes Imperatoriae, tum etiam illa brachiorum ornamenta attentius Lector inspiciat; ubi in quolibet brachio binas armillas, seu ut a Prisciano, Isidoro et Anastasio Bibl. appellantur, *Brachialia* advertere est. Prior namque armilla eam brachii partem, qua humeris illud connectitur, occupat; cuius forte generis fuere armillae, quas viri militares, ab Imperatoribus et Ducibus in rerum bene gestarum praemium acceptas, deferebant, sic dictae, inquit Festus, quod *antiqui humeros cum brachiis armos* vocarent. Ebrardus de Bethunia in Graecismo:

Annulus est manuum, sunt armillae scapularum,
Atque perichelides exornant brachia nymphis.

Willelmus Brito in Vocabulario, *armillae sunt proprie ornamenta armorum.* Armilla altera inferiorem exornat brachii partem; utraque latioris segmenti instar, margaritis intextis distincta, quod armillis vulgo tribuitur: armillas enim latius extendi annotat Hugucio. Sic Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gest. Angl. cap. 12. binas in unoquoque brachio armillas tribuit Anglis militibus, quos ad Hardeknutum Regem misit Godwinus: *ratem auro rostratam, habentem* LXXX. *milites, qui haberent in brachiis singulis armillas duas, unamquamque* XVI. *unciarum auri.* Eadem habent Florentius Wigorn. et Rogerus Hoved. atque haec brachiorum ornamenta, ut caeteros regios ornatus et vestitus, quod non semel monemus, accepisse videntur Byzantini Augusti a Persis, apud quos in usu illa fuisse, praeter Ammianum lib. 23. extremo, testatur Xenophon lib. 6. de Instit. Cyri, dum Abradatae, ad praelium sese adornantis, armaturam describit: *προσφέρει αὐτῷ ἡ Πάνθεια χρυσοῦν κράνος καὶ περιβραχιόνια καὶ ψέλλια πλατέα περὶ τοὺς κάρπους τῶν χειρῶν.* Nam per *περιβραχιόνια* videtur intellexisse armillam, quae

superiorem brachii partem oxornabat: per *ψέλλια* vero, quae etiam *πλατέα*, seu latiora, fuisse ait, inferiorem. Sed et apud Theophanem anno XVII. Heraclii legimus post fusum et profligatum Rhazatem, Chosroae Persarum Regis exercitus Ducem, in eius castris invenisse Graecos, seu Romanos, enses plurimos, zonas auro distinctas, clypeum et thoracem Rhazatis, ex auro solido conflatos, praeterea *τὰ βραχιόλια αὐτοῦ*; quo loco Cedrenus *βραχιόνια* habet, quam vocem eadem notione usurpat Achmes *Ὀνειροκρ.* cap. 127. et Ioan. Tzetzes Chil. x. cap. 318. cum ait brachialibus brachia sua exornasse Pannones:

Καὶ πήχεις δὲ στολίζουσι τοὺς ἑαυτῶν ὁμοίως
Βραχιονίοις σιδηροῖς, χαλκοῖς καὶ ἐλένοις.
Ἐνίοτε ὀστάριά τινα ἀστραγαλώδη,
Καὶ ἕτερα τοιαῦτα δὲ δίκην βραχιονίων,
Δεσμοῖς τισι συνδήσαντες βραχίονας φοροῦσιν.

Sed et observo *Brachionarium* vocari *ψέλιον ἀνδρὸς* in Gloss. Graecolat. Porro veterum Augustorum brachiis aptatas armillas, testatur Lucifer Calaritanus lib. de Non parcendo in Deum delinq. ad Constantium scribens, ad quem Legatus a Liberio Papa missus fuerat, pag. 292. *Debemus vereri Regni tui diadema, inaurem etiam, et dextrocheria: debemus insignes quas esse censes vestes tuas honorare et despicere verum creatorem atque rectorem? Dextrale* autem et *Dextrocherium* idem esse pridem docuit Salmasius ad Capitolinum. Armillas etiam inter Imperatorios ornatus habuere Germanici Augusti, quos illi, (ut Byzantini a Persis) a Francis mutuo accepere. Witikindus lib. 2. Gest. Saxonic. describens Inaugurationem Othonis Magni: *Procedit*, inquit, *Pontifex cum Rege, tunica stricta more Francorum induto, pone altare, super quod insignia regalia erant, gladius cum balthco, chlamys cum armillis, baculus cum sceptro et diademate.* Ubi observandum chlamydem armillis coniungi, quod eius quodammodo pars essent, et cum chlamyde ad brachia aptarentur. Dixi a Francis Germanos eiusmodi accepisse armillas, quod satis testatur Witikindus, qui Othonem *more Francorum*, nempe decessorum ex Francica gente Augustorum, vestitum depingit. Adde quod *aureas armillas* Francis tribuit Gregor. Turon. lib. 2. Hist. Franc. cap. 42. *Brachialia aurea*, S. Audoenus in Vita S. Eligii lib. 1. cap. 10. Idem Scriptor lib. 2. cap. 39. de Bathilde Regina: *nec praeter brachiles aureos super se quidquam ornamentorum reliquit.* Ubi editio Du Chesniana, *nihil praeter manicas retinens.* Erant igitur brachialia et manicae Bathildis inter ornamenta regia. Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 13. *Similiter accedens ad Cellam S. Iumeris,*

Tom. 3. Spicil.

Tom. 1. Hist. Fr. pag. 634.

die uno quo se ornabat felix Regina, composito sermone ut loquar barbaro, stapionem, camisas, manicas, cofeas, fibulas, cuncta auro, quaedam gemmis exornata per circulum sibi profutura sancto tradit altari. Nec Francis duntaxat nostris pracipuum fuit armilla Regiae dignitatis insigne, sed et apud Saxonicos Britanniae Reges. Tradit enim Simeon Dunelmensis lib. 2. Histor. Eccles. Dunelm. cap. 13. Guthredum a Sancto Cuthberto *posita in brachio eius dextro armilla in regnum constitutum.* Virorum fuisse proprie armillas, pridem est cum adnotarunt Criticorum filii. Ab iis postea ad foeminas transierunt: Tertullianus de Pallio: *Armillis, quas ex virorum fortium donis ipsae quoque matronae usurpassent, omnium pudendorum conscias manus inserit.* Sed et non olim tantum, verum etiam sequioribus seculis eiusdem fuerunt formae, quae virorum, hoc est, in modum latioris segmenti, quod gemmis et lapillis, opereve phrygio adornatum brachiis adnectebatur. Papias, *Dextralia, Brachialia, genus ornamenti commune viris et foeminis: ante manicas portantur et iunguntur cum clavo.* Quae non modicum illustrant quae habet Anonymus de Mirac. S. Fidis Virg. et Mart. cap. 5. *Arsendis, uxor Willelmi Tolosani Comitis, fratris illius Poncii, qui ab Artaldo posthaec privigno suo dolo interfectus fuit, habebat armillas aureas, vel potius, quod ad cubitum continuabantur, manicas miro opere gemmisque insignitas.* Vita S. Eligii Episc. Noviom. *Quotiens brachile aureum, pugnam (pungam) quoque auro gemmisque comptam sibi subripuit, ut miseris subveniret?*

Hoepping. de Insig. pag. 98.

IN LIBRUM III. ALEXIADIS NOTAE.

Pag. 70. A *ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ τῶν Σεκρέτων*] Hac etiam functum dignitate Gregorium Camaterum, Alexio imperante, autor est Nicetas in Ioanne cap. 3. Logothetas plures fuisse in Palatio Constantinopolitano, pridem observarunt viri docti. Logothetam vero qui ab Anna *τῶν Σεκρέτων* indigitatur, eum putant Wolfius, Meursius, Salmasius ad Vopiscum et Goarus, quem idem Nicetas in Man. lib. 7. cap. 1. Cancellario aequiparat: quod secus se habet. Cancellarii enim dignitas convenit Logothetae *τοῦ δρόμου*, qui a Nicephoro Patriarcha CP. dicitur *ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις διακομίζων*, quique Edicta et Aureas Imperatorum Bullas subscribebat, ut ex Novellis aliquot Manuelis Comneni apud Car. Labbeum colligi datur: et quem eo nomine Bullarium et Caniculum servasse ostendemus ad pag. 338. At Logotheta Secretorum quis fuerit, quodve eius munus, satis indicat

idem Nicetas in Isaac. lib. 3. cap. 5. de Theodoro Castamonita scribens, cui rerum summam Isaacius Imperator tradiderat: *ἦν δ' οὗτος περὶ πραγμάτων ἐγχείρησιν καὶ μάλιστα περὶ τὰς δημοσίας συνεισφορὰς δεξιώτατος καὶ λόγων σοφωτέρων μέτοχος, ὃν καὶ Λογοθέτην τῶν Σεκρέτων προβαλλόμενος*, etc. Ex quibus Nicetae verbis data videtur Castamonitae dignitas Logothetae Secretorum propter usum et experientiam in re aeraria seu vectigali. Et sane studio isti operam impendisse mox prodit, cum ait Castamonitae concessisse Isaacium facultatem literis puniceis, quarum usus solius Augusti erat, *ὑποσημαίνεσθαι τοὺς τόμους δημοσίων λόγων*, id est, subscribendi libellos publicarum exactionum; *δημόσιον* enim est vectigal, quod Latini *Publicum* vulgo vocant. Gloss. Graecolat. *δημόσιον τελώνιον, Publicarium. δημοσιώνης, Publicanus.* Tribunalia vero in quibus lites de tributis et vectigalibus et de eorum immunitate pertractabantur, *δημοσιακὰ Σέκρετα* dicuntur Cedreno, ut his qui praeerat, *ὁ προκαθήμενος τῶν δημοσιακῶν δικαστηρίων*, in Novella Manuelis Comneni. Denique Scylitzae in Leone Phil. *Σέκρετον τοῦ γενικοῦ* nuncupatur tribunal, quod aliis *Σέκρετον δημοσιακόν*. Fuit enim *Γενικὸν*, Aedes Constantinopoli a Constantino M., ut ferunt, extructa, vectigalibus et tributis recondendis, ut autor est Codinus in Orig. ab Isaacio Angelo demum eversa et destructa. Huius Secreti Praeses *Λογοθέτης γενικὸς*, seu *τοῦ γενικοῦ* dicitur eidem Codino, Constantino in Basilio, Gregorae lib. 7. et aliis. Nicephorus CP. *καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστὴν, ὃν Λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια.* Interdum simpliciter *Γενικὸς* apud Suidam in Anastasio, Scylitzem in Basil. Maced. Leonem Nov. 44. etc. Inde *Logothesium Generale* apud Paul. Diac. lib. 19. Hist. Misc. Est igitur Logotheta *τοῦ Γενικοῦ*, qui promiscue Scriptoribus *Λογοθέτης τῶν Σεκρέτων* appellatur, nempe subaudita voce *δημοσιακῶν*, eratque praecipuus istius Tribunalis Iudex. Hinc Nicetas Choniates in librorum suorum Epigraphe dicitur obiisse officium *τοῦ Μεγάλου Λογοθέτου τῶν Σεκρέτων καὶ ἐπὶ κρίσεων τοῦ Γενικοῦ.*

Ῥαδηνός] Radenorum illustris fuit Constantinopoli familia, ut autor est Scylitzes pag. 723. et Nicetas in Alex. Ang. lib. 3. N. 1. V. Notata ad pag. 64. A

Ἐς τὴν τοῦ Περιβλέπτου μονήν] Monasterium Deiparae sacrum, a Romano Argyro Imp. extructum, ut habent Zonaras, Scylitzes, Glycas et Manasses, cuius haec sunt: A

Ὃς ἄγαν μεγαλοπρεπῶς τῇ Θεοτόκῳ κόρῃ
Ἀνεδομήσατο Μονὴν, ἣ Περίβλεπτος κλῆσις.

Ad maritimos Urbis muros extitisse indicat praeter Annam

Gregoras lib. 7. *καὶ ἀπελθὼν οἰκητήριον τὸ πρὸς θάλασσαν τετραμμένον μέρος τῆς Περιβλέπτου Μονῆς.* ad locum nuncupatum Sigma statuit Scylitzes in Michaele Calaph. Zonaras ab ipso Botaniata ita instauratum scribit, ut secundus ab Argyro eius conditor habitus sit. In eo humatus Argyrus, ut autor est Scylitzes et Glycas: in eo etiam plurimae olim et variae extitere Sanctorum reliquiae, e quibus fuit caput D. Clementis Papae et Martyris, quod capta a Francis Constantinopoli ad Cluniacense Monasterium delatum tradit Rostangnus Monachus, et corpus S. Pauli primi Heremitae, quod Iacobus Lanzuolus Venetias in Ecclesiam S. Iuliani transtulit An. MCCXL. ut est apud Sansovinum in Venet. lib. 2. In id denique Manuel Palaeologus Imper. sub vitae exitum concessit, ut refert Ducas cap. 28. Adhuc stare aiunt, Armeniorum Sacris dicatum, et a Graecis *Suluna* vulgo appellari scribit Leunclavius in Pand. cap. 51. Fit praeterea istius Monasterii mentio apud Nicetam in Andronic. lib. 2. cap. 9. Pachymer. lib. 5. et 13. cap. 15. Phranzem lib. 1. cap. 39. Codin. de Offic. cap. 15. N. 6. Leon. Allat. lib. 2. de Eccl. Occid. et Orient. perp. consens. cap. 12. etc.

Pag. 71. A *Καὶ τοῦ Ἀγγελικοῦ*] S. Nicephorus CP. *καὶ δὴ ἀγγελικὸν δὴ τοῦτο καὶ τὸ ἀποστολικὸν τοῦ μοναχικοῦ βίου σχῆμα.* Bryennius lib. 1. N. 5. *τῆς ἁλουργίδος τὸ ἀγγελικὸν ἀνταλλαξάμενος σχῆμα.* Adde Vitam S. Eupraxiae Virg. cap. 10. Ita Monachicum habitum vocant Graeci Scriptores passim, ut vitam et conversationem Monasticam *Ἀγγελικὴν πολιτείαν* Gregorius Theologus Orat. in sanctum Baptisma et Euchologium Graecorum: *διαγωγὴν ἀγγελικὴν* Basilius in Ascetic. *ἀγγέλων δίαιταν*, Ignatius Diac. in Vita S. Nicephori Patr. CP. cap. 12. *Angelicam vitam*, Petrus Damian. lib. 6. Ep. 4. quia *quod Angeli semper agunt in coelis, hoc Fratres iugiter faciunt in Ecclesiis*, seu Monasteriis, ut ait Autor Vitae S. Vedasti N. 1. apud Bolandum: vel ut D. Augustinus lib. de Sancta Virginitate cap. 13. quia *Virginalis integritas et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas Angelica portio est* etc. Eodem loquendi modo usi sunt etiam interdum Latini Scriptores; Anonymus in Vita S. Pauli Virdun. cap. 2. N. 5. *Votis itaque omnium, cum benedictione Patris Monasterii, Angelicum Monachi schema induitur.* Florentius Wigorn. An. MXXCIV. *Quia finem vitae suae aspiciebat, tacito induebat se Angelicam vestem.* Cardinalis Ruthenensis in Epist. de ultima expugnatione CP. Tom. 8. Spicileg. Acher. *Omnes vos, qui Deo perfecte dedicati habitum Angelicum vitae Monasticae estis induti* etc. Quemadmodum autem Angeli *Οὐ-*

ρανοπολῖται vulgo a Graecis appellantur, a Latinis vero *Caelicolae*, ut est in veteri Glossario Latino-Arabico apud Scaligerum in Proleg. ad libr. de Emendat. Temp., ita Monachi Davidi Monacho *ἐν τοῖς ὄρεσιν οὐρανοπολῖται*, et Pachymeri lib. 4. cap. 27. *οὐρανοπολῖται ἐπίγειοι.* Braulioni Caesaraugustano in Vita S. Aemiliani Cucullati cap. 12. SS. Antonius et Martinus *Caelicolae* dicuntur. Metaphrastes, seu Author Vitae S. Theophanis Sigrian. cap. 14. *καταλαμβάνει πάλιν ὁ μακάριος τὸ παρ' αὐτοῦ νεουργηθὲν οὐρανομίμητον μοναστήριον.* Vide D. August. lib. 10. de Civit. Dei cap. 10.

Ἡ τοῦ κρέως ἀποχή] Abstinebant enim ab esu carnium Monachi San-Basiliani. Vide Nicet. in Manu. lib. 4. cap. 6. B

Γαμβρόν] Cum utroque nempe Comneno, Isaacio et Alexio, necessitudinem habebat Maria Augusta. Isaacius enim Mariae cognatam uxorem duxerat; Alexius vero adoptionis iure habebatur illius filius. Quippe adoptione etiam honoraria et spirituali contrahebatur affinitas, uti ex Senatore lib. 8. Ep. 1. ostendi in Dissert. 23. ad Ioinvillam, et ipsamet Anna lib. 10. satis indicat, ubi de pseudodiogene agit. Sed nec proinde Maria Isaacii socrus fuit, sed affinis. *Γαμβρὸς* namque non semper generum significat, saepe affinem, inquit Budaeus, ut apud Latinos vocem *Gener* passim usurpari constat, Witikindum lib. 1. et 2. Gest. Saxon. non semel, Arnoldum Lubec. lib. 2. cap. 41. lib. 3. cap. 1. Malaterram lib. 2. cap. 23. et alios passim. Vide pag. 273. 276. C

Ἕβδομον χρόνον] *Χρόνος* pro *Annus*: crebro utuntur Scriptores Byzantini. Chron. Alexandr. An. 42. Theodos. Iuni. *ἐκράτησαν γὰρ δύο ἀρχὰς ἐπὶ χρόνους τέσσαρας.* Anastasius Patr. Antioch. Orat. in Annuntiat. Deip. *ὁ δὲ καὶ ἐκ πατέρων παρέλαβεν ἀρχὴν εἰδέναι χρόνον τὸν μῆνα τοῦτον* etc. Constant. Manasses, C

Καὶ χρόνους ἐχολόβωσε πρὸς τοὺς δέκα.

Extat Nicephori Xantopuli opus cum hac Epigraphe: *Σύνοψις τῶν ἁγίων χρόνου.* Vide Glossographos.

Καὶ λάμποντες] Vel ex hoc Annae loco patet minime a Botaniata post actum in ordinem Michaelem ademptos Constantino eius filio oculos, quod perperam tradit Ordericus Vitalis lib. 7. pag. 640. ut nec ab Alexio in Monasterium S. Cyri translatum Constantinum, ubi *ut mundo inutilis monachus factus sit, omnique vita sua cum servis Dei commoratus sit:* quod sequentia satis declarant.

Εἰς τὸ ὑπερκείμενον] Superius Palatium, seu potius Magni Palatii triclinium, ita appellatum respectu inferioris, cuius hoc loco meminit Anna: *τὰ ὑπερκείμενα τῶν ἀνακτόρων* eidem Annae lib. 14. pag. 443. *τὰ παλάτια τὰ ἐπάνω* Pag. 72. C

Codino in Orig. pag. 50. *supereminens regia* Willelmo Tyrio lib. 20. cap. 25. quod scilicet ea Palatii pars in tumulo mare attingenti in altitudinem circiter centum passuum edito, ut autor est Gyllius lib. 1. Descr. CP. cap. 7. extructa esset. Huius conditorem Nicephorum Phocam fuisse censet Rhamnusius, quod eam Palatii partem, quam immodicis impensis muris cinxisse et novis operibus muniisse Phocam narrant Zonaras et Scylitzes, ad Bucoleontem statuere videatur Nicetas in Manuele lib. 3. N. 4. Cui sententiae favet loci situs editior et munitionibus aptus, adeo ut palam a Byzantinis Acropolis et Tyrannorum nidus pars haec Palatii appellaretur. Certe *Constantinopolitanum Palatium non pulchritudine solum, verum etiam fortitudine omnibus quas unquam viderit munitionibus praestitisse* tradit Luithprandus lib. 5. cap. 9. Unde non mirum, si *Castellum* non semel dicitur Villharduino, quod Castri potius quam Palatii formam praeferret. Sed aliter de Bucoleontis Palatii conditore scribit Codin. in Orig. Lambecianis, qui illud Theodosio Iun. adscribit: *τὰ ἐπάνω τοῦ τείχους παλάτια τοῦ Βουκολέοντος ὁ Μικρὸς ἀνήγειρε Θεοδόσιος.*

C *Βουκολέων*] Anna lib. 7. de Porphyrae triclinio, *ἀφορῶν μὲν ὡς πρὸς θάλατταν πρὸς τὸν λιμένα, οὗπερ οἱ πέτρινοι βόες καὶ οἱ λέοντες.* Scylitzes in Leone Armenio, *εἰς τόπον ἐρχομένη, ἐν ᾧ βοῦς τε καὶ λέων ἵδρυνται λίθινοι· κἀκ τούτων ἔχει τὴν προσηγορίαν ὁ τόπος, Βουκολέων ὀνομαζόμενος.* Zonaras in Niceph. Phoca, *Βουκολέων ὁ τόπος ὠνόμασται, ὅτι λίθινος λέων λελάξευτο ἐν αὐτῷ, βοὸς ἐπιβεβηκὼς ὁμοίου καὶ τῷ εὐωνύμῳ ποδὶ κατέχων τὸ κέρας αὐτοῦ καὶ περιστρέφων τὴν αὐχένα τὴν τοῦ βοός.* Quae non parum illustrant quae hic ab Anna de Leonis et Bovis invicem colluctantium lapideis vel marmoreis statuis enarrantur; de quibus egisse Will. Tyrium lib. 20. cap. 25. et Gyllium in CP. lib. 1. cap. 7. monuimus in Notis ad Villhard. N. 123. Hinc patet Rigordum An. MCCV. Innocentium III. Papam lib. 15. Ep. 33. perperam *Buccam Leonis*, et Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 1. *Os Leonis* Palatium Bucoleontis nuncupasse, cum a bove et leone, quasi *βοῦς καὶ λέων* dictum sit, non vero a bucca aut ore leonis. *Bouchelyon* dixit etiam Villharduinus.

C *Λιμήν*] A Palatio vicino, seu potius a stantibus in ipso littore bovis et leonis statuis Bucoleontis portus appellatus est. Nicetas in Manuele lib. 7. *ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Βουκολέοντα λιμένος ἐν τῷ φάρῳ τοῦ παλατίου νεὼν ἀνήγαγε.* Scylitzes, *τὸ τοῦ παλατίου νεώριον ἐν τῷ Βουκολέοντι. Βουκολέων* simpliciter dicitur apud Leonem Grammat. in Leone et Constantino pag. 479. 484. et 494. interdum ab ipsa

Regia, seu Palatio *λιμὴν τοῦ παλατίου* Scylitzae in Nicephoro, *λιμὴν περὶ τὰ ἀνάκτορα* Zonarae in Theophilo *βασιλικὸν νεώριον* Pachymeri lib. 5., *Portulus Imperatoris* Bondelmontio. Ad hunc portum e Palatio patebat descensus, qui Nicetae in Alexio lib. 3. *ἀποβάθρα τοῦ Βασιλέως* nuncupatur, et a Willelmo Tyrio lib. 20. cap. 25. graphice describitur. Primitus vero et ante receptam Bucoleontis appellationem *Novus Portus* dictus fuit, ut est in veteri Urbis Descriptione, et *Portus Iuliani* de nomine Iuliani Parabatae Imperatoris, a quo extructum fuisse scribit Zosimus lib. 3. et Lex 5. Cod. de Calcis Coctorib. ab Anastasio Dicoro purgatum et mole lapidum tutiorem effectum tradunt Marcellinus Comes et Suidas in Anastasio. Iustinianaeum appellatum de nomine Iustiniani Imperatoris, qui hic antequam imperaret, habitabat, autor est Alamannus ex veteri Scriptore. Domus vero Iustiniani extitit eo loci, ubi extructa postea Aedes SS. Sergii et Bacchi, iuxta Portum Iuliani. Tandem Iustinus Iunior denuo purgatum de nomine uxoris Sophiae Augustae, priori abrogata appellatione, *Sophiae Portum* nuncupari voluit, ut pluribus narrant Zonaras, Cedrenus, Glycas et Codinus. Describi a Corippo lib. 1. de Laudib. eiusdem Iustini, cum agit de Palatio Sophianarum in opposito Asiatico littore aedificato, facile concedet, quisquis Urbis Constantinopolitanae Descriptionem, quam ex Bondelmontio damus, serio intuebitur:

Pars prospicit una
Immensum pelagus, pars prospicit altera pontum:
Pontum quem geminae complexant brachia ripae,
Moenibus adpositis rapidos contemnere ventos
Et faciunt praebentque solum statione quietum,
Aequoreos frangunt obiecto marmore fluctus,
Et prohibent refluas angustis faucibus undas.

Hodie exaggeratum et obrutum tradit Gyllius lib. 2. cap. 15. locumque appellari *Catergalimena*, quasi portum triremium, unde Portae vicinae *Catergalimenis* nomen mansit, ut autor est Leunclavius in Pand. cap. 200.

Δι' ἐγχοριήγου] Lapides ad structuram peregre advectos C hic designari opinatur eruditus Interpres. At materiam quamdam, non lapides *ἐγχόριηγον* fuisse diserte innuit Anna lib. 11. pag. 339. dum enarrat, ut Cantacuzenus munitionem, vel si mavis, arcem ad Laodicaeam, quam obsidione cinxerat, tumultuario extruxerit: cuiusmodi arces describuntur a Leone in Tact. cap. 15, §. 67. et seq. ait enim murum *διὰ ξηρῶν λίθων*, ex rudi saxo, circulari forma, molitum in intervallo, quod arenam seu littus inter et urbis moenia adiacet: deinde intra illum ambitum arcem aliam, *ἕτερον*

πολίχνιον δι' ἐγχορήγου ὕλης continuo aedificasse. Nec discrepat Porphyrogenneta lib. de Adm. Imp. cap. 29. ubi *ἐγχόρηγα* a lateritio opere et rudi perinde ac polito et quadrato lapide distinguit: *τὸ αὐτὸ κάστρον οὔτε ἀπὸ βησάλων ἐστὶν ἐκτισμένον, οὔτε ἀπὸ ἐγχορήγου, ἀπὸ λίθων τετραδίκων.* Cum igitur *ἐγχόρηγον* neque lateritium fuerit opus neque ruderatio aut quadratum saxum, sed aliud quidpiam ab his diversum, multo videretur probabilius non exaliunde importatam, sed in ipso loco, ubi aedificatur, erutam materiam designari, qualis est ex congestis cespitibus structura, et quam locus ipse suppeditat et *χορηγεῖ* vel *ἐν χώρῳ*, seu loco ipso inventam; unde etiam accersi potest vocis etymon: nam et lapides, quos regio ipsa suppeditat, *incores*, seu *encores*, ut praefert Codex Memmianus, appellat Frontinus lib. de Coloniis; quo loco apposite Rigaltius *encores*, quasi *ἐγχωρίους*, dictos censet, indigenas scilicet, nativos, natos in ipso solo. Grammatici quippe et Agrimensores saepenumero solent Graeca barbare inflectere, quod in iis Scriptoribus passim observare est. Frontinus, *sed et lapides incores signati sunt.* Arceriana fragmenta, *alii ponunt silices, alii Tiburtinos, alii enchoros, alii peregrinos, alii autem politos et scriptos.* Quibus in locis *incores* et *encori* lapides sunt, quos idem Frontinus de Condit. agror. et Latinus *petras naturales;* Balbus *nativas;* Innocentius *lapides nativos, quod est ex ipso solo;* Mago et Vegoia *saxa ex ipso metallo* vocant, hoc est, lapides erutos et effossos ex ipsius soli fodinis: nam et *lapidum metalla* dixit Ulpianus, ut et Cassiodorus lib. 3. Epist. 9. Sic in Vitis Patrum *enchores* opponuntur peregrinis: *dixit quidam senex, quia duo fratres erant vicini, unus peregrinus, et unus enchoris.* Isidorus lib. 12. Orig. cap. 7. *aliae* (aves) *enchorae, quae manent in locis semper, ut struthio, aliae adventitiae.* Sic quippe legunt viri docti pro *incolae:* est enim *ἔγχωρος* Graecis idem quod *ἐγχώριος*. Lycophron, *θάμβος ἐγχώροις μέγας.* Ex istiusmodi lapidibus nativis, absque calce ulla aut materia simili, compactos muros ante Urbium portas refert Cinnamus lib. 4. ita ut forte lapides isti rudes et in ipso loco eruti Annae *ἐγχόρηγον* fuerint. Illius verba sunt: *ἔφθη μὲν γὰρ ὁ Λούκας ἐπί τι τῶν ἐκ λίθου πεποιημένων τειχίων πεφευγὼς, ἃ πρὸ τῶν πυλῶν εἴθισται τιτάνου ἄνευ ἤ τινος ἄλλης ἐπιχρίσεως τοὺς λειμῶνας περιζωννύειν, περισεσῶσθαι.* Ita Pachymeres lib. 2. cap. 27. *τὸν ἐπὶ τῇ πυλῇ τῆς Πηγῆς ἐκ λίθων ξηρῶν ἐπιτειχισμὸν* Constantinopoli extitisse scribit. Plerumque etiam videmus munitiones aut moles, quae ad Urbium munimenta vel oppugnationes eriguntur, ex ipsa adiacente terra, seu *ἐκ*

χώματος, ut est in Tactic. Leon. cap. 17. N. 13. excitari, quae ne concutiatur lapsu, vel iniuria temporis, cespite et ulva palustri, vel quadrato, si adsit, lapide, aut denique lateritio opere contineri solet. *Vallos* vocabant Latini muros istos cespititios, ut observatum a Salmasio ad Spartianum pag. 139. Graeci βωλεροὺς, a βῶλος, *cespes*, vnde nostrum *Bolevert* accersunt viri docti. Sic porro tradit Autor Vitae Ludovici VII. Fr. Reg. cap. 20. in Damasceno tractu propter penuriam lapidum praedia passim *interclusa fuisse muris terraceis compactis bitumine.* Eiusmodi autem fuit Portus Iuliani, seu Bucoleontis, quem χειροποιητὸν fuisse constat ex Scylitze et Glyca in Niceph. Phoca, aggesta telluris mole marmoribus subinde vestita confectus. Manufactos portus *Cothones* a Latinis appellatos autor est Festus. Sidonius in Panegyrico Anthemio dicto Portum Iuliani describens aggeres istos in mare procurrentes, materia aliunde importata, pulvere nempe Puteolano, congestos fuisse ait, quem ad structuras, quae in aqua fiebant, transferri solitum docet Vitruvius lib. 5. cap. 12.

Itur in aequor
Molibus, et veteres tellus nova contrahit undas.
Namque Dicarchaeae translatus pulvis arenae
Intratis solidatur aquis, durataque massa
Sustinet advectos peregrino in gurgite campos.

Haec quidem Sidonii quodammodo interpretis sententiam videntur firmare. Fateor tamen non plane mihi hactenus factum satis de huius vocabuli notione, adhucque haerere scrupulum, ut et in his Codini locis in Orig. CP. ἔκτισε δὲ αὐτὸς καὶ τέσσαρας ἐμβόλους ἀπὸ τοῦ Παλατίου μέχρι τῶν χερσαίων τειχῶν ἐγχορήγους θόλους. et mox, ἐποίησε καὶ γάβους ἐγχορήγους ἐπὶ πᾶσαν τὴν πόλιν. ubi ἐγχόρηγος adiectivum videtur, vocisque significatio, quam profert Salmasius ad Solinum pag. 1232. admitti potest: ait enim apud Constantinum et alios dici ἐγχορήγους parietes in orbem compositos, seu ἐν χοροῦ τάξει. In alio apud Leonem loco, in Tacticis cap. 15. §. 77. μέχρις οὗ ἐγχόρηγος αἱ κινστέρναι γένωνται, vox ἐγχόρηγος pro *capax* videtur usurpari: idque firmant Acta SS. Thyrsi et sociorum ex MS. Tholosano edita a Bolando 28. Ianu. cap. 5. N. 22. *Sylvanus dixit, capacem grossum afferte, et aqua eum complete.* Ubi alia Acta habent *tinam, vas,* aut *lebetem.* At cum hoc loco adiectivum *capax* pro ipso vase capaciori sumatur, quid vetat itidem adiectivum ἐγχόρηγον pro eo, quo muniuntur propugnacula, fossato, seu vallo a Graeculis, postmodum vero pro ea, quae ex ipsis fossis egeritur terra usurpatum existimare? Sic nempe Graeci δεξαμένην cisternam vocant, quod aquas pluviales excipiat.

D *Εἰρήνην σὺν Ἀλεξίῳ*] Imperatoribus et Imperatricibus acclamatum simul saepe legimus. In Synodo Oecum. Chalced. Act. 7. Martiano et Pulcheriae Patres acclamant. Corippus lib. 2.

Iustino vitam tercentum vocibus optant,
Augustae totidem Sophiae plebs tota reclamat,

Eodem libro:

Iustino vitam partes utraeque reclamant,
Augusto, Sophiae, votis quam pluribus orant.

Niceph. Gregoras lib. 11. *καὶ τοῖς πομπικοῖς θεάτροις τῶν πανηγυρικῶν ἑορτῶν Βασιλείου καὶ Εἰρήνης ἡ μνήμη τὴν εὐφημίαν ἐκρότει.*

Pag. 73. D *Πάτροκλον πρόφασιν*] Proverb. *ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων διὰ φόβου θρηνεῖν τὰς οἰκείας συμφορὰς, ἐξ ἑτέρων δὲ θλίψεων αὐτὰς ἀποκλαιόντων.* Diogenian. cent. 7. Apostol. cent. 15. Occurrit semel ac iterum apud Annam pag. 191. et apud Pachymerem lib. 12. cap. 13. Vide Glossar. eruditi Interpretis.

D *Νικηφόρῳ συναφθῆναι*] V. Niceph. Bryennium lib. 3. cap. 25.

Pag. 74. C *Εὐδοκίαν*] Eudociam Dalassenam, Constantini Ducae Imp. viduam. Scylitz. Zonar. Glyc.

C *Ζωῆς*] Zoes Ducaenae, Constantini Ducae Imperatoris ex eadem Eudocia filiae.

Pag. 75. A *Ξιφιλίνου*] Ioannes Xiphilinus, patria Trapezuntinus, patruus Ioannis Xiphilini, qui Dionis epitomem confecit, Michaele Duca imperante, ut ipsemet in Augusto testatur, Constantino Lichude Patriarcha extincto, in eius locum suffectus est a Constantino Duca Imperatore, vir et morum probitate et omnigenae eruditionis fama illustris. Obiit. 2. Augusti Anno Michaelis IV. Christi MLXXV. Indict. 13. seditque annos 11. menses 7. Eius Homilias aliquot edidit Gretzerus Tom. 2. de Sancta Cruce.

C *Νὴ τὸν Κοσμᾶν*] Vide Seldenum ad Marmora Arundel. pag. 151. ubi de eiusmodi iuramenti formula.

D *Τῇ Δεσποίνῃ*] *Δεσποίνας*, et *Dominas*, vel etiam *Domnas* appellatas olim Augustas observatum a Fabroto ad Theophil. lib. 2. tit. 6. §. ult. et Seldeno de Titulis honorariis 1. parte cap. 6. §. 7. Concessa etiam eadem honoraria appellatio matri Annae Dalassenae ab Alexio, et si Zonaram audimus, *τῆς Βασιλίδος* et Augustae, (quam ipsa etiam neptis Anna aviae tribuit pag. 88.) *ἡ δὲ μήτηρ τούτων παρασήμων μὴ μετασχοῦσα βασιλικῶν, διὰ τὸ ἔνδυμα μοναχικὸν, μήτε μὲν εὐφημίας καὶ ἀναρρήσεως, μόνου μετεῖχε τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος.* Idque egit Alexius Constantini M. exemplo, qui

matrem Helenam non Dominae duntaxat, sed et *Σεβαστῆς*, seu Augustae appellatione donaverat, ut autor est Sozomenus lib. 2. cap. 1. et ex eo Niceph. Callist. lib. 8. cap. 1.

Διὰ τοῦ Πατριάρχου] Nondum forte invaluerat, quod D
postmodum inductum legimus, ut Imperatrices et Augustae non a Patriarcha, sed ab Imperatoribus maritis recens coronatis coronarentur, ut autor est Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. lib. 3. cap. 82. lib. 4. cap. 4. 38. et ex Cantacuzeno Codinus de Offic. cap. 18.

Θυγάτηρ δὲ ἦν Ἀνδρονίκου] Periuri illius et perfidi, Pag. 76. D
cuius insigni proditione Romanus Diogenes Imp., cui merebat, in Turcorum potestatem venit: quem postmodum contra datam fidem effossis oculis, nec curatis vulneribus, perire coegit. V. Zonar. Scylitz. Manass. Glycam.

Ἑάλω] Ut a Saracenis captus fuerit Isaacius, pluribus Pag. 77. A
narrat Bryennius.

Τὸν Μελισσηνόν] Codinus de Offic. cap. 2. N. 2. Pag. 78. A

Τὸν Ἰσαάκιον] Ex hoc Annae loco hausit, quae habet A
dicto capite idem Codinus.

Βασιλικὸν διάδημα] Vide quae adnotamus in Dissertat. B
24. ad Ioinvillam, ubi fuse egimus de Imperatorum Constantinopolitanorum coronis.

Ὁρμαθοί τινες] *Ἐνώτια* et *κρεμαστήρια τοῦ στέμματος* C
dicuntur Achmeti cap. 248.

Ταρωνείτης] Confer Codinum de Offic. cap. 2. N. 5. C
Uxorem duxerat Michael Taronites maiorem natu sororum Alexii. Vide Stemma Comnenic.

Νικηφόρος] Vide Zonaram et Glycam. De dignitate D
et officio Magni Drungarii classis multa viri docti congesserunt, quae non exscribo.

Κοσμᾶς] Patriarchali dignitate se abdicavit ultro Cos- Pag. 79. B
mas Hierosolymitanus, quod Reipublicae administrationem improbaret, 7. Maii, quo Graeci S. Ioannis Evang. festum agunt, An. Chr. MLXXXI. cum sedisset annos V. menses VI.

Ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον] Aedis S. Ioannis Evange- B
listae in Hebdomo conditorem Constantinum M. agnoscit Codinus in Orig. Lambecianis. In eo humatum Basilium Bulgaroctonum scribunt Scylitzes, Glycas, Ioel, et Pachymeres lib. 2.

Καλλίου Μονήν] De hoc Monasterio silent caeteri B
Scriptores Byzantini, nisi illud sit, quod ab Antonio Patriarcha Constantinopolitano instauratum fuisse tradit Nicephorus Gregoras in illius vita, quam laudat Allatius in Diatriba de Simeonibus, quae sic inscribitur: *Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις Πατριάρχου ΚΠ. Ἀντωνίου, τοῦ τὴν Μονὴν τοῦ Καλέως συστη-*

σαμένου. Vetus Membrana apud Ughellum in Patriarch. Venet. N. 28. eidem Patriarchae Antonio *Abbatis Monasterii Caleos* dignitatem tribuit.

Pag. 80. A *Διὰ κινναβάρεως*] Leo Grammat. in Leone Philos. *τοῦτο καὶ πεποίηκεν ὁ Βασιλεὺς, γράψας διὰ κινναβάρεως καὶ ἀποστείλας μετὰ χρυσοβουλλίου ἔνδοθεν φαθλίου βραχέως τράκτου.* Gregorius II. PP. ad Leon. Isaur. Imp. *Cum litterae tuae, et non alienae, sigillis Imperatoriis obsignatae essent, ac accuratae intus subscriptiones per Cinnabarim propria manu tua, ut mos est Imperatoribus subscribere.*

A *Ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μονήν*] Vide et confer Zonaram. Palatium Manganorum extruxit Basilius Macedo, ut autor est Scylitzes. In interiore Philopatio statuit Nicetas, qui praeterea ab Andronico Comneno destructum refert. Vide Tract. nostrum de Cap. S. Ioann. B. cap. 8. N. 8.

Pag. 81. C *Τῆς ἱερᾶς συνόδου*] Divisa et distributa olim fuere officia Magnae Ecclesiae Constantinopolitanae in IX. Pentadas. Harum prima, Magnum Oeconomum, M. Sacellarium, M. Chartophylacem, Chartophylacem et Curatorem Sacelli continebat. Atque isti erant praecipui Patriarcharum consiliarii et assessores, solique ius habebant sedendi in Synodo cum Patriarcha: *οὗτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ Ἀρχιερέως*, ait Codinus.

Pag. 82. C *Ὑψηλότερον βίον*] Vide Zonaram pag. 234.

Pag. 83 B *Κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα*] Non sibi constat hoc loco Anna. Nam lib. 1. pag. 37. Brundusio solvisse Robertum narrat sub hyemem, sole ad Australes circulos et Capricornum vergente. Hic vero et pag. 98. Augusto mense, lib. 4. pag. 102. 105. Iulii 17. die, ea ipsa qua coronatus est Alexius Indictione IV. Vide Malaterram lib. 3. cap. 24.

Pag. 84. B *Σεκρετικῶν*] *Σεκρετικὰ πράγματα* Annae dicuntur res Iudiciales, uti recte interpretatur Possinus: *σέκρετον* enim Graecis mediae aetatis est tribunal et forum iudiciarium. Glossae Basilic. *Σέκρετον, δικαστήριον. Κονσιστόριον, βασιλικὸν σέκρετον.* Hesychius, *σέκρετον, συνέδριον.* Nicephorus CPol. processuum, seu *processionum*, (uti lites appellantur a D. Gregorio lib. 4. Indict. 13. Epist. 40.) aedem vertit: *τῶν προόδων οἴκους, ἃς Ῥωμαῖοι σέκρετα καλοῦσι. Secretum Iudicantis*, in l. 14. Cod. de fide instrum. *Iudiciale secretum* apud Ammianum lib. 15. *Secretarium* nude et simpliciter apud Severum Sulpitium lib. 3. de vita S. Martini et in l. 4. Cod. Theod. de Exact. In Anastasii Biblioth. Collectaneis *Secretarium* dicitur *locus, in quem Senatus collectus est.* SECRETARIVM. AMPLISSIMI. SENATVS. REPARATVM. In veteri Inscript. apud Gruter. CLXX. 5. et Marlianum lib. 2.

de Topogr. Urbis Romae cap. 3. Hinc *σεκρετικοὶ* in Nov. 2. Constantini Porph. et apud Annam dicti Senatores et Iudicum assessores: *σεκρετικὸν ἀξίωμα*, dignitas Curialis, seu Senatoria, in Iure Graeco-Rom.

Προεστῶτος τῶν Σεκρέτων] Quatuor potissimum Se- B
creta seu Fora civilia recenset Manuel Comn. in Nov. Primum, Magni Drungarii; Secundum, eius qui *Προκαθήμενος τῶν δημοσιακῶν δικαστηρίων* dicebatur; Tertium, *τοῦ Πρωτοσεκρέτου;* Quartum denique, *τοῦ Δικαιοδότου*. His omnibus qui praeerat *Προεστὼς τῶν Σεκρέτων* dicitur Annae. Laudat porro hunc locum Cuiacius ad tit. 7. C. de Primicer. lib. 12. Vide Notata ad pag. 157.

Κοίμησιν] Assumptionem Deiparae. Vide Gretzer. ad C
Codin.

Αὐξήσεις ῥογῶν] Roga hoc loco est honorarium, sive Pag. 85. A
donativum, quod ab Imperatore quotannis Magistratibus dabatur, sive erogabatur, (unde et vocis etymon) ut infra hoc lib. *ἡ ῥόγα τῶν δοθέντων εἴκοσι ἀξιωμάτων.* et lib. 6. *καὶ αὐτὸν τὸν Δοῦκα Βενετίας τῷ τῶν Πρωτοσεβάστων ἀξιώματι μετὰ τῆς ἀναλόγου ῥόγας ἐτίμησεν.* Quemadmodum vero eiusmodi Rogae Magistratibus ac Proceribus ab ipso Augusto distribuerentur, belle narrat Luithprandus lib. 6. Hist. cap. 5. qui id fieri solitum scribit ea Hebdomade, quae Ramos Palmarum praecedit. Sic etiam vocabant *dona annua militum*, de quibus Hincmarus de Ord. Palat. c. 22. aliave donativa, quae iisdem erogabantur ab Augustis, unde et *Augustatica* dicuntur Marcellino Comiti. Anastasius Bibl. in S. Deus dedit PP. *Et data roga militibus, pax facta est in tota Italia.* Idem in S. Severino, *Miles iste nihil exinde subventus habet, quomodo et rogae vestrae, quas* D. *Imperator vobis per vices mandavit, ibi sunt a S. viro reconditae.* Will. Tyrius lib. 18. cap. 25. *Effusa in populum civitatis, more solito, roga liberalissima.* Interdum roga pro stipendio sumitur. Hinc non semel: *Milites in roga Imperatoris, De roga Imperatoris* legimus apud Robertum Monach. lib. 2. Baldricum Dolens. et Raimundum de Agiles. V. D. Gregor. lib. 2. Indict. 2. Epist. 32. lib. 7. Indict. 2. Epist. 130.

Συνηθειῶν] *Συνήθειαι* Graecis sunt tributa, vectigalia. A
Gloss. Graecolat. *Salarium, παροχὴ, συνήθεια.* Leo in Tact. cap. 19. §. 18. *ἢ τὸ οἰονοῦν δῶρον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν ἢ τὰς λεγομένας συνηθείας.* Sic Latinis *Consuetudines* eadem notione, apud Cassiod. lib. 1. Epist. 2. lib. 3. Epist. 23. lib. 7. Epist. 2 etc. Gregor. Turon. lib. 9. cap. 30. Willel. Tyr. lib. 3. cap. 1. lib. 12. cap. 15. lib. 20. cap. 20. Anastas. in vit. PP. pag. 213. edit. Reg. et alios passim.

A *Σχιδεισμούς*] Scissiones et Rescissiones rerum iudicatarum, vel contractarum, postquam solemnibus Iuris formulis firmatae sunt, hic auguratur eruditus Interpres. Verum nemo, opinor, rem adeo iniustam in Principe iustum colente animo concipiet, ut res iudicatas solo regiae autoritatis iure contra fas rescindi velit aut sinat. Quin potius malim *σχιδεισμὸν* hoc loco esse donativorum, seu stipendiorum Magistratibus debitorum rescissionem, quam Galli vocant *retranchement de gages et d'appointemens*. Solent enim interdum Principes annua Officialium suorum stipendia propter maiores bellorum, quibus premuntur, impensas aut omnino aut ex parte rescindere. Sic ipse Alexius, ut autor est Zonaras, *στανίζων χρημάτων τάς τε τοῖς ἀξιώμασιν ἀνηκούσας ἀνέκαθεν ἐτησίας δόσεις ἐξέκοψε καὶ τὰς τῶν συγκλητικῶν οὐσίας προσαφῃρεῖτο*. Eadem habet Glycas. Sic Pachymeres lib. 11. cap. 14. narrat Andronico Seniore imperante, exhaustis Imperatoriis thesauris, ipsas Palatinis consuetas erogari rogas rescissas: *ἐπισχεθέντων πάλαι καὶ αὐτῶν δογῶν καὶ προσοδιῶν τοῖς ἐν ἀναλτώροις δουλεύουσιν, ἃ δὴ καὶ Βασιλεῖς ἐξ ἀρχαίου εἰς μισθοὺς ἐτίθουν ἀναγκαίους, τοῖς ὑπηρετουμένοις ἐκείνοις ἐξεκενοῦντο*. et lib. 12. cap. 8. *τὰ γὰρ τῶν μισθῶν τῶν κατὰ τὰ ἀνάλτορα ἐκδουλευσάντων ἐξεκενοῦντο*. Sic denique Philippus VI. Francorum Rex binis Edictis Annorum MCCCXXXVII. et MCCCXLIII. quae extant in Registris Camerae Comput. Paris. signatis *Crux*, et *Pater*. et alii deinceps, qui subsecuti sunt Reges non semel, iisdem de causis, Magistratibus annua exsolvi solita stipendia aut penitus abrogarunt, vel eorum partem fisco adiudicarunt. Quemadmodum igitur, ut rogas sive donativa augere, ita et rescindere posset, matri concessit Alexius.

Pag. 87. B *Τοὺς Δαλασσηνούς*] Extitit Dalassenorum familia Constantinopoli perillustris, ex qua recensentur *Constantinus* Patricius, quem Constantinus Imperator, Basilii frater, successorem sufficere decreverat, qui affectati postmodum Imperii reus, in Protam Insulam relegatus est a Michaele Paphlagone: *Theophanes* et *Romanus*, itidem Patricii, Constantini fratres: et Adrianus horum patruelis, de quo hoc loco Anna: praeterea *Damianus Dalassenus*, cuius filius *Theophylactus* Bulgaroctono imperante vixit: *Damianus* alter, Scopiorum Dux, sub Michaele Duca; *Theophylactus* alter, cuius meminit Nicephorus Bryennius; denique *Constantinus Dalassenus*, Thalassocrator ab Alexio dictus. Memorantur hi passim ab Anna, Zonara, Scylitze et Glyca.

B *Καὶ Χάρωνας*] Fuit enim Anna Alexii mater, Alexii Italiae Praefecti filia, cui *Χάρωνος* cognomen inditum com-

miniscitur Nicephorus Bryennius, quod quemcumque telo ille aggrederetur hostem, statim neci daret: *ᾧ καὶ τὸ ἐπώνυμον ἐκ τῆς ἀνδρείας κεκλήρωτο, οἷόν τινα γὰρ ἐναντίων βαλὼν, ἐπεὶ νεκρὸν ἀποδέδειχε, Χάρων ἐντεῦθεν ἐπωνομάσθη.* Verum ante Alexium Charonum familiam observare est apud Scylitzem: meminit enim ille Constantini cuiusdam, cognomento Charonis, qui a Nicephoro Phoca Imp. clava in caput impacta ad Charontem ipsum et ad inferos detrusus est.

Εἰς ἔρωτας ἀλόγους] Monomachum Augustum ob illi- C
citos et pudendos amores infamant passim Scriptores: vivente enim Zoe Porphyrogenita uxore, Constantini Imperatoris filia, foeminam quamdam ex nobili Sclerorum gente ortam non superduxit modo, sed eo venit amentiae, ut Augustam appellaret eique domicilium assignaret in Palatio mediusque Zoem inter et pellicem, populo spectante, sederet. De utraque intelligendus Ioannes Euchaitarum Episcopus carmine *εἰς τὸ βιβλίον τῆς Διακονίας τοῦ Τροπαιοφόρου*, quod Monomacho inscripsit:

Πιστὸς Βασιλεὺς, εὐσεβὴς, αὐτοκράτωρ,
Σεβαστὸς, ὀρθόδοξος ὁ Μονομάχος etc. Et mox:
Ἔπειτα ταῖς σαῖς πανσεβάσταις Αὐγούσταις.

Et alio carmine in eumdem:

Καὶ τὰς Αὐγούστας ὡς συνέργους λαμβάνω.

Pari insania post Zoes interitum mulierculam aliam, Alani cuiusdam Principis filiam, quae obses a patre data Constantinopoli morabatur, in Regiam induxit et Augustam appellavit. Vide Zonaram pag. 207.

Φροντιστήρια] Vide Notas ad Cinnami pag. 5. D

Ἀλεκτροφωνίας] Romani, ut autores sunt Macrobius Pag. 88. C
lib. 1. Saturn. et Censorinus de Die natali cap. 24. diem civilem a media nocte incipiebant, cuius primam partem *de media nocte*, alteram *Gallicinium*, tertiam *Conticinium*, quartam denique *Diluculum* vocabant. Tunc subit *Mane*, cum lux videtur solis. Alii noctem in septem partes dividunt: Ioannes de Ianua, *Prima pars noctis dicitur Crepusculum, secunda Conticinium, tertia Gallicinium*, (primum scilicet) *quarta Intempestum, quinta iterum Gallicinium*, (secundum nempe, quod hic *δευτέρα ἀλεκτροφωνία* dicitur) *sexta Matutinum, septima Diluculum*. Primum Gallicinium innunt hisce verbis Acta S. Thyrsi cap. 8. N. 37. *Vix primum pullus dederat cantum*. Nam *pullum* a Grammaticis pro gallo gallinaceo sumi notum ex S. Ambrosio ad Iren. *Quid in pullis? quam canora vox galli, nocturnisque vicibus solenne munus ad excitandum et canendum?* Hinc *pullus* pro gallicinio in Regula Magistri cap. 33. *In hyeme cavendum est*,

ne nocturnos pullus aut antecedat, aut deprendat. Alias *pullorum cantus* dicitur in eadem Regula, in vita S. Fursei Confess. cap. 1. N. 6. in vita S. Davidis Archiepisc. Menevensis N. 17. etc. *Pulli cantus* in Hist. Translat. S. Ioann. Abb. Reomaens. cap. 3. Quin et observatum pridem a viris doctis apud Evangelistam in MS. Bibliothecae Regiae legi, *Tertio pullo ter me negabis,* ubi lectio vulgata habet, *antequam gallus cantet, ter me negabis.* Ita apud Ammianum Marcellinum lib. 20. *pullum silentem* gallicinium interpretatur Valesius, ubi de Iuliani Inauguratione: *Impositusque scuto pedestri, et sublatius eminens pullo silente Augustus renuntiatus.* Sic enim praeferunt MSS. et editiones Romana et Florentina, non vero *nullo*, ut vulgatae. His enim verbis designavit Marcellinus *ὥραν τρίτην,* qua se Imperatorem proclamatum testatur idem Iulianus in Epist. ad Athenienses. Vide Arnob. in Psalm. pag. 382. 485. edit. Froben. vitam S. Materni Episc. Trevir. apud Bosquet. pag. 49. Heinsium ad Theocrit. id. 7. et Bourdelotium ad Heliod. lib. 1.

Pag. 89. A *Κοσμικαῖς*] Glossae Graecolat. *κοσμικὸς, secularis.* Utuntur Canones Apostol. Can. 7. Concil. Sardic. C. 7. Ephesin. parte 1. C. 30. §. 3. Chalcedon. Can. 3. 24. Harmenopulus lib. 1. tit. 3. §. 12. 13. Theophylactus Bulg. Epist. 14. Pachymeres lib. 5. et alii. *Mundialis* Victori Uticensi, Prudentio, Ioanni Diacono in vita S. Gregor. et aliquot aliis.

A *Τέμενος τῆς Θέκλας*] Quatuor potissimum D. Theclae sacrata Templa Constantinopoli, vel in Suburbanis, observo. Primum quidem Codinus de Orig. CP. a Constantino M. in loco Contario dicto extructum et Deiparae primo dicatum refert, deinde a Iustino Curopalata Imperat. in nomen S. Theclae transfusum. Alterum a Iustiniano adhuc privato ad urbis portum Ceratinum aedificatum narrat Procopius lib. 1. de Aedif. Iustin., quod idem Iustinus postmodum renovavit, ut autor est Zonaras. Tertium iuxta Galatam (nisi idem fuit cum Iustinianaeo) occurrit in Chronico S. Nicephori in Catalogo Patriarch. CP. et in Novella Iustiniani 159. ubi Portae Sycenae regionis, *τῆς ἀπαγούσης εἰς τὸ Μαρτύριον τῆς ἁγίας Θέκλας* meminit, quae potuit esse maritima porta, qua, emenso freto, ad illud ibatur. Quartum denique condidit Isaacius Comnenus ex ea quae hic ab Anna, Zonara, Scylitze et Glyca refertur occasione, intra Palatii septa, Blacherniani scilicet, ut habet idem Scylitzes, qui illud perinde ac Anna ab elegantia commendat. Verum contra reclamat Zonaras scribens Aedem istam sordidioris Isaacii parcimoniae argumentum fuisse, maiori vero et ampliori magnificentia

reaedificatam a Ioanne Alexii Imp. filio et in nomen Servatoris Iesu Christi commutatam.

Σαυρομάταις] Qui Zonarae et Scylitzae in Isaacio *Hungari* dicuntur. A

Τριαδίτζαν] Quae olim Sardica, urbs Thraciae, vel ut aliis placet, Illyrici aut Daciae, Concilio Sardicensi celebris. Vide Nicetam in Man. lib. 3. N. 1. Glycam in Const. M. Sirmond. ad Sidon. Paneg. Anthem. et Carolum a S. Paulo in Geogr. Sacra pag. 201. C

Λοβιτζοῦ] Castrum in Mysia, de quo Zonar. Scylitzes, Glycas, et Nicetas in Isaac. Ang. lib. 2. N. 1. Pag. 90. A

Ἀποστασίαν περὶ τὴν ξω] Ex falso rumore, inquit Scylitzes. C

Σῶστρά τε θύσας] Solebant veteres ob restitutam sanitatem et ob vitatum periculum Diis sacrificia offerre in gratiarum actionem, idque *σωτήρια* et *σῶστρα θύειν* et *πανηγυρίζειν* dicebant. De quo more Xenophon *Ἀναβάσεως* lib. 4. Dio. lib. 41. Herodot. lib. 1. Herodianus lib. 1. et 4. Psellus de Operat. Daemon. pag. 93. Achilles Tatius lib. 1. Eustathius *κατ' Ὑσμίνην* lib. 6. et 10. Martialis lib. 12. Epigr. 45. Statius lib. 1. Sylv. Marmora Arundel. et ibi Seldenus pag. 72. et alii sine numero. Sacrificabant autem ut plurimum Iovi *Φυξίῳ*, ut autor est Apollodorus lib. 1., vel Iovi Salutari: vetus Inscript. IOVI. SALVTARI. VLPIANVS. GRAVI. INFIRMITATE. LIBERATVS. Vide Trebellium Pollionem in Gallienis. Guillelm. Brito in Vocabul. *Pacifica dicitur oblatio, quae fiebat pro pace ad Deum, vel ad homines, vel quod ad bonum pacis fiebat: sicut salutaria sacrificia pro salute data, vel servanda offerebantur.* D

Δρόμωνας] Dromones dicuntur naves Bellicae maiores, a velocitate appellationem sortitae, inquit Procopius lib. 1. Vandal. Papias ex Isidoro, *Dromones sunt longae et velocissimae naves.* Robert. de Monte An. MCXCI. *Invenit navem paganorum maximam, quam Dromontam vocant.* Philippus *Mouskes:* Pag. 91. B

Esneques et Dromons fieres,
Roges et Busses et Vissieres.

Hinc *Dromonarii* remiges Dromonum apud Senatorem lib. 2. Var. Sed de Dromonibus passim agunt Scriptores Graeci et Latini, Theophyl. Simoc. lib. 7. cap. 10. lib. 8. cap. 9. Leo in Tact. cap. 19. §. 4. etc. Albertus Aq. lib. 9. cap. 23. lib. 10. cap. 14. Willel. Tyr. lib. 20. cap. 14. Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 29. Math. Paris. An. MCXCI. Walsingh. An. MCCXCII. Malaterra lib. 2. cap. 8. etc.

B *Σέρμονας*] Navis species nondum nota: nec enim ausim affirmare hoc loco *Sermones* vocari navigia, quae *Germundi* dicuntur Malaterrae lib. 2. cap. 8. *Nostri denique tantummodo Germundos et Galeas, Siculienses vero Cattos et Golafros et Dromundos, sed et diversae fabricae naves habebant.*

C *Βαρβάρων*] Varangorum.

Pag. 92. A *Τοποτηρητήν*] Glossis Graecolatinis *Τοποτηρητὴς* est *Vicarius*, qui nempe vices alterius in urbis, castri, vel provinciae praefectura obit. Chronicon Anonymi Barensis A. MXLI. *Arduino Lambardo intravit in Melfi, erat Topoteriti de ipso Catepano.* Id est, Arduinus Mediolanensis, cuius non semel occurrit mentio apud Scylitzem et Zonaram, vicarius erat Capitanei Calabriae in praefectura totius provinciae, vel saltem Melfensi. Apud Paulum Warnefridum lib. 6. Hist. Langob. cap. 3. et 8. quidam Ado Ducatum Foroiuliensem *sub nomine loci servatoris* dicitur aliquandiu gubernasse, cum Dux ipse non esset: sub nomine scilicet vicarii ipsius Ducis. In antiqua charta anni XLVII. Imperii Constantini et X. Romani eius filii, II. Indict. data Neapoli, Anno nempe Chr. DCCCCLVIII. *Gregorius loci servator* subscribit. Vide Leges Langob. lib. 1. tit. 25. §. 78. Observo praeterea ex Porphyrogenneta lib. de Adm. Imper. cap. 50. et lib. 1 de Themat. cap. 16. *στρατηγίδας*, seu Thematum, vel provinciarum praefecturas, divisas fuisse *εἰς τούρμας*: Turmas vero *εἰς Βάνδα, ἤτοι Τοποτηρησίας*: quae quidem *Τοποτηρησίαι* praefecturae erant urbium, oppidorum et castrorum, quarum certus numerus Turmam conficiebat: *καὶ ἐγένοντο ταῦτα τὰ ἑπτὰ βάνδα τούρμα μία.* Qui Turmae praeerat, *Τουρμάρχης*, eius praefectura *Τουρμαρχάτον* dicebatur, ut autor est idem Porphyrogenneta, qui praeterea lib. 1. de Themat. c. 2. scribit *Τουρμάρχας εἰς ὑπουργίαν τῶν στρατηγῶν* institutos. Certe Turmarchas eosdem esse cum iis quos *Καιεπάνω*, seu Capitaneos, appellarunt, probabile est. Vide Notata ad pag. 94. At in Conciliis *Τοποτηρηταὶ* dicuntur Episcopi provinciae cuiuspiam, seu *ἐπαρχίας*, Legati a caeteris Episcopis ad Synodum missi, vel ad Primates, qua notione passim accipi *Τοποτηρητὰς τῶν ἐπαρχιῶν τῆς Ἀφρικῆς*, constat in Codice Canon. Eccles. Afric. Concilium Chalcedonense Act. 1. *τῶν ὁσιωτάτων Τοποτηρητῶν τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ἁγιωτάτου τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέοντος.* Qui quidem vicarii interdum dicuntur in eodem Concilio *φύλακες Ἀποστολικοῦ θρόνου.*

A *Βούρτζην*] Vide Notata ad pag. 471.

A *Χώματος*] Vel ex hoc loco abunde patet, quam procul a vero aberret vir doctissimus in Notis poster. ad Codin. de

Off. cap. 6. N. 46. ubi milites ἐκ τοῦ χώματος apud Annam *indigenas* interpretatur, a voce χῶμα, quae Graecis terra est, seu agger, uti definitur in L. 10. D. de Extraord. criminib. ita ut hac appellatione distinguantur ab alienigenis, extraneis et conductitiis, cuiusmodi sunt illi, quos ἐγχωρίους vocat Synesius Epist. 78. Χῶμα enim Thema esse et provinciam ita dictam, indicat Anna hoc loco et lib. 11. pag. 324. ἐκεῖθεν διὰ τοῦ Χώματος διελθὼν τὴν Λάμπην κατέλαβε. Nec a Laodicaea Phrygiae procul abfuisse satis innuit, cum ait, Ioannem Ducam Sardibus, Philadelphia, et Laodicaea obiter occupatis, Chomate transito, Lampem intercepisse. Nicetas pariter in Man. lib. 6. cap. 1. inter Laodicaeam et Choma, Chonas, Lampem et Celenas, ubi sunt Maeandri fontes, statuit. Et sane necesse fuerit Chomati vicinam fuisse Cappadociam, siquidem Burzes utrique provinciae imperitabat, uti Anna commemorat. Neque aliud fuit Choma, quam illa Asiae pars, quam Lyciam nuncuparunt veteres, Pamphyliae et Tauro proxima, in qua oppidum Choma statuitur a Ptolemaeo, cuius etiam mentio fit in Concilio Ephesino parte 2. Act. 1. cui Eudoxius Χώματος τῆς Λυκίας Episcopus interfuit. Sunt igitur milites ἐκ τοῦ Χώματος, qui a Burtze Chomatis Principe, Alexio tamquam foederato, vel fortassis Domino suppeditabantur.

Σίγγαμβρον] Glossar. Graecolat. Σύγγαμβρος, *Congener.* D Congeneri dicuntur, qui ex eadem familia seu duas sorores uxores sibi adsciscunt, ita ut respectu soceri ambo generi dicantur. Hesychius, Ἄελλοι, (alias Αἴλλοι) οἱ ἀδελφὰς γυναῖκας ἐσχηκότες ἤγουν σύγγαμβροι. Apud Authorem incertum, qui editus est post Theophanem, Michael Patricius Melissenus σύγγαμβρος narratur fuisse Constantini Copronymi. Imper. κατὰ τὴν τρίτην αὐτοῦ γυναῖκα, ob tertiam eius coniugem, Eudociam scilicet, cuius sororem uxorem duxerat Melissenus. Hic vero Alexius et Palaeologus invicem σύγγαμβροι, congeneri, fuisse adnotantur, quia uterque Andronici Ducae filiam duxerat, Alexius Irenem, Palaeologus Annam Ducaenam. V. Harmenopulum lib. 4. tit. 6. §. 14.

Ἑρμᾶνον] Hermannum Comitem, Abagelardi fratrem Pag. 93. A uterinum, qui ea tempestate cum Roberto bellum gerebat, a quo demum ditionibus et bonis suis exutus, cum fratre Constantinopolim ad Imperatorem Alexium concessit, a quo Canninorum in Dalmatia praefecturam postmodum obtinuit. Hermannum itaque, Roberto alias infensum, Alexius in eum acrius concitare studet, ut maius Roberto negotium facesseret. Guillelmus Apul. lib. 4.

Dux postquam Cannas sibi comperit esse rebelles,
Obsidet, obsessas evertit humo tenus illas,
Rexerat has genitus genitrice Hermanus eadem,
Onfredi fuerat qua filius Abagelardus:
Non tamen unus eis pater extitit, illa duobus
Est sociata viris, Miles praeclarus in armis
Frater uterque fuit: sed cessit uterque potenti
Roberto, cui par vix orbe potentia toto.

Hermanni praeterea meminit Malaterra lib. 3. cap. 5. et 6.

A *Ἀρχιεπίσκοπον Καπύης Ἔρβιον*] Hervaeum Capuae Archiepiscopum, cuius meminit Gregorius VII. PP. lib. 9. Epist. 25. et Leo Ost. lib. 3. Chron. Cass. cap. 41. Vide Ughellum.

C *Χοιροσφάκτην*] Occurrunt ex hac familia viri aliquot illustres in Historia Byzantina, Leo scilicet Patricius Choerosphactes sub Leone Phil. et Constantino eius filio circa An. Chr. DCCCCXV. alter eiusdem nominis et dignitatis, praeterea Dux Excubitorum, sub Romano Argyro, apud Scylitzem pag. 610. 726. Zonaram pag. 142. 148. idem forte cuius necem refert Anonymus Barensis ad An. MXL. *Ipsi conterati interfecerunt Chirosfacti Criti.* et Michael Choerosfactes, cuius meminit Autor Gestorum S. Niconis, sub An. DCCCCLXIX.

C *Χριστιανικώτατε ἀδελφέ*] Frequenter olim, ut et hodie, mutuo sese Reges Fratres appellitabant. Eguinartus in Carolo M. *Invidiam tamen suscepti nominis, Constantinopolitanis Imperatoribus super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua ei procul dubio longe praestantior erat, mittendo ad eos crebras Legationes et in Epistolis eos Fratres appellando.* Vide Alcuin. Epist. 41. 85. et 111. Marculf. lib. 1. cap. 9. Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 35. Chronic. Alexandrin. pag. 918. Menandr. in Excerpt. de Legat. Odon. de Diogilo lib. 1. de profect. Lud. in Orient. pag. 13. Henricum Valesium ad Ammian. lib. 17.

D *Βλαττία*] Quid sit *Βλαττίον* et *Βλάττα*, docet Glossar. Latinogr. *Blattia, θρόμβος αἵματος. Blattela, θρόμβος αἵματος τῶν κονχυλίων.* Concinit Actuarius, qui *βλαττίον* ait esse *ὃ ῥεῖ ἐκ* (vel *τὸ ῥοῦν*) *τῆς ῥινὸς τῆς πορφυρᾶς*, quod ex naribus conchae marinae, quam Graeci *πορφύραν* vocant, fluit; sic enim legendum reor pro *ὁστοῦν*. Est igitur *Blatta* idem quod Purpura. Ita in L. 1. C. Quae res venund. non poss. *Purpurae, quae Blatta, vel Oxyblatta, atque hyantina dicitur.* Ubi observo triplicis coloris fuisse Blattam, purpuream nempe, quae mero Blattae vocabulo intelligitur, alteram intensioris et vividioris coloris, quam

Ὀξυβλάτταν vocabant, *Βλαττίον ὀξὺ* Cedrenus in Tiberio pag. 393. tertiam denique violaceam, sive ianthinam. Fuit olim in pretio *Blatta Tyria*, vel Purpura: Sidonius carm. 5.

Pontus Castorea, Blattam Tyrus, aera Corinthus.

Neapolitanam commendat Anastasius Bibliothec. in Leone III. *De Blattin Neapolitano:* sed praesertim Byzantinam pag. 150. 151. 152. 153. Idem Scriptor in Paschali: *Obtulit in sacro altari vestem de Blattin Byzantea.* Et mox, *In dicta Ecclesia fecit vela Tyria* (ex Blatta nempe Tyria) *cum periclysi de Blattin Byzantea. Βλαττίον Βυζάντιον* laudat etiam Actuarius. Nil mirum igitur, si Imperator Henricus ab Alexio ἑκατὸν *βλάττια* ad se mitti petierat, quia Byzantina praesertim in pretio erant. Iam vero vocem, *βλαττία*, hoc loco *vestes* significare vult Gretzerus ad Codinum: *Pannos ipsos holosericos ostrino colore tinctos*, Glossator Annaeus: quod magis probem. Nam extrema et senescente Graecia *βλαττίον* pro serico usurpatum constat. Vide Salmas. ad Hist. Aug.

Κατεπάνω] Dicitur Constantinus iste propter dignitatem *Πρωτοπροέδρου Κατεπάνω τῶν ἀξιωμάτων*, hoc est, Magistratuum Supremus, seu qui Magistratibus, Axiomaticis et Proedris, vel Consiliariis praeest. Nam Graecis *ἀξιώματα* sunt Dignitates. Hinc *ἀξιωματικὸς, Honorarius, qui honorem gerit,* in Gloss. Graecolat. Aliud Gloss. *Dignitosus, ἀξιωματικὸς.* Occurrit vox ista non semel in Basilicis lib. 6. et apud Modestinum lib. 6. Excusat. Guillelm. Biblioth. in Hadriano II. *Eum Pontificali pallio impositum, praecedentibus Axiomaticis et subsequentibus reliquis turbis in urbem redire conspexerant.* Anastasius in Hist. Eccl. *Cum aliis quinque, tribus quidem Comitibus, duobus vero Axiomaticis.* Hinc *ἀξιωματικὸν*, salarium, quod Axiomaticis a Principe pensitabatur, apud Photium in Nomoc. tit. 8. cap. 7. et in Glossis Basilic. Porro vox *κατεπάνω* sequioribus Graecis, sive ab *ἐπάνω* et *κατὰ*, seu a vocabulo Latino *Capitaneus*, deflexa, quemvis praefectum ordinis, aut provinciae significat. Apud Scylitzem pag. 727. *κατεπάνω τῆς κάτω Μηδίας.* pag. 741. *κατεπάνω Ἰβηρίας.* pag. 843. *Παῦλος Πρόεδρος, ὁ τῆς Ἐδέσσης κατεπάνω.* pag. 858. *κατεπάνω τῆς πόλεως.* Apud Constantinum de Admin. Imp. cap. 50. *κατεπάνω τῶν Μαρδαϊτῶν Ἀτταλίας.* Apud Theophylactum Bulg. Archiep. Epist. 19. *κατεπάνου* vox occurrit. Atque inde facile est haurire, unde appellationem sortiti sint *Catepani*, seu *Catapani* Italiae, sub Imperatoribus Byzantinis ante Normannorum adventum, quorum crebra est apud Scriptores mentio, Falcandum, Falconem Beneventanum, Anonymum Barensem, Scriptorem vitae S. Vitalis Siculi et alios. Sed et ab uno ex iis Capi- Pag. 94. A

taneis, seu, ut eos vocat, *Catapanis*, provinciam *Capitanatae* nuncupatam scribit Leo Ost. lib. 2. cap. 51. At falli constat, cum Catapani viri nomen fuisse existimat, cum fuerit dignitatis. Neque error est in oppidorum appellatione, quidquid garriat corrupte *Capitanata* dici, *cum ex Autoris nomine*, inquit, *Catapanata vocanda sit.* Nam qui Graecis *Catapanus*, Latinis est *Capitaneus.* Proinde *Capitanata* appellata est praefectura aliquot oppidorum uni Capitaneo subdita, quam *Κατεπανίκιον* vocat Nicetas in Man. lib. 2. et vetus charta apud Rhamnusium de Bello Constantinopolit. lib. 4. pag. 167. Hinc etiam castiganda, quae habet Glaber Rodulphus lib. 3. cap. 1. *Tunc etiam Imperator Basilius Sancti Imperii CPolitani praecepit cuidam Satrapae suo, illi qui cognominabatur Cataponti, eo scilicet, quod iuxta mare inhabitaret, ut a transmarinis civitatibus, quae Romano debentur Imperio, veniens tributa exigeret.* Quo loco non leviter fallitur Glaber in voce *Cataponti* et eius etymo, cum ille, quem memorat, *Catepano*, seu *Catapanus* vocaretur, ex dignitate, vel praefectura provinciae, hoc est, *Capitaneus.* Neque feliciori coniectura vocabuli originem assecutus videtur Guillelmus Apul. lib. 1.

Multa Graecorum cum gente Basilius ire
Iussus, in hunc audax anno movet arma sequenti.
Cui Catapan facto cognomen erat * *Bagianus.*
Quod Catapan Graeci, nos iuxta *dicimus* omne.
Quisquis apud Danaos vice fungitur huius honoris,
Dispositor populi parat omne quod expedit illi,
Et iuxta *quod cuique dari decet,* omne *ministrat.*

* *Scylitzae* Βοιάννης *et in Iure Graeco-Rom. Tom. I. pag. 285.*

A *Βουλχάρδου*] Fuit is Burchardus Comes, cognomento Rufus, postea Episcopus Monasteriensis, Henrici Imp. Legatus. Conradus Usperg. A. MCXXI. *Dominus Henricus, qui Burchardo Rufo dudum in Legatione Henrici Imperatoris apud Constantinopolim defuncto per electionem Ecclesiasticam in Cathedram Monasteriensem successerat.* Burchardi Episcopi meminit praeterea Monachus Pegaviensis An. MCVI. et MCXVII. unde supplendus Catalogus Episcoporum Monasteriensium apud Merssaeum.

A *Ῥωμανάτου*] Moneta aurea, Romani Diogenis Imperatoris effigie insignita. Bulla Anacleti Papae in Chronico Beneventani Monasterii S. Sophiae: *aliosque fideles nostros benigne convenimus, quatenus quadringentos Romanatos, quos eis Potiferia accommodaverat, nobis persolverent.* Charta Andreae Comitis de Chelmo A. MCCXLI. apud Ioan. Lucium in Hist. Dalmat. pag. 473. *Solvat nomine poenae Comiti praefato M.*

Romanatos. V. eumdem pag. 141. Extat in instructissimo Gazophylacio V. C. Dom. *du Mont*, in Senatu Ambianensi Consiliariorum Decani. Moneta aurea, in cuius antica duae habentur figurae stantes [vide tab. III]: prior Imperatoris habitu Constantinopolitano dextram pectori apponentis, laeva tenentis globum crucigerum; altera mulieris dextra capiti Imperatoris Stemma imponentis, cum hisce characteribus evanidis, DCCLOHOMÔ *PωMANω*. In postica Christus in throno sedet. Characteres in hac parte exarati visum effugiunt. Sic autem alios in antica descriptos legendos et concipiendos censuerim, *DECΠOTH MΘ PωMANω*. Id est, *Δεσπότῃ Ῥωμανῷ*; Imperatorum enim nomina in nummis eiusce aevi tertio casu poni solita arguunt nummi Alexii et Manuelis, quos infra repraesentabimus. Literae vero *MΘ*. idem sonant ac *Μήτηρ Θεοῦ* docentque mulierem, quae hic exhibetur, esse Deiparam, a qua Stemma excipit Romanus Imperator, uti visitur in altero, quem Manueli adscribit Octavius Strada a Rosberg pag. 338. Et in aeneo alio, quem videre contigit in eodem Gazophylacio V. C. D. *du Mont*, qui fortassis etiam eidem Romano Diogeni adscribendus est, etiamsi characteres adeo sunt attriti, ut vix quidquam ex iis percipi queat. Hunc describendum curavimus, ut et nummum Romani Diogenis quem exhibent idem Strada a Rosberg et Ioannes Strada Mantuanus in Fastis Onuphrii. Sed vereor, ne iste non tam fuerit nummus, quam theca aliqua, aut capsula, seu *Ἐγκόλπιον* Romani Diogenis, Divi Ioannis Theologi, seu Evangelistae, reliquias continens; quod deprehendi praesertim potest ex Christi figura habentis ad pectus caput D. Ioannis, cui Graeci Scriptores *Ἐπιστηθίον* epitheton vulgo attribuunt, et ex characteribus IO. qH. quibus Ioannem Theologum designari arbitror. Praeterea in aversa parte primi hi characteres *ΘHKO*. perspicue ostendunt legendum *ΘHKH*. id est *Theca*, seu *Ἐγκόλπιον* pro Romano Diogene. V. Notata infra ad hanc pag. d. Sed de hacce coniectura statuat Lector eamque expendat per me licet. Romani Diogenis et Eudociae effigies habentur apud Chiffletium lib. de linteis sepulchr. cap. 10. pag. 91.

Βαγελάρδου] Abagelardus, Humfredi filius, Tancredi A de Altavilla Normanni nepos, a patruo Roberto Wiscardo haereditaria sorte privatus, Gisulfum Salernitanum Principem primum adiit, eiusque partes sectatus est contra Robertum A. MLXXIII. Gisulfo demum sedibus suis perinde expulso et deturbato, cum viribus impar patruo obsistere non posset, Constantinopolim cum Hermanno Comite fratre secessit ibique tandem exul diem ultimum clausit, uti pluribus narrant

Malaterra et Willelmus Gemeticensis locis citatis, et Blondus de Instaur. Roma Reg. 12. Guillelmus Apul. lib. 3.

Sic quia pace Ducis non fungitur Abagelardus,
Et patrii iuris loca deserit, et Danaorum
Exul adit terras, cum rector Alexius esset
Imperii, clemens hunc suscipit ille benigne,
Tractat honorifice, dat multa: sed invida nulli
Parcere quae curat iuvenilcs mors subit artus:
Quique regressurum se credidit esse potentem,
Diversi generis cum fascibus atque triumphis,
Exul apud Danaos et mortuus est et humatus.

C *Τὸν υἱὸν τοῦ Σεβαστοκράτορος*] Ioannem Comnenum, postea Dyrrachii Ducem. V. pag. 131. A.

D *Ἵν' ἐντεῦθεν*] Hugo Franciae Rex ad Basilium et Constantinum Impp. Constantinopolitanos apud Gerbertum Epist. 111. *Sed haec conditio, quae nostri iuris sunt, vestra efficit, magnoque usui, si placet haec nostra coniunctio, erit magnosque fructus afferet. Etenim nobis obstantibus nec Gallus nec Germanus fines lacesset Imperii Romani.*

D *Ἀπεστάλησαν*] Huc pertinent quae habet Scriptor vitae Henrici IV. *Ipse Rex Graeciae, ut metum dissimularet, amicitiam eius expetebat et quem futurum hostem timuit, muneribus, ne fieret hostis, praevenit. Testatur hoc aurea tabula Spirensis altaris*, etc.

D *Ἐγκόλπιον μετὰ μαργαριταρίων*] De Encolpio dictum supra. *Μαργαριτάριον* pro *μαργαρίτης*. Constantinus in Historia Apollonii Tyrii:

Τόσον λογάρην καὶ καλὸν στολαῖς μαργαριτάρια.

D *Θήκη διάχρυσος*] Theca Sanctorum reliquiis instructa. Inscriptio Crucis, quae est Traiecti ad Mosam, apud Appianum et Gretzerum:

Οὐ τὴν δὲ θήκην Ῥωμανὸς γῆς Δεσπότης,
Ὡραιότησιν ἀρετῶν ἐστεμμένος
Χάρισιν ὡράϊσε τιμίων λίθων.

Vide Acropol. cap. 11. Vita S. Eligii Episc. Noviom. *Inter alia bonorum operum insignia multas Sanctorum ex auro, argento atque gemmis fabricavit thecas, sive tumbas.*

D *Χαρτίον*] Vide Dissert. ad Ioinvillam 26. pag. 314.

D *Καυκίον Σαρδωνύχιον*] Calycem e Sardonyce. Gloss. Graecolat. *καύκα, Patera.* Suidas, *καυκίον παρ' ἡμῖν, κάλυξ δὲ παρὰ σοφοῖς.* Occurrit praeterea in vita S. Eupraxiae Virg. N. 26. 28. Vita S. Eudociae Samarit. N. 2. et alibi passim. Scribit Theophanes A. C. DCIX. Circensibus Ludis haec in Phocam iactasse Prasinos, *πάλιν εἰς τὸν καῦκον ἔπιες, πάλιν τὸν νοῦν ἀπώλεκες.* Quae verba sic vertit Paulus

Diaconus, *Iterum in gabata bibisti, iterum sensum perdidisti.* Est autem *Gabata* idem quod paropsis, vas nempe concavum, eludiis pulmentariisque aptissimum, qua voce utitur non semel Martialis. Glossae Basil. *καύκους, γάβατα.* Cum vero Prasini id Phocae obiicerent, pravis veneficorum, seu *venenariorum*, uti vocantur a Tertulliano, Optato, Firmico et aliis, artibus et poculis illi porrectis, aut *caucis* venenatis, mentem illius perturbatam innuebant. Unde eiusmodi venefici *Cauculatores* dicuntur in Capitul. Caroli M. lib. 1. Tit. 64. quos minus recte, ut opinor, Salmasius in Notis ad Spartianum, eos esse putat, quos nostri *Ioüeurs de gobelets* appellant. Sed et apud Theophanem in Philippico *Καυκοδιακόνους* eos esse arbitror e Diaconis, qui calycem Sacerdoti Sacra facturo porrigebant: *τὸν ἀπὸ τῶν Καυκοδιακόνων σοφιστὴν γεγονότα τῆς ἰατρικῆς ἐπισιήμης, Κοιέστορα τότε ὑπάρχοντα*; vel certe qui *discum*, aut *patenam*. Nam apud Graecos *patena δίσκος* dicitur habetque lancis et disci profundioris figuram, sicque appellatur vas illud, in quo sanctum panem, seu *ἅγια δῶρα*, reponunt. Liturgia S. Ioannis Chrysost. *ὁ δὲ Διάκονος εὐτρεπίζει τὰ ἱερὰ, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον ἐν τῷ μέρει τῷ ἀριστερῷ, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τῷ δεξιῷ*, etc. A forma *καυκίου*, seu cauci, *καυκίους*, aut *καυκία*, appellatos quosdam Graecorum Imperatorum nummos aureos et aereos alio loco observamus, qui, ni fallor, non alii sunt, aut diversi, ab iis quos Alexiana aetas *Sciphatos* nuncupabat, quod cavi instar *scyphi*, seu *cauci*, quod idem est, illius formam quodammodo praeferrent. Charta Roberti Guiscardi An. 9. Ducatus, Ind. 3. quae extat in Chronico Monasterii Beneventani S. Sophiae: *Volumus atque iure obligamus, ut nonaginta aureos sciphatos eidem Monasterio et Curiae nostrae componat. Schifati* dicuntur in variis chartis apud Baron. Tom. 11. et 12. non semel. Sed de his alias pluribus. Aliud porro est *καῦκα* in Glossis Graecobarbaris, scilicet *ἄβρα, δούλη, παλλακὴ*, unde *καυκίτζα* et *καυκοπούλα*, ancilla; ex qua vocabuli significatione percipi potest quae sit alterius, *cauculus*, apud Anastasium Biblioth. in Hist. de Exilio S. Martini PP. pag. 79. *Eadem nocte tulerunt me de Palatio, et non nisi cum sex puerulis et uno cauculo eduxerunt me ex urbe.* Ubi *cauculus* videtur fuisse famulus, aut servus domesticus. *Caucum* praeterea pro vase cavo, aut scypho, saepe usurpant Scriptores infimae Latinitatis. Papias, *caucus vasis genus. Cauci lignei* occurrunt apud D. Hieronymum lib. 2. in Iovinianum; et apud Marcellum Empiricum cap. 25. *Argentei* apud Spartianum in Pescennio, et in Epist. Heldeberti Regis Cantiae ad S. Bonifacium Mogunt. Episc. *Aerei* apud Bedam lib. 2. Hist.

Eccl. cap. 16. et Huntindonensem lib. 2. pag. 316. *Anactei* in Hist. Episcopor. Autisiod. cap. 20. Tom. 1. Bibl. Labbei. Adde Trebell. Pollion. in Claudio et Ennodium Epigr. 25. Inde *caucellus*, parvus caucus, in Regula Magistri cap. 27. Denique Leunclavius ad Glycam pag. 384. 1. edit. *caucum poculum* esse ait, *a sono quem edit, effluente vino simul et aere, appellatum.*

D *Ἐμπότης κρύος*] Poculum crystallinum, *crystallo dedolatum vasculum*, Apuleio lib. 6. *κρύος* enim crystallus dicitur Graecis recentioribus. Scholiastes Aristophanis ad Nubes: *ὕαλον δὲ ἡμεῖς μὲν ἀρτίως τὸ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένης, καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν· οἱ παλαιοὶ δὲ διαφανῆ λίθον αὐτὸν, ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύος, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ.* Incertus Autor de Templo S. Sophiae: *ἐντιθέμενος καὶ πολυτίμοις λίθους σὺν κιόνων ὁλοχρύσων καὶ κρύων καὶ ἀσπίδων καὶ σαπφείρων.* Fuit porro crystallus olim in pretio, et praecipuis muneribus accensetur a Claudiano in Epigr. de crystallo:

Marmoreum ne sperne globum, spectacula transit
Regia nec Rubro vilior iste mari.
Informis glacies, saxum rude, nulla figurae
Gratia, sed raras inter habetur opes.

Informem crystallum vocat Claudianus, quam *impictam* appellat Apuleius lib. 2. Metam. *Asynthetam* Plinius lib. 37. cap. 2. Annales Franc. An. DCCCLXXII. *Mense Ianuario, circa Epiphaniam, Basilii Graecorum Imperatoris Legati cum muneribus et epistolis ad Hludovicum Regem Radasponam venerunt, atque ei inter caetera xenia crystallum mirae magnitudinis, auro gemmisque pretiosis ornatum, cum parte non modica salutiferae Crucis obtulerunt.*

D *Ἀστροπελέκιν*] *Ἀστροπελέκη* apud Simonem Portium in Lexico Graecobarb. est *κεραυνὸς, πρηστήρ.* Sed hoc loco aliud indubie sonat.

D *Μετὰ χρυσαφίου*] Corona pretiosa, *χρυσάφι, aurum.* Nicetas in Alex. lib. 3. *ἄνευ τῶν βλατίων καὶ τοῦ ἐσήμου καὶ χρυσαφίου καὶ ἑτέρας ὕλης.* Vide Goarum ad Codini cap. 4.

Pag. 95. B *Σολυμᾶ*] Solymanni Sultani, qui ea tempestate in Oriente imperabat sedebatque Niceae. Solymanni Stemma ex familiis nostris Orientalibus hisce Notis praefiximus. Vide Alb. Aq. lib. 2. cap. 21. Fulcher. lib. 1. cap. 5. Tyrium lib. 3. cap. 1. et alios.

C *Δεκάρχας*] Gloss. Graecolat. *δεκάρχης, Decurio.* Dividebant Graeci istius aevi universum exercitum *εἰς τάγματα, ἤγουν τὰ λεγόμενα βάνδα διάφορα*, id est, in Cohortes, quas

Banda appellabant. Rursum *τάγματα* subdividebantur *εἰς δεκαρχίας*, sive Decurias, Decuriae vero in Contubernia, quae quinque viris constabant. Bandis, seu Cohortibus, praeerat Comes, Decuriae vero Decarcha, vel Decurio. Vide Leonis Tactica cap. 4. §. 2. et 6.

Δράζοντα] Quis iste fluvius Dracon et qua in provin- Pag. 97. A
cia aquas suas egesserit, mihi fateor incognitum. Quamquam probabile est in Bithynia, siquidem Turcae tunc temporis Nicaeam et caeteras Asiae provincias praeter Bithyniam possidebant, nisi forte quis malit hocce inito Alexium inter et Solymannum foedere, vel pacto, cautum ne Turci Orientem versus Orontem praetergrederentur, qui esset in posterum terminus Turcorum ditionis. Nam Orontem fluvium, qui Antiochiam praeterfluit, Dracontem appellatum autor est Eustathius ad Dionysii *Περιήγησιν* versu 919. Antiochia vero ea tempestate Solymanno parebat, uti a nobis in Notis ad Bryennium et in Familiis Orient. indicatum.

Περὶ τοῦ Μονομαχάτου] Ut Georgio Monomachato A
Dyrrachio excedente, in illius urbis praefecturam successerit Palaeologus, attigit etiam Guillelmus Apul. lib. 4.

Multos Palialogus Argos
Dyrrachium duxit, pulsusque Georgius urbe
Fraude fuit, missum sibi gaudet Alexius hostem.

Ῥογέρη] Ordericus lib. 7. *Rogerius autem frater eius* C
(Boemundi) *cognomento Bursa, iussu patris in Apulia remanserat et Ducatum sibi ex haereditate matris debitum custodiebat.* Vide Malaterr. lib. 3. cap. 30.

Βοϑρεντοῦ] Seu *Βουϑρωτοῦ*. Buthrotum oppidum est Pag. 98. A
in Epiro, a quo *Βουϑρώτων κόλπος*. Expeditionem istam Wiscardi pluribus commemorat Guillelmus Apul. lib. 4. ex quo excerpemus ille tantummodo quae ad illustrandam Annam videntur conferre. Vide Notata ad pag. 159.

Προφϑάσαντος περᾶσαι] Vide supra pag. 34. et Mala- A
terram lib. 3. cap. 24.

Ἰλῶσσαν] Promontorium forte Dyrrachinum, hodie *Capo* B
di Durazzo, nisi proximum intelligat, quod *Capo de Redoni* in charta Sophiani nuncupatur. Festo. *Lingua est promontorii genus non excellentis, sed molliter in planum devexi.* Quo quidem vocabulo non semel hac utuntur notione Scriptores, Pacuvius apud Agellium lib. 4. cap. 17. Livius lib. 37. et 44, et Ammianus lib. 14. Sic Ovidius lib. 13. Metamorph. tria Siciliae promontoria *Linguas* vocat:

Tribus haec excurrit in aequora Linguis.

Nec alia fortassis ratione Insula, quae Catanae in Sicilia adiacet, *Linguae* nomen obtinuit apud Blandinum Monachum

in Miracul. S. Agathae Virg. et Mart. cap. 2. *Ligulas* vocat appellative Caesar. lib. 3. de Bello Gall. huiusmodi loca in longum a continente in mare exporrecta: ut et Victor Uticensis lib. 1. de Persecut. Vandal. *Dum ad Massalitanum littus egisset, quod Ligula vulgi consuetudine vocitatur.* Vide infra pag. 369.

C *Θέρους ὥρα ἦν*] Vide Notata ad pag. 83.

D *Τὸ δέ γε σκάφος*] Guillelmus Apuliensis lib. 4.

Sed Ducis aestivo perpessae tempore naves
Naufragium, impediere viam, navique procellis,
In qua Dux aderat, vehementibus undique fracta,
Vix evadendi fuit impertita facultas.

Pag. 99. B *Γλαβινίτζαν*] In veteri Notitia apud Goarum Glabinitza urbs est Episcopalis, Dyrrachinae Metropoleos suffraganea, Acroceraunia olim dicta. Acroceraunia vero mentio est apud Aethicum, Antonin. Autorem Itin. Marit. etc.

C *Ἐπισκόπου Βαρέως*] Ursonis, Wiscardi Fidi consiliarii, de quo multa Ioannes Archid. in Tractatu de Invent. S. Sabini apud Baron. An. MXCI. N. 13. et Bolandum 9. Febr. cap. 1. et in *Tract. de Translat. Corporis S. Nicolai de Myraea in Barim*, qui extat apud Ordericum Vitalem lib. 7. et Surium Tom. 3. 9. Iun. Meminit etiam Ursonis Albericus A. MLXXXVII. Obiit ille A. MLXXXIII. ut autor est Anonymus Barensis, 16. KL. Mart.

C *Τοιαύτην διέτριβε πεδιάδα*] Ait Anna Legātum Episcopi Barensis in comitatu Roberti fuisse toto illo tempore, quo bellum istud gestum est. Est enim *διατρίβειν πεδιάδα* hoc loco, si bene auguror, quod Galli dicimus, *passer une Campagne.* Porro Barim expugnarat paulo ante Robertus. Vide Chronicon Cassin. lib. 3. cap. 44.

D *Ἐπιδάμνου*] Ab Anna excepisse videtur, quae de Dyrrachii origine habet, Guill. Apuliensis.

Quondam fuit urbs opulenta,
Magnaque, praecipue tegulosis obsita muris.
Rex Epirotarum dicier hanc Epidaurum
Pyrrhus praecepit, quia fortia ferre Quiritum
Bella Tarentinis sociatus non dubitavit.
Inde frequens bellum, varios et passa labores,
Evacuata viris fuit, ad nihilumque redacta.
Destructam spatio post composuere minori
Zethus et Amphion et praecepere vocari
Dyrrachium: Ducis hoc circumdatur obsidione.

De Epidamni, seu Dyrrachii nomine, origine et situ adeundi praeterea Thucydides lib. 1. Appian. lib. 2. de Bello civili, Xiphilinus in Pompeio, Mela cap. 3. Constant. de Themat. lib. 2. cap. 9. Will. Tyr. lib. 2. cap. 4. etc. Vide infra pag. 370. 384.

IN LIBRUM IV. ALEXIADIS NOTAE.

Ἰουνίου μηνός] Ordericus lib. 7. *Deinde prosperis* Pag. 102. A
ventis aspirantibus per mare Dyracio applicuit et oppidanis viriliter obstantibus in fine mensis Iunii urbem obsedit. Anonymus Barensis An. MLXXXI. *In mense Iunii pervenit* (Dux Robertus) *per mare et terra super Durachio et congiravit eam per mare et per terram pugnavitque ea cum multis machinis.* Incidit vero Indictio 4. in An. Ch. MLXXXI.

Διὰ γραμμάτων] Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 25. Pag. 103. B
Constantinopolim Cartula mittitur,
Hostes in praelio adfore dicitur.
Ereptum veniant cum pretio quaeritur,
Ne subdantur hostibus.

Ὑπερμεγέθη μόσυνα] Guill. Apuliensis: C
Oppugnare modis Dux nititur omnibus urbem,
Atque operis miri fabricatur lignea turris;
Hanc super est ingens erecta petraria, magnos
Proiiciens iactus, ut moenia diruat urbis.

Ὁ δέ φησιν] Idem Poeta: Pag. 104. A
Legatos mittunt, cur venerit ipse, requirunt.
Dux venisse refert se, regni sede repulsus
Immerito Michael ut restituatur honori.
Illi promittunt urbis quos ipse petebat
Ingressus, nunquam viso Michaele negandos.
Cornicinum sonitu circumdatus atque tubarum
Et plectris, qui se Michaelem finxerat esse,
More coronatus deducitur Imperiali
Circumvallatus cantantibus undique turbis.
Unanimi cives, hunc ut videre, cachinno
Visum deridunt, dicentes, ipse solebat
Crateras mensis plenos deferre lyaeo,
Et de Pincernis erat inferioribus unus.

Συμπένθερον] Michael Ducas Imp. dicitur consocer C
Roberti propter nuptias initas inter utriusque liberos, quae vis est vocis συμπένθερος. Vide supra pag. 28. 52. Caeterum quandoquidem erant non pauci qui non larvam, sed genuinum Michaelem esse existimabant et affirmabant, iure

in dubium vocari potest, fueritne in vivis Michael, cum Dyrrachinam obsidionem aggressus est Robertus. Nam si etiamnum superstes fuisset, vix est ut credatur Rectorem hunc Monachum eo venisse impudentiae, ut Michaelem nedum extinctum, effingere voluerit. Deinde id saltem indicasset, vel certe non siluisset Anna. Scio Scylitzem referre Michaelem a Botaniata exactum in Monasterio Manuelis vitam produxisse usque ad Alexii tempora, a quo benigne habitus est, eoque imperante mortem obiisse. Verum hac in re fidemne mereatur Scylitzes, aliorum esto iudicium.

Pag. 105. B *Σουλτάνῳ*] Solymanno, Nicaeensi Toparchae, quocum paulo ante foedus pepigerat Alexius. Vide pag. 97.

B *Τοὺς Βενετικούς*] Venetos in auxilium Graecorum ascitos narrant etiam Guill. Apul. Malaterra lib. 3. cap. 26. Anonymus Barensis et Sabellicus dec. 1. lib. 4. extremo.

B *Τὸ Βενετὸν χρῶμα*] Seu, ut alii, quod Venetiis caerulei colores fierint. Anonymus Scriptor, *τὸ Βενετὸν, ἀπὸ Βενετίας ὠνόμασται, ἐν ᾗ γίνεται τὰ κυανᾶ χρώματα.* Adde Isidorum lib. 19. Orig. cap. 17. et Vegetium lib. 5. cap. 7. Male, inquit Alamannus, nam ante conditas Venetias id nomen fuit, cum Suetonius Venetae Factionis meminerit in Vitell. cap. 14. Ita sane si Venetias hodiernas intelligat. At fuerunt ante Suetonium non Veneti modo, sed et Venetiae, quod nomen reperitur apud Livium, Plinium, Florum, Velleium et alios, quos laudat in Italia sua Phil. Cluverius lib. 1. cap. 17. Vide praeterea Paulum Warnefrid. de Gest. Langob. lib. 2. cap. 14. et S. Augustin. lib. 6. contra Faustum Manichaeum cap. 8.

Pag. 106. A *Πελαγολιμένα*] Portum in mari ipso faciebant, aut quando cessante vento proximo littori naves admovere non poterant, ut hic apud Annam: aut si in loca importuosa et arenosa inciderant. Tunc enim maiora navigia in unam seriem, in speciem Lunae crescentis, ordinata; eaque saccis arena completis in modum anchorae pendentibus communiebant, idque *πελαγολιμένα ποιεῖν* appellant Anna hoc loco et lib. 6. pag. 160. et Leo Aug. in Tactic. cap. 20. §. 196. Willelm. Nangius in S. Ludovico A. MCCLXIX. *Circa vero Solis occasum venitur ad 10. milliaria prope portum, sed vento verso in contrarium non potuit accessus ad portum fieri tota die. Iactantur ergo anchorae, et de non portu portus efficitur.* Respexit forte Nangius illud Claudiani de Bello Gild.

Efficitur portus medium mare, tutaque ventis
Omnibus, ingenti mansuescunt stagna recessu.

Huc etiam spectant illa Vegetii lib. 5. cap. ult. *Quod si cautela hostium evitatis insidiis publico Marte confligat, tunc liburnarum instruendae sunt acies, non directae, ut in campo,*

sed incurvae ad similitudinem Lunae: ita ut productis cornibus acies media sinuetur, ut si adversarii perrumpere tentaverint, ipsa ordinatione circumdati deprimantur.

Πύργους τε ξυλίνους] Malaterra lib. 3. cap. 26. de hoc navali praelio scribens: *Venetiani naves suas pluribus commeatibus aggregatas nocturno silentio exonerando levigantes, et in summitate mali uniuscuiusque navis solium duorum, vel trium hominum arte componentes lapidibusque et pilis ad iaciendum munientes sese ad defensionem potius, quam ad deditionem aptant.* In maioribus porro liburnis propugnacula turresque constituebantur, ait Vegetius lib. 5. cap. 14. *Ut tamquam de muro, ita de excelsioribus tabulatis facilius vulnerarent inimicos.* Castellatas naves vocat eiusmodi navigia Paulus Diac. lib. 18. Hist. Misc. *πλοῖα κασταλλόμενα* Theophanes: ipsa vero castella *ξυλόκαστρα*, Leo in Tact. cap. 19. §. 7. e quibus milites in mediam hostilem navem iaciebant *ἢ λίθους μολίσκους ἢ σίδηρα βαρεῖα, οἷον μάζας ξιφοειδεῖς, δι' ὧν ἢ τὴν ναῦν διατρύφουσιν, ἢ τοὺς ἐποκειμένους συνθλάσουσιν σφοδρῶς καταφερόμενα.* Tactica Philippi Ducis Clivensis D. Ravestani: *Aussi pareillement leur nef devant et derriere est toute pomptée, et couverte de gros chables pour garder les pierres et les barres de fer, que ceux des hûnes iettent en bas: car c'est la chose qui fait le pis, quand l'on est à aborder, que les coups qui viennent des hunes.* B

Πώγωνα] Est sane quod miremur, cur Veneti Boemundo Latino, seu Franco, barbam exprobrarint, cum ea tempestate apud Latinos et Francos barbam rasitare passim usu receptum esset. Guibertus coaetaneus Scriptor lib. 5. Gest. Dei per Franc. cap. 6. *Nostris autem in assiduo positis procinctu, fatiscentium genarum maciem horribilis primum situs ambierat, et Francico more incuria diuturnae peregrinationis omisso, barbulam quisque rasitare distulerat.* Id ipsum de Latinis testantur Willelmus Tyrius lib. 11. cap. 11. Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 73. Radevicus lib. 4. Gest. Frider. cap. 30. Nicetas in Isaac. lib. 1. N. 10. Gregoras lib. 9. et alii sine numero. Sed praesertim morem hunc Normannis ipsis adscribit Willelmus Malmesbur. lib. 3. de Gest. Reg. Angl. dum narrat speculatores *ab Haraldo Anglorum Rege in Willelmi Nothi castra submissos retulisse, pene omnes in exercitu illo Presbyteros videri, quod totam faciem cum utroque labro rasam haberent.* Et Matthaeus Paris. A. MCXCVI. *Willelmo itaque filio Roberti, cognomento cum barba, cuius genus avitum ob indignationem Normannorum radere barbam contempsit* etc. Quin et ipse Boemundus, quod Anna infert B

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

pag. 404. mentum acie novaculae ad cutem radebat, ita ut cuius fuerit coloris eius barba, dicere illa non potuerit. An igitur Veneti ipsi barbati Boemundo imberbes genas obiecere, quemadmodum semiviris solemus? Nam constat eius aevi Venetos non receptum a caeteris Latinis usum amplexos, sed Graecorum instar, quorum mores etiam in vestibus retinuere, barbam nutrivisse. Quod Ordelafi Falieri Ducis, qui hoc seculo vixit, effigies, quae in Ecclesia S. Marci Venetiis conspicitur, et aliae aliquot veterum Nobilium Venetorum, quas repraesentat Caesar Vecellius lib. *de gli habiti antichi et moderni*, satis confirmant. Unde cum post Alexii excessum inter Ioannem filium et Venetos simultas nescio quae orta esset, *decretum fuit ut Veneti, qui huc usque barbas nutriverant, de cetero imberbes efficerentur*, ut autor est in Annalibus Dandulus ad An. MCXXVI. V. Notata ad pag. 165.

B *Παρανάλωμα ξιφῶν*] Victoriam Venetorum attigit etiam Guillelmus Apuliensis.

Crastina progrediens aurora fugaverat umbras,
Ad bellum populus navale paratur uterque,
Amplius huius erat, quia gnara Venetica belli
Gens ruit audacter: classis Ducis expavefacta
Ad portum fugitiva redit, sic pugna remansit
Ter redeunte die Gens multa Venetica portum
Appetit et naves Roberti Marte lacessit.

Pag 107. A *Δοῦκα Βενετίας*] Dominicum Silvium, cuius statuae ob fusum Robertum hocce inscriptum *ἐπίγραμμα* testatur Sansovinus:

Obsesso repuli Guiscardum Marte Robertum
* Δεσπότην. *Dyrrhachio, hinc* Dominum me vocat Praesul Alexis.*

B *Ὡς δὲ τὸ ἔαρ*] Anno scilicet MCLXXXII.

B *Μαΐριξ*] Classis Alexianae Praefectus. Guillelmus Apul. lib. 4.

Classis Alexinae Dux Mabrica venerat illuc.

Alteri igitur navali isti praelio non interfuit Alexius, sed Maurix Magnus Dux, vel certe classis praefectus ab Alexio submissus, quod contra Historiae fidem scripsit Petrus Luccarus lib. 1. Annal. Ragusin. Nam tempore initi Graecos inter et Normannos praelii Alexius Constantinopoli adhuc morabatur, quod diserte tradit Anna. Sed praestat ad illustrandam Alexiadem subiungere, quae in hanc rem commemorat Luccarus. *S'accostarono parimente a Roberto Guiscardo Rè (il Duca) di Puglia e Calauria, fratello del Conte Gofredo, et come si legge ne nostri archivii et in Baldasar*

de Spalato, i Spalatini gli mandarono in aiuto una galea, et i Rausei due, quando che egli faceva guerra ad Alessio Comneno Imp. et a Domenico Silvio Doge di Venetia, all' hora avenne, che attacandosi queste due armate a combattere, la galea Rausea venne a caso alle mani con la galea Imperiale, sopra di cui montati i soldati Rausei, uno di loro voleva ferire l'Imperatore, ma il suo capitano gridando ad alta voce, non fare, che costui e l'Imperatore, egli si ritiro indietro. Certe Ragusinos Roberti partes amplexos contra Venetos et Graecos autor est praeterea Guillelmus Apul.

Gens comitata Ducem cum Dalmaticis Ragusaea,
Telorum densis consternit iactibus aequor:
Non tamen a portu procul audent ducere naves,
Castrorum dederat tutum vicinia portum.
Funibus incisis quasdam violenter ab ipso
Littore propulsas vi turba Venetica ducit.

Εἰς μῆνα Αὔγουστον] Igitur Alexius statim atque Roberti in Illyricum adventum rescivit, CPoli eodem anno Ind. 4. cum exercitu profectus est. Pag. 108. D

Τατίκιος] Is est Taticius, Magnus Turcorum Achridensium, seu Bardariotarum Primicerius, quem origine et genere Saracenum fuisse docemur ex hoc Annae loco, quique a teneris annis Alexii *συνηλικιώτης* et *σύντροφος* fuerat, ut autor est Bryennius lib. 4. N. 20. Postmodum Gothofredum et Francos in expeditionem Hierosolymitanam proficiscentes cum idoneo exercitu, ab eodem Alexio missus, comitatus est. *Tatinus truncatae naris*, seu Rhinotmetus, dicitur Alberto Aq. lib. 2. cap. 12. et 37. *Tatic naribus truncus et omni virtute* Raymundo de Agiles; *Tatingus* Baldrico lib. 11. *Tacingus* Guiberto lib. 4. cap. 10. *Tetigus* Roberto Mon. lib. 4. *Taninus* Willelmo Tyrio lib. 2. cap. ult. lib. 3. cap. 11. denique *Statinus* Giloni Par. lib. 5. Histor. Viae Hieros. Pag. 109. C

Robertus, Stephanus, Tancretius, Hugo, Statinus,
Qui dum vivebat, naso non laude carebat.

Πριμικήριος] Primicerii dignitas ut Palatina interdum et militaris fuit. Praesertim vero ita nuncupatus in Palatio Constantinopolitano Bardariotarum foederatorum, seu Turcorum Achridensium, qui ad Bardarium Macedoniae fluvium habitabant, praefectus, ut constat ex Codino de Off. cap. 5. N. 54. quo tum munere fungebatur Taticius, Turcus ipse Achridensis et Bardariota. V. lib. 11. pag. 317. C

Ἀχριδῶν] Achris Bulgariae Macedonicae Metropolis, *πόλις ἑσπέριος ὑπὸ τὴν Πιερίαν τὸ ὄρος κειμένη* Cantacuzeno lib. 2. cap. 20. In sublimi colle, prope lacum maximum, C

unde Drinus, seu Drymon Septentrionem versus effluit, ut est apud Nicephorum Call. lib. 17. cap. 28. olim Lychnidus, ut quidam putant, postea Bederina, demum Prima Iustiniana dicta est a Iustiniano, cui ea natalis fuit, a quo etiam maximis donata est privilegiis: quamquam Procopius in Anecd. Lychnidum a Bederina videtur distinguere. Postremo Achris, Achrida, seu ut habet Tyrius lib. 20. cap. 2. Acreda, nuncupata est, a Mocro Bulgarorum Rege hanc appellationem sortita, uti Anna innuit lib. 12. pag. 371. De Achride et privilegiis Episcoporum Achridensium vide Theophylactum Bulgar. Arch. Epist. 27. praeterea Alamannum ad Procop. Hist. Arc. Ioannem Morinum lib. 1. Exercit. Eccles. cap. 27. et Leonem Allat. lib. 1. de Eccl. Occid. et Or. perpet. cons. cap. 25. N. 4.

C *Μανιχαίων*] Manichaeos, seu Paulicianos intelligit, qui eo aevo circa Philippopolim habitabant, quosque non semel ab animi fortitudine commendat Anna. Hos ex Armenia et Asia in Thraciam a Constantino Copronymo traductos scribit Theophanes: *ὁ δὲ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Σύρους τε καὶ Ἀρμενίους, οὓς ἤγαγεν ἀπὸ Θεοδοσιουπόλεως καὶ Μελιτηνῆς εἰς Θράκην μετῴκισεν, ἐξ ὧν ἐπληθύνθη ἡ αἵρεσις τῶν Παυλικιανῶν.* Idem autor est a Leone Copronymi filio Syros haereticos, eosdem forte cum Paulicianis, in Thraciam pariter translatos. Manichaeorum Philippopolitanorum meminit etiam Scylitzes pag. 866. ut et Villharduinus noster N. 208., ubi haud adeo trita de Paulicianis adnotavimus. Porro Guillelmus Apul. lib. 1. Manichaeos Graecis meruisse eo aevo refert:

Cum Graecis aderant quidam, quos pessimus error
Fecerat amentes et ab ipso nomen habebant.
Plebs solet ista Patrem cum Christo dicere passum,
Et fronti digito signum Crucis imprimit uno:
Non aliam Nati personam quam Patris esse,
Hanc etiam Sancti Spiraminis esse docebant.

Vide Notata ad pag. 154. et 451.

D *Βεστιαρίτας*] De Vestiario et Vestiariorum dignitate multa viri docti. *Βεστιαρῖται* vero iidemne qui *βεστιάριοι*, scio controverti. Certe ut Vestiariorum officium erat circa vestes Imperatoris, ita et Vestiaritarum. Ecce apud Cedrenum A. XXII. Iustiniani *προκένσου γενομένου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, ἀπώλεσαν οἱ Βεστιαρῖται τὸ στέμμα τοῦ Βασιλέως.* Quo loco Theophanes habet *οἱ Βεστήτορες*; quae quidem vox non semel reperitur in antiquis Inscriptionibus. Romae in Exquiliis, D. PHEDIMO. VESTITORI. M. AVG. PHAEDER. FRATRI. PIISSIMO. Alia quae extat in Roma Subterranea lib. 3. cap. 3.

HIC. POSITVS. EST. BENEMERITVS. EL... VESTITOR. IMPERATORIS. QVI. VIX. DEPOSITVS. D. VIII. KAL. SEPTEMBR.... DOMINI. HONORI. AVG. VI. COSS. Praesertim vero Vestiaritae dicti videntur Annae aevo Domestici Palatii, qui ex familia Imperatoris erant, quos Franci nostri vulgo inde *Familiares* vocabant, et ut Annae verbo utar, *οἰκειότεροι* Principis. Id diserte indicat Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 26. *Sed et suis nihilominus non longe ab eodem Palatio honesta simul et commoda fecit hospitia praeparari, ubi etiam, sicut prius, impensas non solum necessarias et voluptuarias superefluentes Vestiaritae, et hi, quibus id officii deputatum erat, magnifice et superabundanter non cessabant ministrare.* At unde Vestiaritae appellati sint Domestici isti Palatii, disquirendum. Constat Vestiarium dici aedem in qua vestes asservantur: proinde Vestiarium Imperatoris erit, *ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται,* ut est apud Moschopulum. Illud postea *Ἀλλαξιμάριον* vocatum scribit Codin. de Off. cap. 2. quod Imperator ex eo novas subinde vestes promeret et mutaret. Unde crebro apud eumdem Scriptorem *ἀλλάσσειν* pro *induere* usurpatur: et vestes ipsae quae mutantur *ἀλλάγματα* et *ἄλλαγαὶ* apud Marcum Hieromonomachum et eumdem Codinum vocantur: apud Autorem de Offic. Eccl. CP. editum a Medonio *ἀλλαξίματα.* Sic passim *Mutatoria* eiusmodi, quae subinde mutantur, vestes appellant Will. Tyrius lib. 6. cap. 6., Bruno de Bello Saxonico, Udalricus lib. 2. Consuet. Cluniac., Monachus Pegaviensis, Mathaeus Paris. et alii Scriptores Latini. Saepe etiam Vestiarium pro aerario sumitur, in quo depositae opes Imperatoriae, atque hoc vocabulo (*βεστιάριον*) perpetuo utitur Nicetas in Codice Barbaro-graeco, iis locis ubi editus *βασιλικὸν ταμεῖον ἢ χρυσῶνα* habet. Ita sacrum aerarium vertunt Graeci ad L. 2. Cod. Ne fiscus vel Resp. Eoque sensu legimus in relatione quadam Ogerii Protonotarii apud Waddingum A. MCCLXIX. bona confiscata *intromissa ad Imperiale Vestiarium.* Et apud Leonem Ost. lib. 1. cap. 28. *Rupit ipsum Monasterii Vestiarium et inde tulit solidos Mazatos* XXIV. *millia.* Adde lib. 4. cap. 61. et 78. Nec pecuniae duntaxat, vestes, aut panni asservabantur in vestiario, sed etiam cimelia varii generis et maioris pretii, cuiusmodi sunt *τὰ ἀργυρᾶ μυσούρια τὰ ἀνάγλυφα,* ut est apud Porphyrogennetam lib. 1. de Themat. et Leonem Grammaticum in Basilio. Anastasius Bibl. in Severino Papa: *Sigillaverunt omne Vestiarium Ecclesiae et Cimelia Episcopi.* Quae quidem omnia inibi asservata constat, ut essent munera, quibus interdum donarentur Principes foederati, interdum etiam subditi ipsi bene de Imperatore meriti. Unde

recte observat Cuiacius thesaurum Imperatorium *Largitiones* appellatum, et dignitatem ipsam Comitis sacrarum largitionum, *muneratiam dignitatem* a Senatore lib. 6. Epist. 7. dictam, quasi muneribus potissimum et liberalitatibus exercendis thesauri Imperii addicti sint. Sed et *vestis sacrae* curam penes Comitem sacrarum largitionum fuisse annotat idem Senator additque *quicquid in vestibus, quicquid in aere, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana potest habere pretiosum, illius ordinationibus obsecundasse.* Qui igitur olim Comes sacrarum largitionum, postea a Vestiario, seu aerario, *Πρωτοβεστιαρίτης* dictus est, sub quo erant *Βεστιαρῖται*, seu Nobiles ex familia Imperatoris selecti, qui vestibus caeterisque muneribus ad Principes deferendis destinabantur; cuius dignitatis meminit Pachymeres lib. 1. cap. 20. lib. 6. cap. 19. lib. 9. cap. 8. Solebant quippe Imperatores Byzantini et Reges alii vestes et pannos magni pretii ad Principes confoederatos mittere, qui etiamnum mos familiaris est Turcicis Sultanis, quibus eorum animos demulcerent, quod infra Anna testatur pag. 428. et Nicetas in Alexio lib. 1. N. 3. Ioannitius Bulgarorum Rex in Epist. ad Innocent. III. PP. *Misi autem ad praesens in signo parvae recordationis examita duo epicima dupla, unum est rubeum, et aliud album.* Leo Ost. lib. 3. Chr. Cass. cap. 19. *Ibi* XX. *pannos sericos emit, ut si esset necessarium, haberet quod donaret Regi.* Erant igitur Vestiaritae Nobiles selecti, qui in comitatu Imperatoris erant, cuiusmodi sunt quos in Regum nostrorum Curia *Gentilshommes ordinaires de la Maison du Roy* vulgo appellamus. Nam aliud fuit Vestiariorum munus. Papias, *Vestiarius, qui vestes curat.* Vetus Inscript. L. AGRIO. VESTIARIO. TENVIARIO. IMP. Atque ita vocem hanc usurpat Ioannes Diaconus in vita S. Gregorii M. PP. lib. 1. cap. 1. Sed an *Vestararii* iidem fuerint cum *Vestiariis*, vix ausim quicquam certi definire. Vestarariorum passim meminit Anastasius in vitis PP. Edit. Reg. pag. 114. 213. 249. 283. 285. 292. Id constat, eiusmodi munus Longobardis peculiare fuisse, ex Chronico Monasterii Benevent. S. Sophiae pag. 615. 625. 638. 641. Ex quo emendandus Autor vitae S. Petri Cavensis Abbat. N. 29. ubi perperam Odo quidam *Vestarasius* pro *Vestararius* dicitur. Erat enim Odo *Vestararius* Cavensis Monasterii, qua dignitate in eodem Monasterio functus legitur quidam Caloctus, apud Ughellum Tom. 7. Ital. Sacr. pag. 610. Extat in Tabulario S. Benigni apud Perardum in Burgundicis Epistola Ioannis eiusdem Monasterii Abbatis inscripta *Domino Ill. Sacri Palatii Vestarario, Primo Senatori, necnon unico Romanorum Duci.* Ex quibus coniicere

V. Acta Adriani IV. PP. apud Baron. A. 1156.

est illustrem fuisse Vestarariorum in Palatiis dignitatem. Inter Ecclesiastica munia fuisse etiam Vestararium docet vetus charta A. MCCXLVII. Apud Ughellum in Archiep. Benevent. N. 15. pag. 210. Tom. 8. Certe Vestarariorum munus fuit, ni fallor, circa vestiarium, seu aerarium. Adde Paulum Warnefr. lib. 5. de Gest. Langob. cap. 2. Diversus porro *Πρωτοβεστιάριος* in Aula Constantinopolitana a Protovestiarita, nam is vestiariis praeerat. De utraque dignitate passim Scriptores Byzantini. Occurrit praeterea apud Leonem Grammaticum in Constantino Porphyrog. *Πρωμαχήριος τοῦ Βασιλικοῦ βεστιαρίου*; quae quidem dignitas Comitivae sacrarum largitionum olim fuisse annexa colligitur ex Senatore loco citato.

Πανυκομήτης] Nicetas Panucometes infra pag. 346. D

Πρὸς τὰς ἔξωθεν ἑλεπόλεις] Nam *oppugnantium machinis per alias machinas consuevit obsisti* ait Vegetius lib. 4. cap. 8. 22. et 29. Pag. 110. A

Ὡς γεφύρᾳ] Similem machinam sic describit Sugerius in Lud. VI. cap. 10. *Erigitur tristegas tres pugnantibus porrigens supereminens machina, — haerebat machinae eminenti pons ligneus, qui se excelsius porrigens cum paulisper demitteretur super glandem facilem descendentibus pararet ingressum.* Et Nicolaus de Braia in Gestis Ludovici VIII. Pag. 111. A

Tunc ex quadratis, visu mirabile, lignis
Erigitur turris, a cuius culmine cerni
De facili poterat quidcumque fiebat in urbe
Quodque fuit maius, pons ligneus arte paratur
Longus et extremus et muris altior urbis,
Armatis via tuta viris, Marti timor ingens,
Quem duplices gessere rotae etc.

Extant eiusmodi turrium Pontibus instructarum figurae apud Nic. Rigaltium ex Bitone et aliis in Notis ad Onosandrum et apud Lipsium in Poliorceticis.

Χαρζάνην] De quo fluvio infra non semel, qui Panyasus, ni fallor, olim dictus, et ad Dyrrachium in duos scinditur alveos, quorum alter *Arzenta* Sophiano nuncupatur, vocabulo ad Charzanem haud abludente. D

Νικολάου τέμενος] Meminit huius pariter Templi Malaterra lib. 3. cap. 28. et Guillelmus Apul. lib. 4. D

Ὀκτωβρίου μηνός] Ordericus Vitalis lib. 7. *Mense Octobri Alexius Imperator Dyracio appropiavit* etc. Et Malaterra loco citato: *Dux ergo videns hyemem sibi imminere, mensis enim erat Octobris, inde progressus super fluvium Daemoniorum* (Drymonem) *castrum ad aestivandum con-* D

struxit, quod ex suo nomine Montem Guiscardi appellavit. Sed haec post initum cum Alexio praelium accidere. Vide infra pag. 114.

Pag. 112. D *Λέων καὶ Νικηφόρος*] Habuit Romanus Diogenes ex Eudocia Augusta coniuge filios duos. Prior Leo Diogenes Theodoram Comnenam, Alexii Imperatoris sororem, uxorem duxit. Alter Nicephorus Diogenes ab eodem Alexio, initae conspirationis reus, oculis privatus est. Anna lib. 9. et Zonaras pag. 238. Vide Bryen. lib. 1. N. 29.

Pag. 114. B *Τὰς ὁλκάδας διατρήσαντες*] Malaterra lib. 3. cap. 27. *Dux vero videns belli certamen imminere, ut suis omnem spem fugae auferendo ad defensionem sui ardentius inflammaret, naves suas a mari proiectas omnes combussit, ne forte cum acrius praelium nostris immineret, timidi certamen declinando, spe transmeandi illorsum transfugerent.*

B *Χρὴ τοιγαροῦν*] Guillelmus Apuliensis:

Castra cremat veniente die Dux providus horum,
Ut Duce digresso fas sit irrumpere nulli.

D *Τῶν θείων μυστηρίων*] Malaterra, *Mane autem facto, Dux ipse lucis crepusculo, omnesque nostri surgentes cum summa devotione hymnos Dei cum Missarum celebratione audiunt, Presbyteris compunctive confitentes peccata, muniuntur sacri Viatici ministeriis.*

D *Τῷ Ἀμικέτῃ*] Meminit Amicetae Comitis Anonymus Barensis in Chron. *A.* MLXVIII. *obiit Argyro Proedro, et Apochara Catap. et Amicetta intravit Iuvenacie.* Idem videtur, qui *Amicus Comes* non semel appellatur a Guillelmo Apul. et in rescripto quodam Rogerii Apuliae Ducis et Boemundi fratrum A. MXC. pro Bantino Monasterio in Apulia, quod ita subscribit *Amicus gratia Dei inclytus Comes.* Extat illud apud Baronium hoc anno N. 17. et 18. apud quem fit praeterea mentio Goffredi, Amici Comitis filii, in altero Urbani II. PP. Diplomate. Ab Amico Regem Croatiae captum habetur in Archivo Monasterii SS. Cosmae et Damiani Iadrensis, apud Ioan. Lucium lib. 2. Hist. Dalmat. cap. 10. et in vita Ioannis Traguriensis Episcopi: *Anno* MLXXV. *tempestate qua Comes Amicus Regem Croatiae cepit.* Sed de Amico Comite et eius familia plura mox ad pag. 117.

Pag. 116. A *Ἡ δὲ Ἰαΐτα*] Testatur etiam Guillelmus Apul. in hoc praelio Amazonis instar pugnasse Roberti uxorem et in eo vulneratam:

Uxor in hoc bello Roberti forte sagitta
Quadam laesa fuit, quae vulnere territa, nullam
Dum sperabat opem, se pene subegerat hosti,

Navigio cuius se commendare volebat
Instantis metuens vicina pericula lethi.
Hanc Deus eripuit, fieri ludibria nolens
Matronae tantae, tam nobilis et venerandae.

Ἐπεὶ δὲ Πελεκυφόροι] Malaterra loco citato primam B
istam Varangorum cladem pariter refert. Contigit vero hoc praelium *Feria* III. *die S. Lucae Apostoli et Evangelistae A.* MLXXXII. ut autor est Anonymus Barensis, qui Annae hac in re concinit. Sed errat Anna, cum ait initum Indict. 4. nam hoc anno mense Octobri currebat Indictio 5.

Περὶ τὸ τέμενος] Ecclesiam S. Nicolai, non Michaelis, C
habet hoc loco Malaterra.

Κωνστάντιος] Constantius Porphyrogenneta, Constantini D
Ducae Imperatoris ex Eudocia filius, Michaelis Parapinacae frater, idem, opinor, qui Zonarae et Scylitzae Constantinus. Narrant quippe ii Scriptores liberos sex habuisse Constantinum, tres masculos, totidem sequioris sexus: ex masculis Michaelem et Andronicum parentibus privatis natos, Constantinum patre iam Imperatore. ideo Porphyrogennetam dictum, et ornamentis Imperatoriis a patre donatum. Is a Nicephoro Botaniata contra Turcos Orientem incursantes cum imperio missus, conciliatis militum animis, purpuram induit, a quibus postea Nicephoro traditus in Monasterium trusus est et in Insulum relegatus. Botaniata in ordinem acto, priori conditioni restitutus, Alexio militavit ac demum in praelio Dyrrachino caesus vitam amisit. Guillelmus Apul.

Occidit hoc bello Regni spoliatus honore
Constantinus et est subhumatus honore decenti.

Ubi Constantinum ait *spoliatum honore regni*, quia vivo patre, ut refert hoc loco Anna, Imperator acclamatus fuerat. Hanc etiam Porphyrogennetae caedem attigit Zonaras de hac clade scribens: *καὶ ἡττηθεὶς ἀκλεῶς ἔφυγε, πολλῶν ἐκεῖ πεσόντων, οὐ τῶν τυχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ὑπεροχαῖς καὶ βασιλείου τυγχανόντων ἐξ αἵματος.* Id attigit praeterea Glycas.

Πέτρος τοῦ Ἀλίφα] Petrus ille, *Francigena* Orderico Pag. 117. B
lib. 7. pag. 645. dictus, deinceps sese adiunxit Alexio, cuius ille opera variis in negotiis usus legitur apud Annam lib. 5. et cum Francis Proceribus qui A. MXCVII. expeditionem Hierosolymitanam aggressi erant, dum per Thraciam et Byzantii fines iter faciunt, Constantinopoli in Syriam profectus est, uti narrat eadem Anna lib. 11. Petri cognomen tam varie apud Scriptores rerum Hierosolymitanarum exaratum invenitur, ut familiae et gentis vestigium ex iis agnosci vix queat: etsi erunt forte qui Aliphae, seu Allifae, Samnii celebris

quondam oppidi, dominium obtinuisse censebunt, cum Normanni provinciam istam occuparunt, eoque deturbatum a Wiscardo aut Rogerio transiisse in partes Alexii Imperatoris indeque cognomen retinuisse: sed Aliphae oppidum Normanno alicui Proceri paruisse non tradunt istius aevi Historiographi. Apud Tudebodum Edit. Du-Chesnianae lib. 2. *Petrus de Aluph*, apud Baldricum lib. 2. et Ordericum lib. 9. *Petrus de Alfia* nuncupatur. Tudebodus Editionis Bongarsianae, Robertus Monachus lib. 3., Guibertus lib. 4. cap. 1. *Petrum de Alpibus* appellant. Sane extat in Provinciae Comitatu, in Vicaria Barjolensi, Castellum vetus in veteribus chartis *de Alpibus* et incolis *Aulps* hodie vocitatum, quod Sibylla, Gaufredeti de Agouto, Treti et Toloni Domini, filia unica, testamento suo 14. Aug. A. MCCLXI. in familiam Blacassiam, a qua etiamnum hac tempestate possidetur, transfudit, institutis haeredibus Blacasseto et Guillelmo de Bellodinari fratribus, Bonifacii Blacassii cognati filiis, quos pueros penes se educarat, sibique invicem substituis, uti ex Legendario Ecclesiae Tolonensis docemur. Ab hoc castro Petri derivatum cognomen in Historia Gallobyzantina statuisse me lubens agnosco, nec discedo omnino ab sententia, cum hanc firmare videatur Amici Comitis, de quo paulo ante egimus, cum Petro consanguinitas, quos iisdem constat parentibus eademque familia prognatos. Amicorum porro, vel, si mavis, Amiciorum gens, non Normannica, sed Provincialis fuit, ex qua extitit Giraldus, Amici Gravesonis in Tarasconensi Vicaria Dominus, qui a Nostradamo An. MCL. memoratur; ille, opinor, qui Adelam Raynerii de Castellari et Garcennae Forcalcariensis filiam matrimonio sibi iunxit, ex quo prodiit Guillelmus Comes Forcalcariensis, vulgo Adelae filius ex matre cognominatus. Fallitur enim Antonius Ruffius in Hist. Comitum Provinciae, dum ait Adelam Bertrandi Comitis filiam fuisse, cum repugnent acta varia, quae asservantur in Archivo Regis Christianissimi, in quibus Guillelmus Raynerii gener dicitur. Subscribit praeterea Diploma Raimundi Comitis Tolosani A. MXXCVIII. Guiraudus Amicus, in Tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 160. Petrus Amici, et Berengarius Amicus chartam aliam Petri Regis Aragonum et Mariae Montispessul. A. MCCIV. Ibid. pag. 218. et 219. Iam vero ad stabiliendam nostram de Petri et Amici familia et consanguinitatis affinitate coniecturam praestat utriusque Stemma, quantum ex Guillelmo Apuliensi delibare id licuit, perstringere. Petro et Amici patri communis fuit parens. Petrus Comitis titulo a Guillelmo donatus et inter Francos et Normannos, qui primi in Italia sedem fixerunt, ditior habitus, ab Humfredo Comite

Arch. Reg. Tolosa, Sacco 12. tit. 15. Sac. 17. tit. 9. Sac. 20. tit. 32.

et Drogone Humfredi fratre postea victus et captus, liberos habuit Goffridum et Petrum. Goffridus prior vita excessit, relicto filio impubere Richardo, cuius, quoad suae fieret aetatis, patrimonium rexit Petrus patruus. Erat illud potissimum in Apulia Peucetia, ubi oppida et castra ab avo pleraque in ora maris extructa vel instaurata obtinebat; Andrum videlicet, Tranum, Coretum, Barolum, Buxilias, praeterea Tarentum. Quod oppidum cum a Petro repeteret Guiscardus, qui illud a fratre sibi concessum contendebat, ortum est inter illos bellum. Petri partes sectatus est Amicus Iuvenacii et Spinacioli Comes, aut Dominus, Petri consanguineus: Amico enim *patruus Petri pater* extiterat, inquit Guillelmus Apul. Captus in hoc bello Petrus, pace tandem a Guiscardo impetrata, oppida quae perdiderat recepit, excepto Trano. Sed haud multo post Petrus rursum in rebellionem delapsus Iordano, Capuano Principi, qui a Guiscardo desciverat, una cum Amico, Abagelardo Humfredi filio, Roberto Comite Montisscabiosi, Goffredo de Conversana Roberti fratre et aliis adiungitur. Quo in bello Iuvenacium Guiscardi partes secutum frustra ab Amico, cuius erat, et sociis obsidione tentatum est. Pace firmata inter Iordanum et Guiscardum, cum Amicus Spinaciolum, cui filius praeerat, amisisset, cum Guiscardo reconciliatur. Petrus vero, cui Tranum et Tarentum abstulerat Guiscardus, recepto Trano, ab eodem perinde pacem obtinet. Amico praeter Goffredum filius fuit Gualterus, qui a Guillelmo Apul. non semel memoratur. Gesta esse haec bella A. MLXXXII. autor est Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 33. 34. et 35. quibus exactis et finitis, Petrus et Amicus cum Roberto in Dalmatiam traiecerunt, uti hoc loco Anna commemorat. Extincto Roberto, Petrus ad Alexium transiit, mox cum Francis Nobilibus in Syriam profectus Praefecturam in ea expeditione et Principatum Caesareae in Cappadocia obtinuit. Inde in Graeciam reversus Alexio contra Boemundum meruit ac demum Didymotichi in Thracia fortunae suae sedem fixit. Autor est enim Nicetas in Man. lib. 2. N. 4. quatuor fratres Petraliphas ex Francica gente oriundos, qui eo aevo Didymoticum incolebant, Manueli Imperatori bello contra Siculos C. An. MCLII. militasse, in quibus fuere Nicephorus et Alexius Petraliphae, de quibus Cinnamus lib. 5. et 6. Quos quidem a Petro de Alipha, cuius hic mentio fit, prognatos suadet cognomen et temporis vel annorum ratio. Enimvero constat Petralipharum familiam in Palatio Constantinopolitano primas obtinuisse. Recensentur enim ab eodem Niceta in Isaacio lib. 3. N. 8. Inter Archontes, seu viros urbis primarios, qui in Isaacium Angelum

conspirarunt, Ioannes ὁ *Πετραλίφας*, a quo genus ducebat Theodorus, non semel ab Acropolita memoratus, cuius soror nupsit Michaeli Angelo, Dyrrachii Duci, quod etiam scripsit Gregoras. Intricatum hoc Petralipharum et Amiciorum Stemma retexet subiectus Index Genealogicus.



D *Τούρκους*] Turcos hoc in bello Alexio militasse autor est praeterea Guill. Apuliensis.

Pars quoque Turcorum cum Graecis interit ingens.

Pag. 118. C *Ὑπερκειμένη Πέτρα*] Quin et ipsi rupi *Petrae* nomen tribuit Guillelmus Apuliensis:

Et properare loco moneat, qui Petra vocatur,
Ecclesiae Sancti Nicolai proximus iste
Est locus.

Castrum dicitur Papiae: *Dyrrachium est mons Epiri. Ibi est castrum quoddam Petra dictum.* Et alibi *Petra, forte castrum in Epiro.* Certe Petris inaedificabantur Castella. S. Prosper de Provid. Dei:

Non Castella Petris, non oppida montibus altis
Imposita etc.

Σγουρίτζην] Ita dictus equus Bryennii a colore sub- Pag. 119. B
fusco, subobscuro, seu Badio, uti vocant, nigro: Graecis enim recentioribus *σγοῦρος* est obscurus. Narratio de Bertrando Romano Graecobarbara MS. *ξανθὸς καὶ σγουροκέφαλος, εἰόφθαλμος καὶ ὡραῖος.* Eiusmodi coloris equos *Brunos bayos* vulgo appellamus. Computum Hospitii Regis Fr. A. MCCCXII. ubi de equis, qui a Rege Militarem ordinem ab eo consecutis in Festo Pentecostes concessi sunt, eorum colores sic recenset: *Ferrandus, bayus, grisus, grisus liardus, niger, brunus, brunus bayus, favus, brunus favus, bauçantus, bayus bauçantus, bayus favus, ruffus liardus, varius, niger bauçantus, brunus bayus signatus, liardus pommeletus, morellus, grisus pommeletus, niger stellatus in fronte, clarus bayus, niger maletinctus, albus ferrandus, albus grisus, niger grisus, brunus grisus ferrandus, morellus maletinctus*, etc. Sed de equorum coloribus consulas velim Gruterum pag. 341. Palladium de Re Rustic. lib. 4. cap. 13. et Isidor. lib. 12. Orig. cap. 1.

Ἐπιλαμβάνει τὴν Ἀχρίδα] Hinc erroris arguuntur Sa- Pag. 122. A
bellicus et Collenutius, qui Alexium in Peloponnesum fugisse scribunt.

Βενέτοις] Malaterra lib. 3. cap. 29. *Erat autem ea* B
tempestate apud Duracium Venetianus quidam, nomine Dominicus, nobili genere, cuius providentiae maior turris ad tuendum delegata erat etc.

Ἀρβανῶν] *Ἀρβανοὶ*, qui *Ἀρβανῖται* Scylitzae in Niceph. D
Phoca, hodie Albani. *Ἀρβανιτία*, Albania, in Poemate MS. cui titulus *Θρῆνος*, seu lamentatio de capta a Turcis CP.

Ἔχεται δὲ τὴν Βουλγαρίαν καὶ τὴν Ἀρβανιτίαν.

IN LIBRUM V. ALEXIADIS NOTAE.

Ὁ μέντοι Ῥόμπερτος] Malaterra lib. 3. cap. 27. *Nostri* Pag. 125. A
itaque victoriam adepti, Duce eos reprimente, haud longe fugientes persecuti sunt, sed ad Castra eorum regressi, Dux in tentoriis Imperatoris hospitatur. Guillelmus Apul.

Dux in Alexinis remorari tempore castris
Non multo propter putrefacta cadavera curat.

Ἰωαννίνα] Ioannina, Acarnaniae, seu Aetoliae oppidum, A
olim Cassiope dictum, Episcopali sede insigne sub Metropolitano Naupacti. Huius mentio est apud Porphyrogenn. in Basilio cap. 16. Cantacuzenum lib. 2. cap. 34. Ioannem Anagnostam cap. 18. Laonicum lib. 1. Gregoram etc.

Ἤροδον τῷ Ῥομπέρτῳ] Venit Dyrrachium in potestatem Roberti proditione Dominici, Nobilis Veneti, cuius mox memini, qui in proditionis praemium filiam Willelmi Principatus Comitis, eiusdem Roberti ex fratre neptem, in uxorem obtinuit, uti narrant Malaterra lib. 3. cap. 18. Ordericus Vitalis lib. 7. et Guillelmus Apul. lib. 4. qui pluribus historiam et modum capti Dyrrachii prosequitur. Unde mirum, cur Anna proditorem hunc Melphensem faciat, cum in confesso sit ex praedictis Scriptoribus fuisse natione Venetum. Huc spectant quae habet Willelm. Malmesbur. lib. 4. Hist. a quo hausit quae in eamdem sententiam scribit Albericus A. MLXXXI. *Cum oppidani fiducia moenium iactitarent ideo urbem Duracium nominatam, quod contra omnes obsidiones imperterrita duraret: Et ego, inquit Guiscardus, vocor Durandus et eousque in obsidione dūrabo, quo civitati nomen auferam: ut non Durrachium, sed Mollucium amodo dicatur. Cuius responsi constantia effecit, ut confestim pavefacti portas aperirent.*

Pag. 126. A *Μορμολυχθείς*] Guillelmus Apuliensis:

Lachrymatur Alexius hostem
Praevaluisse sibi, cui nec par copia gentis
Nec par census erat, discedit saucius ipse,
Cogitur et lachrymans inglorius ille reverti,
Gloria cui fuerat frustra sperata triumphi.

B *Νεάζων τὴν ἡλικίαν*] Erat Alexius cum Imperium occepit annorum circiter 33. vixit enim iuxta Zonaram annos 70. a quibus si 37. cum aliquot mensibus, quot imperavit, demantur, restabit numerus annorum supradictus.

B *Δεάβολιν*] Deabolis Nicephoro Gregorae lib. 3. et Nicephoro Callist. lib. 17. cap. 28. *τὸ τῆς Διαβόλεως ἄστυ*, Acropolitae cap. 80. et Pachym. lib. 2. cap. 11. Duplicem Deabolim statuit idem Acropolita cap. 49. Magnam et Parvam. Unde forte *Δεαβόλεις* numero multitudinis effert Cantacuzenus lib. 1. cap. 55. Hodie *Diavoli*, haud procul a lacu Achridis. Vide Ius Graecor. pag. 285. et Not. ad pag. 380.

Pag. 127. A *Βοτανειάτου*] Addit Editio Hoescheliana *καὶ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα.*

Pag. 128. A *Εἰς τοὺς πάλαι κειμένους νόμους*] Iustinianaeas Leges intelligit, quibus rerum et Cimeliorum Ecclesiasticorum alienatio prohibetur, excepta causa redemptionis captivorum, L sancimus, Cod. de Sacr. Eccles. Nov. 7. 65. et 120.

A *Καὶ τοὺς Κάνονας*] Vide D. Gregor. lib. 6. Epist. 13. 35. lib. 7. Indict. 2. Epist. 14. D. Ambros. lib. 2. de Offic. cap. 28. a quo Gratianus deduxit Canonem *Aurum habet*

Ecclesia. 12. Quaest. 3. Exempla de distractis Ecclesiae vasis ob redemptionem captivorum, vel alimoniam pauperum, prostant apud Priscum in Excerptis de Legat. Victorem Uticens. lib. 1. Possidon. in Vita S. Augustini cap. 24. Socrat. lib. 7. cap. 21. Hoveden. pag. 731. Radulf. de Diceto pag. 630. Monachum S. Mariani A. MCLXXIX. etc. Vide praeterea in eamdem sententiam Epistolam Melchioris Incoferi in Notis Allatii ad cap. 3. Acropolitae.

Χαράγματος] *Χάραγμα* est moneta signata. Ducas, B *Χάραγμα ἀργυρῶν χιλιάδας ς΄. Character* Paulo Diac. lib. 19. Hist. Misc. *Χαράσσειν νομίσματα καὶ Μιλιαρήσια* apud Syncellum. Hinc *Paracharagma*, moneta adulterina, apud Cassianum Collat. 1. cap. 20. 22. et Collat. 2. cap. 9. et *Paracaraximus*, apud Petrum Damianum lib. 2. Epist. 1. quam vocem sic interpretatur Aelfricus in Gloss. Saxon. *Paracaraximus: Flas pening.* id est, falsus denarius. Inde etiam *Paracharactae* dicti, qui falsos nummos cudunt L. 8. Cod. Theod. de Falsa moneta. *Παραχαράττειν τὸ δίκαιον* dixit Anastasius Sinaita. Vide Innoc. Ciron. lib. 2. Obser. Iur. Canon. cap. 2. et Meursium.

Περὶ τῶν μὴ χρησιμευόντων] Vasa superflua Ecclesiae D distrahi posse sanxit Iustinianus Nov. 120. non tamen ex omni causa, sed tantum si ipsa Ecclesia debitis praegravetur. Porro iam antea Heraclius moturus in Persas, cum aerarium prioribus bellis exhaustum esset, ex Templorum et Aedium Sacrarum donariis et vasis nummos conflaverat, ut autor est Theophanes.

Χαλκοπρατείοις] Chalcopratia forum aeris venalis in- Pag. 129. A terpretatur hoc loco Possinus. Sane extitisse olim Constantinopoli vicum, seu plateam sic dictam ab officinis aerariis, testantur Codinus in Orig. et Leunclavius in Pand. Turc. cap. 248. quemadmodum alia fuit ab Argentariorum officinis, *Ἀργυροπρατείων* appellatione donata, ut autor est Theophanes A. v. Iustiniani. *Vicum Argentarium* dixit S. Augustinus lib. 7. de Civit. Dei cap. 4. Verum secus censet Cujacius ad L. 7. C. de Colleg. et Chartoprat. lib. 11. contendit enim locum hunc perperam Chalcopratia a Scriptoribus vocari, cum Chartopratia dicere debuissent, in quo nempe erant officinae, ubi chartae distrahebantur. Nam fuit in urbe Constantinopolitana, ut ait Iustinianus Nov. 43. *πολλὴ ἡ τῶν χαρτῶν ἀφθονία.* Sed sive Chalcopratia officinae fuerint aerariae, seu chartariae, id pro certo haberi debet eas officinas non intellexisse Annam; siquidem de Templis agit, a quibus *τὰ μὴ χρησιμεύοντα ἱερὰ* abstulit Alexius, in quibus fuerunt valvae argenteae Chalcopratiorum Aedis, Deiparae sacrae, cui

id nominis a loco, ubi inaedificata erat, inditum. De eius conditore variae sunt Scriptorum sententiae. Cedrenus enim Theodosium Iuniorem condidisse Templum Chalcopratiorum, et Deiparae sacrasse commemorat, cum locus is antea esset Iudaeorum Synagoga. Cedreno concinunt Glycas et Ioelus. Theophanes vero et ex eo Anastasius in Hist. Eccl. et Paulus Diac. lib. 16. Hist. Misc. Iustinum Aedis Chalcopratianae conditorem agnoscunt traduntque eo perinde extitisse loco, ubi antea fuerat Iudaeorum Synagoga, haud procul a Magna Ecclesia. A Theophane et caeteris dissentit Chronicon Alexandrinum, in quo Marciano et Pulcheriae uxori attribuitur. Theodorus Lector Eccl. 1. quem sequitur Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. et 49. solam Pulcheriam conditricem agnoscit. Denique Iustinianus Nov. 3. cap. 1. a Verina Leonis M. uxore aedificatam scribit. Sed haec ita concilianda sunt, uti iam olim monuimus, ut dicamus a Theodosio inchoatam, a Pulcheria confectam, a Verina postmodum et Iustino de novo instauratam. De hoc Templo agunt praeterea idem Theodorus Lector Eccl. 2. Gregorius II. PP. Epist. 2. ad Leonem Isaurum, Cedrenus in Mauricio, Porphyrogen. de Adm. Imp. cap. 29. et Gyllius lib. 2. cap. 21.

D *Λατρευτικῶς οὐ σχετικῶς*] Id est, cultu Latriae, qui soli Deo competit, non vero per accidens et respectu Prototypi, qui Theophani A. Leonis Isauri X. *σχετικὴ τῶν σεπτῶν εἰκόνων προσκύνησις* dicitur: *affectivam Imaginum adorationem* vertit Anastasius in Hist. Eccl. Quo spectant illa ex Act. 4. Synodi Romanae sub Stephano IV. PP. apud Holstenium in Collectione Romana: *non sicut Deos Imagines adoramus nos fideles, absit, sicut Pagani: sed tantummodo affectum et charitatem animae nostrae ad vultum facici Imaginis optamus.* Quae verba sumpta sunt ex VII. Synodo Act. 1. *Καὶ προσκυνῶ, οὐχ ὡς θεούς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν σχέσιν καὶ πόθον τῆς ψυχῆς μου, ὃν εἶχον πρὸς αὐτοὺς τὸ πρῶτον καὶ ἀρτίως ἐνδεικνύμενος, παρακαλῶ πάντας αὐτοὺς ὁλοψύχως πρεσβεύειν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς Θεόν* etc. Act. 2. de Imaginibus: *καὶ ταύτας σχετικῷ πόθῳ προσκυνοῦμεν.* Constantinus Manasses in Theophilo *κατὰ σχέσιν* dixit:

Καὶ γὰρ ἀπεχθαινόμενος ταῖς ἱερογραφίαις,
Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ καὶ τῶν Μαρτύρων,
Τοὺς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ σχέσιν σέβας,
Ἐν ὑποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.

Ioannes Damascenus lib. 3. de Cultu Imag. *προσκυνοῦμεν οὖν ταῖς εἰκόσιν, οὐ τῇ ὕλῃ προσφέροντες τὴν προσκύνησιν, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τοῖς ἐν αὐταῖς εἰκονιζομένοις· ἡ γὰρ τῆς εἰκόνος τιμὴ εἰς πρωτότυπον διαβαίνει.* Eadem habet VII.

Synodus Act. 7. p. 686. Edit. 1618. Vide Theophan. Ceram. Homil. de SS. Imagin. Vitam S. Theophanis Confess. editam ab Henschenio 12. Martii cap. 16. et Turcogr. Crusii pag. 51. et 498.

Σωζόπολις] Sozopolim ad Pontum Euxinum pariter statuit Cantacuzenus lib. 1. cap. 3. *τὴν Σωζόπολιν κατὰ τὸν Εὔξεινον Πόντον, πολυάνθρωπον οὖσαν καὶ μεγάλην πόλιν.* Sozopoleos mentio fit praeterea apud Annam pag. 362. Tzetzem Chil. 12. Hist. 396. et Samuelem Guichenonum in Allobrogum Principum Historia, ad An. MCCCLXVI. Aliam eiusdem appellationis urbem in Pamphylia statuunt Nicetas in Ioan. N. 4. Scylitzes et Tageno Pataviensis: in alterutra natus Ioannes Patriarcha Constantinopolitanus, de quo Gregoras lib. 6. Pag. 130. B

Ὁ Μεθύμνης] Methymna Ptolemaeo et aliis est Lesbi Insulae oppidum. Vide infra pag. 206. Est etiam Aeliano lib. 14. *περὶ ζώων* cap. 20. urbs Cretae Insulae. Ab alterutra dictus, quisquis fuit, Legatus iste, quem Methymnae Episcopum fuisse coniicio. Est enim Methymna urbs Episcopatu insignis apud Allatium de Eccl. Occid. et Orient. consens. lib. 2. cap. 12. In Concilio Nicaeno I. subscripsit Andreas *ἐπίσκοπος τῆς Μεθυμνείων πόλεως τῆς Λεσβίων νήσου*, ut est in schedis Sambuci apud Seldenum ad Eutychii Origines pag. 127. De hac porro Alexii ad Henricum Legatione Bertholdus agens: *His temporibus Constantinopolitanus Imperator maximam pecuniam Henrico quondam Regi transmisit, ut Robertum Guiscardum Ducem Calabriae et Apuliae, coniuratum militem Domini Papae, in ultionem eiusdem Regis bello appeteret.* Conradus Abbas Usperg. A. MLXXXIII. *Eodem tempore Legati Graecorum venerunt munera multa et magna in auro et argento, vasisque ac sericis afferentes.* C

Κῆδος ἐπλήρωσαι] Vide supra pag. 94. Pag. 131. A

Τὴν τοῦ Ῥηγὸς Ἀλαμανίας] De hac Henrici IV. in Italiam expeditione consulendi Bertholdus Argentin. Uspergensis, Leo Ost. Hugo Flavin. Marianus Scotus, Otho Frising. Sigebertus et alii. B

Βαϊμοῦντον] Guillelmus Apuliensis: C

Robertus geminis exacto navibus anno,
Adriacis undis loca rursus ad Appula transit,
Is primogenito populum commiserat omnem,
Cui nomen Boemundus erat, pariterque Brieno.

Καί φησιν] Comparanda haecce Roberti oratio cum ea quae extat apud Ordericum lib. 7. pag. 642. Consulendus etiam Gaufr. Malaterra lib. 3. cap. 33. C

Pag. 132. A *Ἐναυθεντεῖν*] Hesychius *Αὐθεντεῖν, ἐξουσιάζειν.* Phrynichus, *Αὐθέντης, ἐπὶ τοῦ δεσπότου, οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες.* Vide quae de huius vocis notatione habent praeterea Meursius et Fabrotus in Gloss. et Allatius lib. 1. de Eccl. Occid. et Orient. perpet. consens. cap. 21. N. 4.

C *Εἰς τὸ Σαλερινόν*] Robertus, relicto Illyrico, in Italiam Gregorio Papae opem laturus traiicit anno Christi MLXXXII. Ita Malaterra lib. 3. cap. 33. 37. Leo Ost. lib. 3. cap. 52. et Sugerius in Lud. VI. cap. 9. totam expeditionis istius Historiam sic exequitur Guillelmus Apul. lib. 4.

Cannis destructis Romam molitur adire
Contra Gregorii Romani Praesulis hostem
Henricum, cuius iamdudum obsederat urbem.
Plurima barbaries annis remorata duobus,
Altera tormentis murorum moenia fregit,
Et turres multas invictae diruit urbis.
Iamque sibi fuerat pars subdita Transtyberina,
Gregorius quadam fuerat conclusus in arce,
Quae munita satis, non expugnabilis ulli
Esse videbatur, miri structura laboris.
Hanc et munierat fidae custodia gentis.
Robertum tantos ubi novit inisse paratus,
Et sibi cum tantis inferre conatibus arma,
Rex fugit Henricus, Ducis hunc audacia terret,
Et virtus totam iam notificata per Urbem,
Expectare verens hunc, ad loca tuta recessit.
Robertus Romam properans vi perforat Urbis
Egregiae muros; tamen auxiliantibus ipsi
Paucis Gregorii fautoribus: inde quibusdam
Aedibus exustis, violenter ab obsidione
Liberat obsessum iam tanto tempore Papam:
Hunc secum magno deducit honore Salernum.
Post Ducis abscessum, Papam concesserat illis
Ipse Ravennatem Guibertum, qui scelerata
Mente pari insurgens, Regnum praesumpsit adire
Sedis Apostolicae, Clemens a plebe vocatus.
Agmina Romuleae Dux urbe reducta Salerni
Dimisit, numquam par huic exercitus haesit.
Millia sex equitum, triginta millia Romam
Duxerat hic peditum: sic uno tempore victi
Sunt terrae Domini duo, Rex Alemannicus iste,
Imperii rector Romani maximus ille:
Alter ad arma ruens armis superatur, et alter
Nominis auditi sola formidine cessit.

Στρέψας τὰς ἡνίας] Willelmus Gemeticensis lib. 7. Pag. 133. A
cap. 43. *Hic Robertus duos Imperatores in uno vicit praelio, Alexium Graecorum in Graecia, Henricum Romanorum in Italia. Satis enim victus est Henricus, qui audita fama Ducis Roberti, nec viribus Saxonum nec Alamannorum nec etiam moenibus urbis quae caput est Orbis, confisus, vel tutus, concitus aufugit.* Willelmus Malmesb. lib. 3. de Gest. Angl. *Nec sustinuit nuncium advenientis* (Roberti) *Henricus, quin cum falso Papa, sola fama territus terga daret.* Vide Hugonem Flaviniacens. in Chronic. pag. 229.

Ἤιττης] Cladem Boemundi ad Larissam intelligit, quam B
hoc libro commemorat. Adde Zonaram pag. 236.

Μῆνα Μάϊον] Anno scilicet Chr. MLXXXIII. D

Ἀνύποιστον] Primum Gallorum impetum atrocissimum D
semper fuisse, ut nec sustineri posset, testantur passim Scriptores, Memnon, Polybius lib. 2. Livius lib. 27. 34. et 38. Silius Italic. lib. 8. Frontinus lib. 2. etc. Vide praeterea eamdem Annam pag. 134. 135. 283. 325. Petrum Diac. lib. 4. Chronic. Cassin. cap. 41. et Ioann. Sarisberiensem lib. 6. Polycrat. cap. 16.

Τὴν νικῶσαν εἶχεν] Expugnatis Ioanninis, ad Artam, Pag. 134. C
urbem ad Ambracium sinum positam, castra statuerat Boemundus; cui, dum obsidetur, opem dare volens Alexius, a Boemundo fugatur. Hanc Boemundi victoriam narrant Malaterra lib. 3. cap. 29. Ordericus Vitalis lib. 7. pag. 644. et Willelmus Malmesb. lib. 3. pag. 107. praesertim vero Guillel. Apul. lib. 5. hisce Versibus:

Post ubi Robertum cognovit Alexius esse
Aequore transvectum, vires reparare minutas
Nititur, absentisque Ducis perfringere castra.
Haec duo servabant vi consilioque potentes,
Filius ille Ducis Boemundus, et iste Brienus.
Haud procul a Ianina, non parvi nominis urbe,
Partis Alexinae populus sua castra locarat.
Multiplici partem praemunit Alexius illam
Obice plaustrorum, quam pervia planicici
Ad pervadendam facilem vicinia reddit.
Ferrea cum tribulis omnes saliunca viarum
Praepedit accessus, ut laxis hostis habenis
Dum dimittet equos, pedibus figatur equorum.
At nebula Danaum prospectus impediente,
Illuc Normanni per vitibus aspera densis,
Plenaque carectis loca pervenere latenter.
Obstat congrediens paulisper Alexius illis:

Sed non instantes sufferre diutius illos
Evaluit, petiitque fugam, victusque recessit.
Urbem Thessaliae superatus Marte secundo
Appetit egregiam, vulgus hanc vocat Salonichin.

Anna non Thessalonicam, sed Achridem post hanc cladem Alexium venisse scribit; in caeteris consentit Guillelmus, nisi quod unicam ex duabus, quas ipsa agnoscit Anna, victoriis conficit. Nam in priori praelio plaustrorum obice, in altero tribulis usum Alexium Anna commemorat.

Pag. 135 A *Διὰ τῶν στρούγων*] Editio Hoeschelii habet *στρουγῶν*. Sunt vero *στρουγαὶ* Bulgarica lingua fossae, stagna, vivaria, e quibus magnus piscium proventus parabatur, pro quo tributum pensitabatur quotannis fisco Imperatoris. Theophylactus Arch. Bulg. Epist. 41. *καὶ γὰρ ἐπί τε τοῖς μύλοις διπλασίω οἱ Κληρικοὶ, ἢ οἱ Λαϊκοὶ ὑπετέλεσαν. καὶ ἐπὶ τῶν Βουλγάρων μὲν γλώτταις λεγομέναις στρουγαῖς, (Ἕλλην δ' ἀνὴρ διώρυγας ἂν ταύτας ἐρεῖ) ἰχθύων ἄγραν προξενούσαις, καὶ ἐπὶ ταύταις δὲ πολλαπλασίω τῶν τοῦ κοινοῦ πλήθους ἐζημιώθησαν.* Et paucis interiectis, *τοπάρων λιμναῖον strugas* interpretatur; *καὶ ἐπί τινι τοπαρίῳ λιμναίῳ ἰχθύων ἄγραν διδόντι πένισσαν.* Ioannes Phocas in Descript. Terrae Sanctae N. 20. Achridis situm describens, paludi inaedificatam tradit, unde aqua emergit, in variis terrae convallibus restagnans, quas *strugas* accolae vocant: *ἔχει γοῦν σχήματος ἡ πᾶσα ἔρημος, καὶ ὁ Ἰορδάνης ἅμα τῇ Νεκρᾷ τῶν Σοδόμων θαλάσσῃ κατὰ τὸν ἡμέτερον στοχασμὸν τῆς τοῦ θεάματος θέσεως Ἀχρίδος, ἐν τούτῳ τὴν ἐναλλαγὴν μόνην φαινομένην, ἐν τῷ μὲν ἀπὸ τῆς λίμνης Ἀχρίδος ἐξέρχεσθαι ὕδωρ εἰς διαφόρους τῆς γῆς περιλιμναζόμενον φάραγγας, ἃς στρουγὰς οἱ τῆς ἐκεῖσε γῆς οἰκήτορες ὀνομάζουσιν* etc. In his porro Annae, Theophylacti et Phocae locis, intelligi planum est alveos illos, quos olim Samuel Bulgarorum Rex, Lychnitidem paludem, cui Achridis inaedificatum oppidum, exhaurire volens fecerat: qua quidem in palude maximam vim piscium fuisse testatur Nicephorus Callist. lib. 17. cap. 28. *ἐξ ἧς καὶ πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἰχθύων ἀγρεύεται.* Anna lib. 12. fossas istas et alveos Lychnitidis paludis *τάφρους* vocat. Vide p. 371.

Pag. 136. B *Εἰς Θεὸν*] Pietatem Alexii et caeteras animi dotes commendat etiam Ordericus Vitalis lib. 7. *Erat*, inquit, *prudens et probus, audax et largus et amabilis omnibus.* Et mox: *Erat multum sapiens et misericors pauperibus, bellator fortis et magnanimus, affabilis militibus, munerumque dator largissimus, divinae legis cultor devotissimus.* Fuit tamen Alexius, ut ait Malmesburiensis lib. 2. *Astutia et fraudibus, quam probitate notior.* Vide Annam pag. 231.

Πουντέσῃ] Expressit, ni fallor, hocce vocabulo Anna D
Gallicum *Pontoise*, seu *Pontése*, uti perpetuo effert Ordericus Vitalis, dum de oppido Pontesiano agit, ut et Ivo Carnot. Epist. 28. Sed et fluvius Isara, cui illud adiacet, hodie *Oyse* dictus, *Esia* nuncupatur a Vibio Sequestro. Fuit igitur *Pontes* iste Comes Annaeus ex familia Pontesiae, seu Velocassium, vel, si mavis, Vilcassini Comitum: cuius cognominis eo florebant aevo *Radulfus*, cognomento Delicatus, et *Heremarus de Pontesia*, (cuius mentio est apud Vitalem lib. 3. pag. 496.) Amalrici filii, Drogonis Pontesiae, seu Vilcassini, et Ambianorum Comitis nepotes, qui quidem Radulfus et Heremarus, eorumque liberi, quod Pontesiani oppidi partem aliquam haereditario possiderent, nonnunquam Pontesiae Comites indigitantur in veteribus tabulis. Radulphi meminerunt aliquot quae habentur in Histor. S. Martini de Campis pag. 504. 505. 506. et in Histor. Bellovacensi a Louveto edita Tom. 1. pag. 691. Stemma vero Pontesianae familiae extat apud Duchesnium in Hist. Monmorenciaca lib. 2. cap. 7.

Σκόπια] Urbs ad Axium amnem. Scopia numero sin- D
gulari apud Cantacuzenum lib. 3. cap. 42. lib. 4. cap. 19. *τὸ τῶν Σκοπίων πολίχνιον* apud Nic. Gregoram lib. 8. *τὰ Σκόπια* apud Laon. lib. 1. Scylitzem pag. 705. Annam pag. 252. et Tzetzem Chil. 12. cap. 396. *Σκόποι* Stephano Byzantino.

Ὄστροβον] *Οστροβος λίμνη* haud procul a Bodenis, D
Acropolitae et Scylitzae pag. 705. 711. Meminit etiam istius paludis Cantacuzenus lib. 4. cap. 19. hodie *Ostro*, in charta Sophiani.

Σερβίων] Urbs ad confinia Botiaeae et Thessaliae, *τὰ* D
Σέρβια Scylitzae pag. 704. numero multitudinis, non Servii, uti vertit Interpres, quo perinde in errore versatur Pontanus ad Cantacuz. lib. 4. cap. 19. cuius haec sunt: *ἐξεστράτευσεν αὖθις κατὰ Σερβίων, πόλις δὲ ταῦτα οὐ μικρὰ, ἐν μεθορίοις κειμένη τῆς Θετταλίας.*

Βοδηνῶν] *Τὰ Βοδηνά*, oppidum ad Erigonium fluvium, D
hodie *Vodena*. Vide Cantacuz. lib. 1. cap. 54. Bodena in Bulgaria statuit Scylitzes pag. 709. situm urbis exhibet pag. 705. his verbis: *φρούριον δὲ τὰ Βοδηνὰ ἐπὶ πέτρας ἀποτόμου κείμενον, δι' ἧς καταρρεῖ τὸ τῆς λίμνης τοῦ Ὀστρόβου ὕδωρ ὑπὸ γῆς κάτωθεν ῥέων ἀφανῶς, κἀκεῖσε πάλιν ὑποδυόμενον. Τὰ τῶν Βοδηνῶν τέμπη* habet Acropolita cap. 80.

Τὰ Μόγλενα] Urbs Episcopatu insignis apud Scylitzem D
pag. 709. 710. Cantacuzenum lib. 1. cap. 44. et 46. *Τὸ τῶν Μογλένων θέμα* habet Zonaras pag. 237.

Ἀσπράς] *Ἀσπρὸς* hoc loco Album significat. Vide Pag. 137. A
Glossaria.

A *Σαρακηνόν*] De Comite, Saraceno cognominato, silent Scriptores rerum Normannicarum. Fuit olim in Campania nostra familia hocce cognomine, cuius alicubi meminit Ioinvillaeus in Hist. S. Ludov. et charta Philippi III. Regis Franc. A. MCCLXX. in Probat. Hist. Castilioneae pag. 69. De eadem etiam quaedam habent Scipio Ammiratus et Campanilis in Familiis Neapolit. Alium eiusdem cognominis Comitem memorat Anna pag. 390.

A *Ῥεβόλδος*] Malim *Ῥενόλδος*, ut sit Renoldus, vel Renaldus, cuius nomenclaturae occurrit *Rainaldus Musca* inter Comites Normannicos, Guiscardi socios, apud Willelmum Apul. lib. 2.

A *Γελιέλμος*] Inter Nobiles Normannos, qui in Italia sedes fixerunt cum Guiscardo, recensetur a Guillelmo Apul. lib. 3. *Guilielmus filius Yvonis*, cui Dux concesserat urbem Betontinam. An vero idem, qui hoc loco ab Anna memoratur, non plane constat.

A *Κατὰ τὸν νόμον Κελτῶν*] Licebat veterum Francorum legibus de obiectis criminibus duello se purgare, quo victus pro convicto habebatur. Id passim videre est in LL. Burgundicis, Bajoar. Alaman. etc. Barclaius in Icone animorum de Gallis: *His autoribus quondam factum, ut in dubiis iudiciis, cum utrimque argumenta essent obscura, armis litigantium crederetur. In circum arenamve dimissi pugnabant, victus pro nocente habebatur. Et inde vesaniae origo hanc aetatem infestans, quae iam auctis finibus, cum olim Magistratuum arbitrio esset, hodie ad privatorum libidinem desaevit.* Vide Savaron. in Tract. de Duellis et Isaac. Pontanum lib. 6. Orig. Francic. cap. 17. Transiit etiam in Imperium Graecanicum Duellorum usus *ἐπὶ τοῖς ἀδήλοις*. Vide Pachymer. lib. 1. cap. 10.

A *Καὶ ἱππηθείς*] Iussi igitur Monomachiam cum delatoribus inire Renaldus et Guilielmus Comites, ab iis in arena coram Iudicibus devicti, tamquam rei Dei iudicio convicti, poenas dederunt. Poena vero illa, quae victo irrogabatur, varia et diversa erat pro criminis obiecti vel denegati ratione: gravior nempe in capitali, levior in leviori crimine. Verum quia leges et edicta Principum duelli iudicium seu examen nusquam fere nisi in capitalibus causis admittebant, factum inde ut extremo affectos supplicio victos plerumque legamus aut membris mutilatos. Philippus, cogn. Pulcher, Franciae Rex, in ea, quam de Duellis edidit, constitutione An. MCCCVI. *Encore voulons et ordonnons, que se le vaincu est vif, qu'il soit en estant levé, et par les Rois d'Armes, ou Heraus luy soient les esguillettes couppées, et tout son harnois*

çà et là par le champ ietté, et puis à terre couché: et se il est mort, soit ainsi desarmé, et là laissé iusqu'à nostre Ordonnance, qui sera de pardonner, ou faire iustice, tout ainsi que bon nous semblera. Harduinus *de la Iaille* in Tractatu MS. *du Champ de Bataille* ad quaestionem, qua mulctari poena victus debet, sic reponit: *Si c'est pour trahison ou meurdre, droit d'armes, raison et iustice veulent qu'il soit par le Sergent criminel couché, lié, et traisné sur une cloie, les pieds devant, hors du champ, et de là par chevaux au gibet, pour estre pendu, ou en la place de la ville avoir la teste tranchée, et le tout selon la Coustume du Duché* etc. His consentanea sunt quae habet Butelerius in Summa Rurali part. 1. tit. 39. At poena non accusato duntaxat, si superari contingeret, infligebatur, verum etiam accusanti et delatori, si duello succumberet, qui hoc in casu talionis poena plectebatur. Comes Glocestrensis in Tract. MS. de Duellis: *Bonne foy et bonne loy d'armes veut, que l'appellant ait encore mesme peine que le deffendant deveroit avoir, s'il estoit jà vaincu et desconfit.* Id disertis verbis in Legibus a Friderico I. Imperatore conditis cautum scribit Guntherus lib. 7. Ligurini:

Vulneris aut caedis convictus voce duorum,
Qui modo non fuerint violato sanguine iuncti,
Hic caput, ille manum perdat. Si teste carebit
Altera pars, facinusque volet formidine poenae
Abiurare reus, poterit iurare, volentem
Quilibet oblato licite reprobare duello,
Passurus similem, non victo crimine, poenam.

Id ipsum statuit Philippus Augustus Franciae Rex in Neustria seu Normannia nostra deinceps observandum: cum antea, non ut in caeteris Galliae provinciis, ex veterum Normanniae Ducum edictis usus invaluisset, ut delator duello victus certam pecuniae summam reo numeraret, ab omni poena de caetero liber. Willelmus Brito lib. 8. Philipp.

Quaedam aut in melius iuri contraria mutans
Constituit, pugiles ut in omni talio pugna
Sanguinis in causis ad poenas exigat aequas:
Victus ut appellans, sive appellatus eadem
Lege ligaretur, mutilari aut perdere vitam;
Moris enim extiterat apud illos hactenus, ut si*
Appellans victus in causa sanguinis esset,
Sex solidos decies cum nummo solveret uno.
Quod si appellatum vinci contingeret, omni
Re privaretur et turpi morte periret.

* *Normannos*

Iniustum iustus hoc iuste Rex revocavit,
Reque pares Francis Normannos fecit in ista.

Sane in Legibus Willelmi Nothi a Bromptono, Lambardo et Seldeno editis nihil a me eiusmodi observatum, iis locis ubi de duello agitur. Porro duello victos supremo mulctatos supplicio passim tradunt Scriptores: Annales Franc. Bertiniani A. DCCCXX. Chron. Hildesheimense A. DCCCCLXIX. Dithmarus lib. 3. Simeon Dunelmensis et Radulfus de Diceto An. MXCVI. D. Bernardus Epist. 39. Henricus de Knighton An. MCCCLXXXV. Monstrelletus 1. Vol. cap. 23. Edwardus Bysseus in Not. ad Uptonum pag. 36. etc. Arma vero duello succumbentis Comitis Stabuli erant, qui certamini iudicis loco praeerat, vel Domini, per Leges Hierosolymitani Regni, quas *Assisias* vocant, cap. 96. *Et celui qui sera mort el champ, le Seignor le doit faire trainer et pendre: et les armes dou vaincu doivent estre dou Connestable, et celles dou vainqueur qui sont brisées, et cheent sur le champ. Et se pais est faite de la bataille, puis que les Champions s'en sont laissez aler ensemble, toutes les armeures, qui sont cheus el champ brisées et entieres, doivent estre dou Connestable: et se il n'y a Connestable, doivent estre dou Seignor.* Quin etiam ipsa victi bona fisco Domini, cuius cliens, seu vassallus erat, addicebantur, siquidem capitale esset crimen, de quo accusatus fuerat. Harduinus supra citatus: *Et le reste de ses biens sont au Prince confisquez.* Libera ab omni aere alieno, ut est apud Philippum *de Beaumanoir* MS. cap. 61. *Cil qui est vaincus perd le cors, et quanque il a de quelque Signeur qui le tiegne, et vient le forfeture a casque Signeur de qui il tenoit, et si mueble, et sera tel aussi assignement dessos qu'il est troué. Et en cette maniere quiconques est condamné de lait fet, par lequel fet il doie perdre le cors, si mueble et si heritaige sont demené en cette maniere; ne li Signeur qui ont le sien par reson de forfeture, ne sont tenus à paier riens, que cil qui est condamnez du fet deust de dete.* Inter Arresta Scaccarii Paschatis A. MCCLXVII. In secundo Regesto Ioannis de S. Iusto, quod extat in Camera Comput. Paris. fol. 37. haec de eiusmodi bonorum confiscatione habentur: *De quodam homine Vicecomitatus Auribeci (Orbec) petente bona adversarii sui, quem per vadium belli devicit, et suspendi fecit, ad ipsum pertinente per consuetudinem Normanniae, ut dicebat, quae quidem bona dictus Vicecomes tenebat pro Rege, concordatum fuit, quod dictus homo victoriam habens bona mobilia habebit, et immobilia Dominis in quorum terra consistunt remanebunt, si de consuetudine debeant habere.* Denique si victus veniam et vitam a Principe

impetrasset, pro mortuo habebatur, eiusque bona Principis aut Domini, cuius clicns erat, fisco adiudicabantur. Vel si duellum initum esset in provincia, ubi bonorum confiscatio locum non haberet, transibant statim in legitimos haeredes. Extat Arestum, seu Placitum, Senatus Parisiensis latum in Festo S. Martini A. MCCLXXXI. adversus Hugonem *de Tiffauges* Valetum, sive Armigerum, qui tertiam partem Bellaevillae sibi deberi contendebat, ut quae uxori ex Mauricii de Foresta Militis, patrui, successione obvenisset, *quem dicebat pro mortuo haberi debere, pro eo quod in duello facto inter dictum Mauricium de Foresta ex una parte, et Mauricium de Castromuri ex altera, in Curia Vicecomitis Thoarcensis Domini sui, dictum Mauricium de Foresta victum fuisse dicebat.*

Καστορίαν] Castoriam paulo ante expugnarat Robertus, B
capto scilicet Dyrrachio, eiusque praefecturam Fortino de Rosana commendaverat, uti narrat Malaterra lib. 3. cap. 29.

Πελαγονίαν] Pelagonia, Macedoniae oppidum, Livio C
notum, Castoriam inter et Axium fluvium, ut habent Tudebodus lib. 1. et Cantacuzenus lib. 1. cap. 51. in patentibus campis extructum, ut est apud Nicetam in Man. lib. 3. N. 1. *Vallis Pelagoniae* meminit Raymundus de *Agiles*. Vide Cinnamum lib. 3. pag. 73. A.

Τρίκαλα] Urbs ad Strymonem fluv. Tzetzae Chil. IX. C
cap. 280. Cantacuzeno lib. 2. cap. 28. *Castrum de la Tricala* Sanuto Epist. 3. Vide Belonum lib. 1. Obser. cap. 55.

Γεωργίου] 23. April. Menolog. Gr. Codin de Off. C
cap. 15. N. 9.

Τζίβισκον] Meminit etiam Guillelmus Apul. Tzibisci D
capti, et obsessae Laodicaeae lib. 5.

Exultans capti Boamundus honore Civisci,
Obsidet insigni Larissam nomine claram,
Ad quam delatos thesauros Imperiales,
Quamque opibus magnis audiverat esse repletam.

Βοΐνον τῶν Κελλίων] *Cellia*, mons Larissae vicinus, ita Pag. 137. A
dictus a Cellis, seu Monasteriis Monachorum, quibus solenne erat montes et deserta sectari, quo vitam ab omni mundi strepitu seclusam agerent, ut alter eiusdem appellationis locus in Aegypto apud Sozomenum lib. 6. cap. 31. et Nicephor. Callistum lib. 11. cap. 38. cui id perinde nominis inditum a Monachorum cellis tradunt; *κέλλα* enim et *κελλίον* ut Latinis, ita et Graecis nuperis cella est et Monasterium. Epistola Concilii Sardicensis: *Μακάριον ἐληλυθέναι εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ διεβεβαιοῦντο.* Ioannes Patr. Hieros. in vita S. Ioan. Damasceni: *ἀπῆν δέ ποτε τοῦ κελλίου ὁ τοῦ Ἰωάννου ἡγούμενος.* Vide Annam pag. 489. Hinc *κελλιῶται* dicti Monachi,

de quibus Goarus ad Codin. pag. 73. Cellarum Thessalicarum meminit Itinerarium Hierosol. et Antonini, ut et Monasteriorum *Kelliae* Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 42. qua queritur Archiepiscopum Larissenum indebitas iis exactiones imperare. Meminit praeterea Septima Synodus Act. 4. Leonis Ἡγουμένου, seu Abbatis Monasterii τοῦ ἁγίου Γεωργίου τῶν Κελλίων. Ab eiusmodi Monachorum cellis dictus etiam forte locus *Cellae* in Aemathia et *Cellia* in Bithynia apud Annam lib. 12.

A *Βλαχικόν*] De Vlachia seu Walachia Macedonica, quam *Μεγαλοβλαχίαν* vocat Pachymeres lib. 1. cap. 30. diximus in Notis ad Villhard. N. 106. Adde Cinnamum lib. 6 et ibi Notas nostras.

Pag. 139. C *Λυκόστομον*] Lycostomum Thessaliae πολίχνιον facit Cantacuzenus lib. 2. cap. 28. lib. 4. cap. 19. Vide Ortel. in *Peneus*.

B *Τὰ τῆς βασιλείας παράσημα*] Historiam et Stratagema narrat praeterea Zonaras.

B *Μελισσηνόν*] Meminit Guillelmus Apuliensis Melisseni, cui auxiliares copias adducendas imperavit Alexius, cuius fratrem fuisse ait, quia Alexii sororem matrimonii iure sibi devinxerat. Socium praeterea addit Melisseno adiunctum Adrianum, Alexii fortassis fratrem, licet cognatum tantum dicat:

Plurima post triduum duo conduxere potentes
Agmina Graecorum Boamundo bella parantes.
Alter germanus Augusti Melisianus,
Alter cognatus, nomen fuit Adrianus.

D *Λιβοτανείνου κλεισούραν*] *Clusuras* vocabant Latini, aeque ac Graeci recentiores τὰς τῶν στενῶν παρόδους, ut est apud Leonem in Tacticis. Anna lib. 10. pag. 272. τὰ γὰρ τέμπη, ἅπερ κλεισούρας ἡ ἰδιῶτις οἶδε γλῶσσα. Hic vero Clusurae vocabulo angustias ad alveum Penei seu Salabryae fluvii, qui Ossam inter et Olympum fluit, haud dubie intellexit. Praelium enim ad Larissae urbis conspectum, quae Peneo adiacet, commissum narrat, a qua haud procul abest locus celebratissimus, Thessalica Tempe, circa Penei ostia, ad utramque eius ripam, Larissam inter et mare. Quemadmodum enim non uno loco Anna quaslibet *Clusuras* seu angustos montium aditus *Tempe* vocat, ita ipsamet Thessalica Tempe *Clusuras* nuncupavit, vocabulo synonymo. Nec obstat quod hic *Libotanini Clusura* dicitur, cum toto hoc tractu, quem a Larissa ad mare percurrit Peneus, montibus et collibus impedito et implicato, occurrant angustiae plures, seu *Clusurae*, quae ab Oppidorum aut Castrorum inibi extructorum vicinia nomen sortitae sunt, ut est illa quae pag. 141. *Dominici Palatium*

appellatur, in ipsismet Thessalicis angustiis. Tzetzes Chil. IX. cap. 280.

Τέμπη δὲ καὶ κοιλώματα Θετταλικὰ καὶ ὄρη,
Ἃ Πηνειὸς διέκοψεν ὁ ποταμὸς ἐκρέων,
Καὶ μέσος δὲ φερόμενος ῥοῦν κατασύρει τούτων.

Vide Cioffanum ad 7. Metamorph. Sic in Alpibus, quas Eustathius ad Dionysium a voce Gallica *κλεισούραν* denotante dictas opinatur, quae extant angustiae a locis proximis nomen sortiuntur. *Clusas* et *Clusuras* in Alpibus passim legimus apud Prosperum Aquit. in Chronico, Fredegarium et alios Francicae Historiae Scriptores. Quo quidem *Clusae* nomine in iis superest etiamnum Castrum, in praeruptis et altis Rhodano imminentibus saxis positum, de quo Hist. Episcop. Autissiod. cap. 54. et Rhellicanus ad Iul. Caesaris lib. 1. de Bello Gallic. Illud idem, quod Ennodius in vita B. Epiphanii *Clusuras* vocat. *Clausuras* etiam statuit in Pyrenaeis Iulianus Toletan. in Hist. Wambae Reg. *Pyrenaeorum claustra* dixit Orosius lib. 7. cap. 40. *Puertos* seu *Portus* appellant Hispani, voce Ulpiano nota, L. 59. D. de Verbor. signific. *Portas* dixit Geographus Nubiensis, ut Graeci *πύλας*, hinc Thermopylae, Necropylae etc. Porro non modo angustiae *Clusurae* dictae, sed et ipsa quae ad angustiarum munimenta aedificantur castra. Theophylactus Simoc. lib. 7. cap. 14. *ἐντεῦθεν οἱ βάρβαροι τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων περικάθηνται, κλεισούρας τῇ πατρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλεῖν ταῦτα εἰώθασιν;* quae totidem verbis habentur apud Suidam. Qui eiusmodi castris praefecti erant, *κλεισουράρχαι* dicti Graeculis, Luithprando lib. 5. cap. 8. *Clusurarum Custodes.* Sed haec nota.

Ῥεβέννικον] Oppidum ad Thessalica Tempe, *Ravennica* D
Innocentio III. PP. lib. 13. Epist. 137. lib. 14. Epist. 119. Vide Hist. nostram Gallo-Byzantinam lib. 2. N. 9.

Ἀλλαγῆς] Meminit Allagae, loci ita nuncupati, Gregoras lib. 4. quem ad Lysimachiam statuit. Idem vero *ἀλλαγὴ* sonat, quod apud Latinos *mutatio:* unde coniicere est locum fuisse mutandis equis addictum, cuiusmodi passim recensent Itineraria. Certe *mutationes* varias hoc in tractu habet Hierosolymitanum.

Βρυέννιον] Qui Guillelmo Apul. *Brienus.* Genus du- Pag. 140. B
cebat ille, non ex familia Comitum Briennensium in Campania Belgica, sed a Comitibus seu Ducibus Britanniae Armoricae; unde a Francis ortum et *τῶν ἐπιφανῶν*, hoc est ex illustrioribus, fuisse dicitur ab Anna. Brienum enim illum esse seu Briennium, cuius mentio occurrit apud Willelmum Gemeticensem lib. 7. cap. 41. Ordericum Vitalem lib. 4. ad

An. MLXVIII et Thomam Walsinghamum probabile est; filium scilicet Odonis Redonensis, Penteuriae Comitis, Alani III. Britanniae Ducis nepotem, qui Willelmum Nothum, cuius Diploma pro Monasterio Sandionysiano subscribit apud Doubletum lib. 3. cap. 12. in Angliam secutus, rerum praeclare gestarum gloria non modice inclaruit, fusis et deletis duobus Haraldi Regis filiis. In Italiam postea profectus Guiscardum adiit, a quo Constabularii, quae tum suprema erat, dignitatem obtinuit, quod hic indicat Anna: qua etiam fungebatur, cum capta ab Alexio,* cui ille praerat Castoria, in patriam, hoc est in Italiam, rediit. Nam sub Rogerio Duce, Boemundi fratre, in Apulia et Calabria eodem functum munere docent veteres chartae annorum MXCIII. et MXCVII. quas profert in Episcopis Melphensibus Fernandus Ughellus. Unde patet Brienum non Boemundi, sed Roberti seu potius Apuliae Constabularium fuisse. Boemundi vero Constabularius memoratur Nobilis Normannus, nomine Ilgyrus, qui Boemundum in Galliam comitatus venit anno MCVI. ut autor est Eadmerus lib. 4. Novorum, a quo *Magister militum Boemundi* appellatur. Ab hoc Brieno familiam Baronum Castri Brieni, seu *de Châteaubrien* in Britannia Armorica, orditur Augustinus *du Pas* in Famil. Armoric. Vide Gesta Steph. Reg. Angl. lib. 1. et 2. et Argentreum in Hist. Brit. lib. 4. cap. 40. Caeterum praelium istud ad Larissam sic perstringit Guillelmus Apuliensis:

* *Anna pag. 143. 152*

> *Obsidione suae turbatus Alexius urbis*
> *Immumera cum gente venit, pugnamque virilem*
> *Contra Normannos exercuit. Obvia namque*
> *Pugnando caedit sibi gens comitata Brienum,*
> *Non modicum spectans Boamundus collibus agmen,*
> *Imperii pariter Rectorem credit adesse.*
> *Irruit et trepidos hostes, ut nisus alaudas,*
> *Insequitur, populo Graecorum exercitus huius*
> *Terga dat: at tantus contexit pulvis utrumque,*
> *Ut neuter videat, quorsum pars altera tendit.*
> *Abdita sylvarum victi petiere Pelasgi.*

D *Καὶ γὰρ Κελτὸς ἀνήρ*] Vide pag. 398.

D *Πεδίλων προάλματα*] *Calcarium aculeos* vertit eruditus Interpres. Verum, aut fallor, intelligit Anna hoc loco prominentes et ultra pedum longitudinem prosilientes extremas calceamentorum partes, desinentes in acumen quoddam: cuiusmodi videre est in plerisque Nobilium Nostratium simulachris, ac praesertim in Comitibus Hollandiae Philippi Gallaei, quibus visis nemo est qui non ultro fateatur his extantibus aculeis

incessum cursumque impediri. Atque ideo Tactici Graecanici, cum de militum vestibus agunt, id potissimum vetant, ne eorum calcei hisce aculeis promineant. Leo Aug. cap. 6. §. 26. *τὰ ὑποδήματα αὐτῶν μὴ ἔχειν ὀξείας ἔμπροσθεν.* Istiusmodi rostratorum calceorum autorem Fulconem Andium Comitem facit Ordericus Vitalis lib. 8. non quod ille eos adinvenerit, sed quod in Galliam primus illorum usum invexerit. Nam apud Romanos viguisse calceos repandos et uncinatos, docent Cato apud Festum, Cicero lib. de Nat. Deor. Tertullianus de Pallio cap. 5. et alii, quorum ea erat forma, ut in arcuatum acumen desineret, unci ad instar in altum reflexa, unde *uncipedes* eidem dicti Tertulliano, qui calceis uncinatis utebantur. Sed et S. Augustinus Serm. de Tempore 248. gravius invehitur in *vestimentorum muliebrium affectatam similitudinem, calciamentorum quoque metas necessitatis excedentem simulatam longitudinem.* De Fulcone sic Ordericus: *Hic in multis infamis et reprehensibilis erat multisque vitiorum pestibus obsecundabat. Ipse nimirum quia pedes habebat deformes, instituit sibi fieri longos et in summitate acutissimos subtalares, ita ut operiret pedes et eorum celaret tubera, quae vulgo vocantur Uniones,* (Latinis Gemursae). *Insolitus inde mos in Occiduum orbem processit, levibusque et novitatum amatoribus vehementer placuit. Unde sutores in calceamentis, quasi caudas scorpionum, quas vulgo Pigacias appellant, faciunt, idque genus calceamenti pene cuncti divites et egeni expetunt.* Et mox: *At in istis diebus veterum ritus pene totus novis adinventionibus commutatus est. Foemineam mollitiem petulans iuventus amplectitur, foeminisque viri curiales in omni lascivia summopere adulantur. Pedum articulis, ubi finis est corporis, colubrinarum similitudinem caudarum imponunt, quas velut scorpiones prae oculis suis prospiciunt.* Idem Scriptor lib. 11. *Pervicaces nempe filii Belial capita sua comis mulierum comunt et in summitate pedum suorum caudas scorpionum gerunt, quibus se per mollitiem foemineos et per aculeos nempe serpentinos ostendunt.* Ex his Orderici verbis iam modo percipimus, cur Robertus Comes Atrebatensis apud Mathaeum Paris. A. MCCL. Angloş ut *caudatos* non semel perstrinxerit, quos caudatis et aculeatis istis calceamentis plus solito usos constat: *Nunc bene mundatur magnificorum exercitus Francorum a caudatis.* Et infra: *O timidorum caudatorum formidolositas! quam beatus, quam mundus praesens foret exercitus, si a caudis purgaretur et caudatis.* Petrus Blesensis Epist. 66. de Henrico II. Anglorum Rege: *Arcuati pedes, equestres tibiae, torax extensior, lacerti pugiles virum fortem, agilem et*

audacem denuntiant. Certe calceos rostratos in usu fuisse sub Roberto Rege, cui coaevus fuit Fulco, docet Adalbero Laudun. Episcop. Carm. ad Robertum Regem:

Coepit summa pedum cum tortis tendere rostris.

Neque unicus et solus est Ordericus in hoc ridiculo rostratorum calceorum more exagitando: Guibertus Abbas Nogenti lib. 1. de vita sua: *Vestium qualitates in tantum sunt ab illa veteri frugalitate dissimiles, ut dilatatio manicarum, tunicarum angustia, calceorum de Corduba rostra torticia, totius utique iacturam videas clamare pudoris.* Petrus Damian. lib. 5. Epist. 16. *Hic itaque nitidulus et semper ornatus atque conspicuus incedebat, ita ut caput eius nunquam nisi Gibellina pellis tegeret, — calceus postrema ad aquilini rostri speciem non falleret.* Guillelmus Malmesb. lib. 4. de Gest. Anglor. *Tunc fluxus crinium, tunc luxus vestium, tunc usus calceorum cum acuminatis* (al. arcuatis) *aculeis inventus.* Gaufridus Vosiensis cap. 74. *Longa in ocreis vel calceis rostra gestant.* Denique tradit Autor Magni Chronici Belg. A. MCCCLXXIV. sectam Chorizantium Leodiensium *rostra calceorum clamasse se abhorrere, unde in Leodio fieri tunc vetatum.* Eiusmodi etiam *rostra* vetat Regula Templariorum cap. 29. In ea gravius invehitur Gersonus Cancellarius Parisiensis, vbi de corruptis Clericorum aevi sui moribus conqueritur, Decl. def. vir. Eccl. §. 59. *Quid quod quarumdam Ecclesiarum Canonici calceis rostrati, vestibus accurtati, abiecto Clericali habitu, militarem assumunt.* Denique iis interdicuntur in Concilio Senonensi A. MDXXVIII. cap. 24. *lunati et cornuti calcei.* Cuspides autem ita demum porrexit aetas recentior, ut essent plus quam bipedales. Autor Historiae Caroli VI. in Bibl. Thuana A. MCCCXCVI. de Francis ad Nicopolim, *Vestimenta fimbriata et manicata superflue et semper calciamenta rostrata longitudinis duorum pedum et quandoque amplius deferebant: quae reprehensibilis dissolutio inter Nobiles, et specialiter Franciae vigebat.* Addit Spelmannus, adeo producta eiusmodi rostra, ut haec alii catenis argenteis, alii deauratis, plerique fibulis e bysso a tibiis suspendere cogerentur: et Edwardus IV. Angliae Rex A. MCCCCLXIV. lege sanxerit, ut nemo cuspides illas ultra duos pollices produceret, sub poena XX. solidorum. Sed rostrorum in calceis usus iam penitus in Gallia coepit obsolescere Carolo VI. regnante, uti docemur ex eodem Scriptore vitae illius, quod ea potissimum in praeliis, si aut pedes incedendum vel pugnandum esset, haud leve incommodum militibus procrearent. Sic ille de Francis cum Baiazete pugnaturis: *Et ut levius pedestres possent incedere, rostra longa et superflua calceorum*

amputarunt: quae, proh pudor! reprehensibilis et vana curiositas inter Nobiles huc usque viguerat et tunc terminata fuit. Quae quidem non minimum illustrant hunc Annae locum. Nescio an ad Orderici *Pigacias* spectent illa Willelmi de Guignevilla, Poetae Vernaculi:

Au lignolet le veux cauchier, *De las de soie desguisez,*
Et neuve robe li baillier, *Rouges et vers entremeslez,*
Li contoier de joielles, *Du cointement* ESPIGACHIER
De tablettes et de coudelles, *Le veux toûjours, et couchier*
De grefle coroie ferrée, *Toutes les nuis mult noblement,*
Et de bourse papelotée, *Et li faire son aisement.*

At unde *Pigaciarum* vox iis seculis inducta sit, fateor nihil mihi occurrere, ut et quare apud Martinum de Bosco-Gualteri in vita B. Mariae de Malliaco dicantur eiusmodi calceorum rostra *Poulainiae* vocabulo istius Autoris aevo, hoc est C. A. MCCCL. innotuisse. Sic vero ille Scriptor cap. 5. §. 36. *In illis diebus nobiles et potentes illam sotularium acutiam longissimam, quam Poulainiam vocabant, penitus contempserunt: inter quos Miles quidam Reginaldus nomine, tibia et pede protensis illam a sotularibus suis amputari permisit, voluit et praecepit: et hoc in domo Reginae, ut caeteris in posterum transiret in exemplum.*

Κονίσαλος] Idipsum observat Guillelmus Apuliensis loco citato. Pag. 141. A

Σαλαβρία] Ita dictus recentiori aevo Peneus. Eustath. ad Dionys. *Πήνειος ὁ νῦν Σαλαβρίας καλούμενος.* Tzetzes Chil. 9. cap. 280. B

Καὶ Σαλαμβρία παρ' αὐτοῖς βαρβάροις ἰδιώταις.

Οὐζᾶς] Usas vel Usus a gente et natione, inquit Anna, nomen sortitus. Sunt vero Usi Scythici populi et Hunnici, Patzinacis et generis praestantia et multitudine haud inferiores, *Husi* Raimundo *de Agiles* et Tudebodo lib. 2. dicti. De his agunt Zonaras in Const. Duca et Romano Diog. Scylitzes in Monomacho et Const. Duca, Porphyrogenneta de Adm. Imp. cap. 9. 10. et 37. Tzetzes Chil. 8. cap. 224. et Anna pag. 170. 201. Pag. 142. C

Οἱ γὰρ Σικελοί] De Siculorum defectione a Graecis agunt Scylitzes, Zonaras et Malaterra lib. 1. cap. 7. et seq. Pag. 143. D

Μιχαὴλ τῷ Ψέλλῳ] De Michaele Psello consulendus omnino vir diffusae lectionis Leo Allatius in illa erudita et ubere, quam de Psellis instituit, dissertatione, Romae edita, ut in Diatriba de Simeonibus. Pag. 144. B

Ναῷ τοῦ Κύρου] Aedes Sacra Deiparae, Cyri dicta a conditore Cyro Consule et Praefecto Praetorio, Theodosio C

Iuniore imperante: cuius etiam iussu murorum urbis Constantinopolitanae instaurationem suscepit. Theophylactus Simoc. lib. 8. cap. 8. *τῷ ἱερῷ τεμένει τῆς Θεομήτορος προσεπέλασεν, ὃ Κῦρον τὸν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Αὐτοκράτορος γεγονότα δείμασθαι λόγος καθέστηκεν ἀψευδής.* Agunt praeterea de hocce Templo Theophanes A. Mauricii XX. Anastas. in Hist. Eccl. pag. 84. Paulus Diac. lib. 17. Histor. Misc. Scylitzes in Mich. Paphlag. Codinus in Origin. pag. 54. Edit. Reg. Meminit vero Nicetas in Man. lib. 6. N. 5. Imaginis Deiparae magno populi concursu ea in Aede cultae.

Pag. 145. C *Ὕπατος τῶν Φιλοσόφων*] Hinc discimus Ioannem Hypatum, natione Italum, cuius opera quaedam Philosophica et Rhetorica recenset Gesnerus in Bibl. eumdem esse cum Italo Annaeo. Id enim suadet omnino Hypati, non cognomen, sed dignitas. Psello quippe urbe digresso Italus *Ὕπατος τῶν φιλοσόφων* audiit. Erat autem dignitas, quae recensetur inter caetera Palatii Constantinopolitani Officia apud Math. Monachum, omittitur tamen a Codino. Hanc praeterea obtinuere Constans Vestarcha apud Allatium Dissert. 2. de libris Eccl. Graecor. pag. 169. Michael Psellus sub Alexio apud Scylitzem: Amyrnaeus quidam sub eodem Augusto apud Theophylact. Bulg. Arch. Epist. 40. Michael Anchiali et Theodorus Irenicus Cuspas Patriarcha CP. lib. 4. Iuris Graeco-Rom. pag. 303. 304. et aliquot alii apud Balsamonem ad Canon. Apost. pag. 621. 673. Nec obstat quod idem Gesnerus tradit quaedam Ioannis Hypati scripta Andronico Regi dicata. Fuit enim is Andronicus, non Comnenus, sed secundus Constantini Ducae Imperatoris filius, quem parens una cum aliis filiis, Michaele et Constantino, Imperatorem dixit, uti testantur Zonaras et Scylitzes. Sed et florebat Italus Michaele Duca imperante, vel certe ante adeptum ab Alexio Imperium, quod diserte Anna ait pag. 148. Neque alium ab Italo fuisse Ioannem illum Philosophum censuerim, quem idem Theophylactus Epist. 45. hortatur ad patientiam, et ut inimicis virtutem eius impetentibus viriliter obsistat. Unde liquet Epistolam hanc scripsisse Theophylactum post exactum urbe Italum. Quaedam alia eiusdem opera Philosophica habet Philippus Labbeus in Nova Bibl. pag. 113. 383.

Pag. 146. B *Διελέγετο γὰρ καὶ ἔπεσι καὶ χερσίν*] Quod in disceptationibus vitandum praesertim monet D. Ambrosius lib. 1. de Offic. cap. 22. *Absit pertinax in familiari sermone contentio: quaestiones enim magis excitare inanes quam aliquid utilitatis afferre solet. Disceptatio sine ira, sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione: et sicut in omni actu vitae id cavere debemus, ne rationem motus excludat,*

sed teneamus consilii locum, ita etiam in sermone formulam eam tenere convenit, ne aut ira excitetur, aut odium, aut cupiditatis nostrae, aut ignaviae aliqua exprimamus indicia.

Ἰασίτας] Iasitam nescio quem habet Theophylactus Epist. 33. Alium eiusdem nominis Ioan. Tzetzes Chil. 5. cap. 17. Iobum Iasitam Pachymeres lib. 5. cap. 17. Vide Notata ad pag. 502. Pag. 147. A

Τὰ δόγματα ἀναθεματίζονται] Ioannis Itali Anathematismi recitantur in Ecclesia Graeca die Orthodoxiae sacro editique sunt in Triodio, ex quo hominis dogmata cuivis cognoscere licet, cui haud absimilis fuit, qui in Gallia post aliquot annos floruit Abailardus. Pag. 149. C

IN LIBRUM VI. ALEXIADIS NOTAE.

Ἔστι δὲ ἡ θέσις] Castoriam lacu cinctam undique repraesentat etiam Cantacuzenus lib. 1. cap. 54. *Καστορίας δὲ αὐτῆς ὀχυρωτάτης οὔσης διὰ τὸ πανταχόθεν περικλύζεσθαι τῇ λίμνῃ.* Ad Botiaeae confinia statuit idem Scriptor lib. 2. cap. 24. Intra Tantessanos montes lib. 4. cap. 21. Castoriae occurrit praeterea mentio apud Scylitzem, Gregoram lib. 2. Alderisium Clim. 5. part. 4. Castoriae vero ab Alexio expugnatae apud Zonaram; sub mensem Nov. Ind. 7. An. Chr. MLXXXIII. ut est apud Annam pag. 166. Pag. 152. A

Ὅπερ] Rectius Editio Hoeschelii *διόπερ*; a Castro enim in Isthmi angustiis extructo, Castoriam dictam vult Anna. A

Διὰ τοῦ μολίσκου] Quid hoc loco Anna velit, disquirit in Glossario Possinus putatque hocce vocabulo aggere firmatam molem, cuiusmodi obiici stagnis ac fluminibus solent, intelligi: ita ut Alexius advectas curribus scaphas trahi per crepidinem paludis deponique in eam iusserit. At alia mihi, pace tanti viri, suboritur sententia, reorque *μολίσκον* nihil aliud esse quam parvulum portum, seu angustum meatum, quo egeruntur Paludis Castoriam incingentis aquae in Erygonem fluvium, per quem scaphas suas immiserit Alexius. Nam et a molibus, seu crepidinibus portuum, quarum obiectu maris atrocitas retunditur, Portus ipsi *Moles* nostris et Italis dicuntur. Vita S. Virgilii Archiep. Arelatensis: *Ad littus aequoris, quod vocatur Molis, accessit, ubi insidiator ille quasi navem onerariam advenisse fallaciae speciem imaginis ante oculos ausus est confingere* etc. Hinc Graeci *μόλον* et *μοῦλον* efformarunt eadem notione. Theophanes An. v. Phocae ait Constantinam Mauricii Imp. uxorem, eodem quo coniux loco, sublatam a Phoca *ἐν τῷ μούλῳ Εὐτροπίου.* Pag. 153.

Idem enarrans Scylitzes habet *ἐν τῷ μόλῳ Εὐτροπίου*, ex quibus emendandum Chronicon Alexandr. in quo perperam, Librarii forte oscitantia *εἰς τὸν μῶνον τοῦ Εὐτροπίου* irrepsit pro *μῶλον*, aut *μόλον*, ubi istorum Scriptorum Interpretes *μόλον* et *μοῦλον* recte *Portum* vertunt. Simocatta enim lib. 8. cap. 11. et Codinus in Orig. CP. pag. 58. caesum Mauricium scribunt Chalcedone *εἰς τὸν λεγόμενον Εὐτροπίου λιμένα*. Idem Theophanes A. Copronymi XXIV. narrat Christinum quemdam Magaritam, seu Apostatam, *ἐν τῷ μούλῳ τοῦ Ἁγίου Θωμᾶ* ignis supplicio extinctum. Extat in Anthолog. Gr. cap. 27. Epigramma *εἰς μῶλον ἐν Σμύρνῃ τῇ θαλάττῃ ἐπικείμενον*, in quo *Μῶλος* sic describitur:

Τίς βύθον ἠπείρωσε, τίς ἐν ῥοθίοισιν ἔτευξεν
Ἀκτὴν ἀμφιρύτην λάεσι μαρμορέοις;

Est igitur *μολίσκος* diminutivum a *μόλος*, parvulus portus; quam vocem pro lapide molari usurpasse videtur Leo in Tact. cap. 19. §. 7.

Pag. 154. A *Παυλικιανούς*] Paulicianos cum Manichaeis hoc loco Anna et alibi saepe confundit; erant enim Pauliciani Manichaeorum asseclae. Timotheus Presbyter lib. *περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ· Γειτονεύουσι δέ πως καὶ ἀγχίθυροί εἰσί τινες τῶν αἱρετικῶν, ἤγουν ἔν τισι τῶν δογμάτων αὐτῶν βλασφήμων πρὸς ἀλλήλους, οἵτως Ἀϊτιανοὶ τῷ Ἀρείῳ, Ναυάται Σαββατιανῷ, — καὶ Παυλικιανοὶ τοῖς Μανιχαίοις.* Vide Notata ad pag. 450.

D *Μοσυνόπολιν*] Villharduino *Mosynople*. Vide Observ. nostras ad hunc Scriptorem.

Pag. 155. C *Τὴν ἐνεγκαμένην*] Philippopolitanum provinciam. Vide infra pag. 158. et 450.

Pag. 156. A *Βρέβια*] Laudant hunc Annae locum Cujacius ad L. 4. de conveniend. fisci debit. P. Pithoeus in Gloss. ad Capit. Car. M. Meursius, Gretzerus et alii. Est autem *Brevis* inventarium, rotulus, vel chartula continens indicem, seu summariam rerum quarumpiam descriptionem. Glossae Graecolat. *Πιττάκιον, Pittacium, brevis.* Glossae Iuris, *βρεβεῖον, ἡ καταγραφή. Βρεβείοις, Χαρτείοις.* Codex Canonum Eccles. Afric. *καὶ τὸ βρεβίον, ὅπερ τῇ ἐπιστολῇ προσέδησαν.* Can. 34. *ἐν τούτῳ τῷ βρεβίῳ τῷ ἀποδρεφθέντι ἐκ τῆς ἐν Ἱππῶνι συνόδου.* Adde Can. 93. Veget. lib. 2. cap. 19. *Quando quis commeatum acceperit, vel quot dierum, annotatur in brevibus.* Lampridius in Alexandro Severo: *Milites suos sic ubique scivit, ut in cubiculo haberet breves et numerum et tempora militum.* Annales Fr. Bertiniani An. DCCCLXIX. *Ut Episcopi, Abbates et Abbatissae breves de honoribus suis, quanta mansa quisque haberet — deferre curarent.* Acta Murensia. *Con-*

tinentur in supradictis capsulis reliquiae aliorum quorumdam Sanctorum, cum quibus breves non inveniuntur. Utuntur passim hac notione Scriptores, S. Hieron. Epist. 5. S. Bened. in Reg. cap. 32. 41. Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 41. Gregor. Turon. lib. 4. Hist. cap. 41. Lupus Ferrar. Epist. 80. Udalricus lib. 1. Consuet. Clun. cap. 52. Capit. Car. C. tit. 31. cap. 19. Hinc *inbreviare* in breves redigere, describere apud Eckehard. Iun. De Casib. S. Galli cap. 16. Hincmar. in Praefat. opusc. 55. Hoveden. pag. 779. Annal. Fr. Bertin. A. DCCCLXIX. Ignot. Cassin. cap. 6. etc.

Σορῷ τῆς Βασιλ. Ζωῆς] Refert Zonaras Constantinum B
Monomachum Imp. extinctam Zoem Porphyrogennetam coniugem muliebriter luxisse novaque illam apotheosi caelitum numero adscripsisse et pari cum Angelis ipsis honorasse cultu: quod fungus ex eius tumulo germinasset, tamquam fuerit, ut dicere solebat, *σημεῖον ἄνωθεν οἰκονομηθὲν, ἵνα μὴ ἀγνοεῖται ἡ βασιλὶς τοῖς νοεροῖς συντεταγμένη δυνάμεσι*; id est, signum aliquod ex industria procuratum, quo Imperatricem Zoem eodem, quo caeterae Potestates Angelicae, in caelis ordine collocatam mortales intelligerent. Tunc etiam ex hac fictitii miraculi occasione probabile est elatam a Monomacho coniugis Thecam a loco, ubi iacebat, varioque auri et gemmarum ornatu decoratam in Secretarium demum translatam repositamque inter caeteras Divorum Thecas.

Σεκρέτῳ] Diximus supra ad pag. 84. *Secretum* apud Pag. 157. B
Scriptores Byzantinos pro foro Iudiciali, seu loco in quo exercentur Iudicia vulgo accipi, quod potissimum ex Novella Manuelis Comneni probavimus. Id praeterea adstruit Codinus in Orig. ubi de loco *Τόποι* dicto: *ἔνθα Ζήνων ἔκρινε τοὺς μετὰ Βασιλίσκου καὶ Σέκρετον τὸν τόπον ἐποίησε.* Primus a civili ad Ecclesiasticum forum Secreti nomen transtulit Paulus Samosatenus Episcopus, quod ei inter damnationis capita obiectum olim fuit in Synodo Antiochena, ut autor est Eusebius lib. 7. Hist. Eccles. cap. 30. Ecclesiastica Secreta Constantinopoli octo recensent Scriptores; Patriarchae duo, Maius et Minus; alia M. Oeconomi, M. Sacellarii, M. Sceuophylacis, Chartophylacis, Minoris Sacellarii, ultimum denique M. Protecdici, quod caeteris postremo est adiunctum. De Secreto Maiori Patriarchae, seu potius Aede ita nuncupata, in qua Iudicia sua exercebat, agunt Theophanes, Paulus Diac. et S. Nicephorus, qui Aedi Sophianae proximum, sive in ipso Patriarchio, extitisse scribit, Imaginibus ex opere musivo adornatum. Eiusdem etiam meminit Michael Cerularius Patriarcha CP. in Edicto de proiecto pittacio apud Leon. Allatium. Secretum Minus ita nuncupatum est, quia

erat Aedes priori capacitate inferior: unde *μικρὸν δόμημα* dicitur eidem Nicephoro, Imaginibus ex opere musivo aeque adornatum. De hoc posteriore Secreto agunt Theophanes, Scylitzes et Xiphilinus Patriarcha in Sancito quodam apud Leunclavium. In utroque Secreto Synodos egisse Patriarcham ex praedictis Scriptoribus colligitur. An vero in altero horum Secreto asservata fuerit Zoae Theca (seu *σορὸς*) vix ausim definire; cum parum vero consentaneum sit in loco Iudiciario collocatam fuisse a Monomacho. Extitit praeterea Aedes alia Constantinopoli Secreti nomine donata; quam in ipso Palatio statuere videntur Simocatta lib. 8 cap. 8. et Theophanes A. XXV. Iustiniani, illa forte, quam a Prasina factione una cum Praetorio, Scriniis et Carceribus incendio consumptam A. Phocae VII. narrat idem Theophánes.

B *Ἀντιφωνητοῦ*] *Ἀντιφωνητὴς* Harmenopulo lib. 3. tit. 6. Basilicis et I. C. Graecis dicitur reus pecuniae constitutae, qui pro alio constituit, quem Galli vocant ex verbo *Répondant*, uti observatum a Cujacio ad Paul. lib. 1. Sentent. tit. 20. et ex Narratione de Salvatoris dicti *Ἀντιφωνητοῦ* Imagine, quae extitit Constantinopoli in Tetrastylo, edita a Combefisio, abunde constat. Qua etiam notione *Responsalis* vox usurpata legitur in veteri charta Hugonis Lingonensis Episc. A. MCCXXI. In Tabul. Campaniae Thuani fol. 171. *Nos nobilem mulierem Blancham illustrem Comitissam Campaniae constituimus plegiam et responsalem.* Est igitur verborum Annae sensus, Alexium certam pecuniae summam quotannis Secreto ex aerario publico a vectigalium curatoribus decrevisse inferendam vice sponsionis eius, quae ex auro et argento Thecae Zoae circumposito conflata erat. Porro emissa ab Alexio hac ipsa tempestate Novella, seu Bulla Aurea, de Ornamentis Ecclesiae non auferendis, quae extat in Iure Orientali data mense Aug. v. Indict. An. M. VIMDXC. Christi MLXXXII.

B *Βουλὴ ἀνεφάνη*] Confer Zonaram in Alexio.

C *Δομεστικάτου*] Dignitas Domestici; quae vox occurrit rursum apud Annam pag. 168. et 304. In Novella Theodos. de Scholarib. apud Balsamon. ad Can. Apost. et Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 8.

Pag. 158. A *Φιλίππου*] *Πόλις Φιλίππου* non est Philipporum urbs, sed Philippopolis, cuius confinia incolebant eo aevo Pauliciani.

B *Παρίστριον νεμομένων Σκυθῶν*] Scythae Istri fluvii accolae *Παρίστριοι Σκύθαι* dicuntur Scylitzae in Monomacho. Constantinus Manasses:

Ἔβλεψε τοῦτον Δάνουβις καὶ Σκύθης Ἰστρογείτων.

Παρίστριος πεδιὰς apud Nicetam in Man. lib. 6. N. 1.

παρίσια, eidem lib. 4. N. 1. *τὰ κατὰ Βρανιζόβαν καὶ Βελεγράδα*. V. Annam pag. 190. 271. et Notata ad pag. 242.

Λόγον ἀσφαλείας] Anna rursum pag. 249. 292. *Verbum* B
securitatis dixit Paulus Diac. lib. 23. Histor. Misc. *Vellem effugere et venire ad te, transmitte ergo mihi verbum securitatis, et quos hic habeas amicos, ut hoc eis credam, et mecum occurrant.* Alibi *Verbum* nude, lib. 18. et 19. etc. Ita *Sermo tuitionis* apud Marculfum lib. 1. cap. 24. *In verbo ponere*, in L. Salica tit. 14. et 59. et apud Gregor. Turon. lib. 9. Histor. cap. 19. et 27. hoc est, in suam tutelam recipere. Hinc nostris loquendi usus familiaris, *donner sa parole, en parole de Roy.* Quo spectant quae de verbis Episcoporum habet Petrus Blesensis Epist. 51. *Verba Episcoporum, qui Apostolorum sunt filii et haeredes, vim iuratoriam in se habent, ut in eis iusiurandum sit, quod est verbum simplex in aliis, et quod in aliis est simplex periurium, sacrilegium sit in illis.* Id etiam convenit Regum et Principum promissis, quibus solenne est fidem suam nude interponere, praesertim quando cum subditis quidpiam agunt, aut iis aliquid pollicentur.

Ὁ Καρκῖνος] Vide Michaelem Apostolium Proverb. C
Cent. 11. §. 11. et infra pag. 247.

Ἴδον] Tres extitere Wiscardo ex Sigelgaita coniuge filii Pag. 159. B
masculi; *Rogerius* Dux Apuliae; alter *Robertus*, qui subscribit Diploma Rogerii fratris Ducis Calabriae pro Ecclesia Consentina A. MXCIII. apud Ughellum Tomo 9. Ital. Sacr. pag. 257. nec multo post obiit; tertius *Guido*. Is navali praelio cum Venetis inito interfuit, uti Anna commemorat. Fratrem deinde Boemundum in Expeditionem Sacram proficiscentem comitatus, fortiter iis in bellis se gessit, eoque nomine celebratur a Tudebodo lib. 4. Roberto Mon. lib. 6. Baldrico lib. 3. Guiberto lib. 5. cap. 26. et 27. et Willelmo Tyrio lib. 6. cap. 11. Periit tandem ille ex febri, Boemundo fratre Dyrrachium obsidente Anno Christi MCVII. ut docemur ex Scriptore Historiae Hierosol. pag. 608. apud Bongarsium; tametsi probabilius soluta iam obsidione et pace Alexium inter et Boemundum firmata obiisse, ex iis quae ab Anna narrantur lib. 13. pag. 388. et seq. Orderico Vit. lib. 11. pag. 824. et vet. Scriptore qui extat To. 4. Hist. Franc. pag. 95.

Βοθρεντόν] Rogerus Hovedenus: *Ad exitum Insulae de* C
Cuverfu in Romania est Castellum desertum, quod dicitur Butentrost, super littus maris, in quo Iudas proditor natus erat. Buthrotum Geographis, uti supra monuimus. Servius ad illud Virgilii lib. 3. Aeneid. *Et celsam Buthroti ascendi-*

mus urbem; haec civitas est in Epiro, cuius pars est Chaonia, quae ante Molossia dicta est.

D *Διεπέρασεν*] Traiecit iterum Robertus in Illyricum mense Septembri, anno scilicet Chr. MLXXXIIII. ut autor est Malaterra, lib. 3. cap. 40. Gesta in hac ultima Roberti expeditione multis refert Guillelmus Apul. lib. 5. quae ad illustrandam Annam integra, etsi prolixiora, hoc loco damus; cum hic egregius Scriptor, licet semel editus, haud omnibus obvius sit.

His ita completis animos intendit ad illud
Propositum, quod mente diu tractarat agendum.
Electos igitur nautas, et quos magis aptos
Militiae novit, secum facit ire Tarentum.
Huc cum gente sua navis convenerat omnis.
Classis magnificos ibi militiaeque paratus
Instruit, expensis naves implentur et armis.
Portum Brundusii, qui tutior esse videtur,
His comitatus adit. Transire veretur Hydrunti,
Quo brevior transcursus erat, quia tempus adesse
Coeperat Autumni, tranquilla recesserat aestas.
Unde timens ratibus, mora ne qua noceret Hydrunti
Ex tempestatis subitis incursibus ortae,
In portu tuto fit tutus classe recepta,
Expectat flatus prudenti mente secundos.
Inde valefaciens uxori littore stanti,
Restantique simul populo cum coniuge, coepit
Finibus Ausoniis iam non rediturus abire.
Armatis centum viginti navibus aequor
Transfretat Adriacum, genito comitante Rogero,
Qui patris esse sequax armorum strenuitate,
Et placida cunctis affabilitate studebat.
Duxit praeterea naves, oneraria quarum
Lex erat, has et equis sumptuque replevit et armis,
Et variis rebus, quas aequoris exigit usus.
Aequore transvectos exercitus ille coegit,
Quem Ducis egregii servabat filius alter.
Exegere fere menses in littore binos,
Tempestate gravi bellum differre coacti.
Temperie placida portum redeunte relinquunt,
Et contra Venetum naves Danaumque Chelindros
Certamen navale parant. Dux quinque triremes
Ducit, ducendos commisit quinque Rogero:
Roberto totidem fratri, totidem Boemundo.
His aderant ratium suffragia iuncta minorum.

Innumeris bello Danai duxere Chelindros:
Altera turba novem confisa triremibus altis,
Quas habiles bello magis esse Venetia novit,
Roberti naves dum conspicit inferiores
Esse suis, audacter eis congressa recessit,
Atque interpositis Danaum praefulta Chelindris,
Iactibus innumeris telorum desuper hostes
Sauciat, et ferri se pondera magna minatur
Iacturum, ne classis eis inimica propinquet.
Vix in ea navi, quae fert ad bello Rogerum,
Quilibet illaesus reperitur, et ipse lacerto
Saucius, obstanti stat cedere nescius hosti,
Immemor illati sibi vulneris: ardor honoris,
Quantus adesse solet victoribus, incitat illum.
Hunc pater insigni decoratus saepe triumpho
Accit, et accitum maiori classe Chelindros
Dissociare iubet. Patris impiger ille iubentis
Iussa sequi properans cum quinque triremibus illis,
Quae sibi commissae fuerant, inferre Chelindris
Bella parat, Danai nihil hoc pugnante repugnant,
Sed passim fugiunt, ut aves obstare volanti
Non audent aquilae, cursuque latere fugaci
Coguntur lepores, dum ne rapiantur aduncis
Unguibus, et rostro metuunt cibus esse voraci.
His ita dimotis stat sola Venetica classis.
Robertus genitique sui, dum stare fugatis
Graecorum ratibus solas videre triremes,
Invasere suis cum ratibus acriter illas,
Tamque fuit vehementi impulsus impetus horum,
Ut septem mersis non posse Venetica classis
Elabi speret, solis sed stare duabus
Navibus ad bellum nil profuit: hostibus omnes
Cedere coguntur, solito Dux more triumphat.
Classe triumphata secum duo millia victor
Ad portum ducit de pugnatoribus istis,
Qui magis obstiterant, quorum audacia maior.
Praeter eos alios quingentos annumeravit,
Qui capti fuerant: septem, fugientibus Argis,
Argolicae naves sunt hoc certamine captae.
Qui castrum Coryphi servare fideliter illi
Solliciti fuerant, solvuntur ab obsidione,
Quam passi fuerant, Dux dum metuendus abesset.
Exin victrices et victas ducere naves
Procurat tutis stationibus, ut locet illas

Temporis hyberni Dux incumbente pruina,
Naves et nautas ibi collocat et remorari
Dum placide redeant aestatis tempora iussit.

Pag. 160. B *Κασσόπης*] Urbs portu insignis, a qua Brundusium navigabatur. Ulpian. L. 1. §. 12. D. de Exercit. Act. *Ut ecce naves, quae Brundusium a Cassiope, vel a Dyrrachio vectores traiiciunt.* Quo loco Laz. Baysius lib. de Re Navali *Cassopa* legendum censet, ut et apud Ciceronem lib. 16. Epist. Fam. 9. aitque oppidum esse Corcyrae Insulae ex Plinio lib. 4. cap. 12. ubi etiam ab Anna videtur statui. *Catzope* dicitur Hovedeno et Bromptono A. MCXCI. *Cassiopi Castrum* D. Gregorio M. lib. 12. Epist. 2. 3. et 8. hodie *Cassopo.* Vide Thomam Porcacchum de Insul. Est praeterea eiusdem appellationis Thesprotiorum urbs in Epiro, de qua Geographi.

B *Λιμένα Πασσάρων*] *Πάσσαρον* Molossiae in Epiro locus apud Plut. in Pyrrho et Livium lib. 45.

D *Κονταρίνου*] Ex illustri Contarenorum Veneta gente, ex qua prodiere Duces aliquot Reip. Venetae.

Pag. 161. A *Ἄχρι δευτέρου ζωστῆρος*] Theodorus Prodrom. lib. 5. *τῶν κατὰ Ῥοδάνθην* pag. 225.

Ἐκ δευτέρου ζωστῆρος ἄχρι καὶ τρίτου
Πίλοις κατεσκέπαστο ναστοῖς παχέσιν.

Τρίτος ζωστὴρ apud Constant. Manassem in Theophilo et Nicetam in Man. lib. 2. N. 1. qui *ἕσχατος ζωστὴρ* dicitur Zonarae in Theophilo.

B *Λαμπρὰν νίκην*] Hanc Roberti navalem victoriam in mensem Novembrem coniicit Romualdus Archiepiscopus Salernitanus: *Dux Robertus collecto agmine iterum in ultramarinas partes statuit proficisci. Quod dum Imperatori Alexio compertum esset, suum direxit exercitum cum multitudine navium simul cum exercitu Venetianorum, ut maris iter Duci prohiberetur. Contra quos Dux Robertus una cum filio Rogerio, cum navibus suis non segniter progressus, cum iis acriter conflixit mense Novembri, et navali praelio commisso, Dux Robertus una cum filio suo Rogerio victoriam capiens maxima caede prostravit eos, quorum quidem multi in mare demersi, plures autem capti, nonnulli vero per fugam vix elapsi sunt, sicque prostratis hostibus Dux ipse simul cum Rogerio filio exultans tripudio adiit Boemundum, filium suum, quem in terris, quas ibi conquisierat, dereliquit cum suo exercitu Imperium Constantinopolitanum invadere cupiens.* Anonymus vero Barensis initum Ianuario mense A. C. MLXXXV. Robertum inter et Venetos navale praelium scribit: *A.* MLXXXV. *Indict.* VIII. *transiit Robertus in Ro-*

mania mense Octobri. In mense Ianuarii commisit bellum in mare cum ipsi Benetici, et vicit.

Βενετικοί] De tertio hoc praelio, vel saltem Venetorum ista victoria silent prorsus Scriptores. Sabellicus dec. 1. lib. 5. ter Venetos cum Roberto mari dimicasse tradit, ac primo quidem praelio Roberti classem debellasse, aliis cladem passos. *Nec ita multo post in Alexii gratiam Veneti in Normannos moverunt, eodem ferme loco ubi prius, sed longe alio eventu pugna commissa est. Victi quidem adeo insignem cladem Veneti accepere, ut ex numerosa classe, quam eo Silvius duxerat, (quia alii mediis aquis caesi, alii capti essent) paucissimi evasisse dicantur.* Et mox de tertio praelio: *Circa Dyrrachium per haec quoque tempora a Graecis Venetisque Phalerii* (Ducis Venet.) *ductu adversus Guiscardum, nec meliore eventu quam antea Silvio Duce pugnatum reperio.* C

Λοῦχαν Βενετίας] Ob praestita sibi his in bellis a Venetis auxilia Venetorum Ducem, qua tum dignitate fungebatur Vitalis Phalerius, seu Falierus, qui illam inierat A. MCLXXXIV. Protosebastum dixit Alexius caeterosque Venetos multis muneribus magnisque honoribus est prosecutus. Quo quidem titulo ornatum Vitalem prodit etiam Franc. Sansovinus in Venetia lib. 11. pag. 187. prior. Edit. ubi aliquot alios Venetorum Duces similibus titulis identidem ab Imperatoribus Byzantinis cohonestatos testatur, quibus ii ad vitam uterentur. Hoc autem verborum initio Vitalis Diplomata concepta leguntur: *Nos Vitalis Faletro Dux ac Imperialis Protosevastus.* Additur in Editione Hoescheliana, *Ὑπέρτιμον δὲ καὶ τὸν Πατριάρχην σφῶν ἠξίωσε μετὰ τῆς ἀλόγου* (legendum *ἀναλόγου*) *ῥόγας.* Hypertimorum dignitas Metropolitanorum erat, quorum alii *Ἔξαρχοι καὶ Ὑπέρτιμοι*, alii tantum *Ὑπέρτιμοι* dicebantur, ut est in Notitia Andronici. Erat porro ea tempestate Venetorum Patriarcha Dominicus Contarenus, de quo Gregorius VII. Papa lib. 1. Epist. 18. lib. 2. Epist. 14. D

Τοὺς ἐκ Μέλφης] Melphitani, seu Amalphitani, navigationi et mercaturae operam non modo impenderunt, sed eo potissimum nomine celebrantur a Scriptoribus, quod primi peregrinas, et quas Oriens non noverat, merces in remotiores orbis plagas lucri faciendi gratia inferre tentaverint, et in plerisque maritimis oppidis domicilia et officinas, ubi moram facere possent et commercia sua exercere, nutu quibus illa parebant Principum, possiderent: quod praeter Annam hoc loco et pag. 125. et 163. testantur Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 4. Alexander Abb. Celesin. lib. 3. pag. 366. et Leander Albert. in Descr. Ital. Guillelmus Apul. lib. 3. D

Urbs haec dives opum populoque referta videtur:
Nulla magis locuples argento, vestibus, auro,
Partibus innumeris, hac pluribus urbe moratur
Nauta, maris caelique vias aperire peritus.
Huc et Alexandri diversa feruntur ab urbe,
Regis et Antiochi: haec freta plurima transit,
His Arabes, Indi, Siculi noscuntur et Afri:
Haec gens est totum pene nobilitata per orbem,
Et mercanda ferens et amans mercata referre.

D *Ἐργαστήρια*] Amalphitanorum, qui Constantinopoli commercii exercendi causa commorabantur, aliasque in urbe tabernas, vel officinas, seu potius, quae ex iis in Imperatorium fiscum inferri solebant vectigalia, Ecclesiae D. Marci ultro largitur Alexius: nam hac tempestate Amalphis, seu Amalphia, quae a suis antea regebatur Ducibus, Roberto parebat, proindeque Amalphitanis bellum erat cum Alexio. Extincto enim Ioanne Duce Amalphitano, Ioannis Ducis filio, A. MLXX. Sergioque Ioannis filio exacto, Robertus Ducatum Amalphitanum nactus erat A. MLXXV. urbe occupata, cui postmodum successit Rogerius filius, uti narratur in Chronico Amalphitano. Ut ergo Amalphitanorum mercatorum animos sibi conciliarent Graeci, varia iis in urbe privilegia indulserant, *Embolumque,* (de quo infra) *Ergasteria,* quae *Estacones* dicuntur in charta Boemundi II. Principis Antiocheni, et Ecclesias concesserant. Amalphitanorum vero Ecclesia Constantinopoli vocabatur *Ecclesia S. Mariae Amalphitanorum de Latina,* ut ex Bulla Alexandri IV. PP. apud Ughellum colligitur. Erant porro varia et complura in urbe Constantinopolitana *ἐργαστήρια ἐμπορίας καὶ πραγματείας διαφόρου,* ut ait Iustinianus Nov. 43. quorum nomine Imperatori pensitatio praestabatur, cuius reditus pro certa quantitate ad praebenda luminaria e aedificia publica ac tecta reparanda impendebatur, L. 19. Cod. de Oper. publ. aut in sumptus funerum, d. Nov. 43. et 59. et Nov. Leonis 12. a qua pensitatione, aut intributione caeterae officinae, quae ad Ecclesias, vel alias domos pietati dedicatas, vel ad viros illustres, vel ad domum Imperatoriam pertinebant, immunes non erant. Meminit Lex. 12. Cod. de Episc. et Cleric. Ergasteriorum, vel tabernarum, ad Ecclesias pertinentium, de quibus agit etiam Gyllius in Constantinopoli lib. 2. cap. 4. sub finem: Benjaminus vero Tudelensis in Itinerario, vectigalis, quod cogebatur ex tabernis Constantinopolitanis: *Ipsius civitatis tributum singulis diebus viginti aureorum millia conficere aiunt, cum ex locatione tabernarum, tum ex foris venalitiis et mercatorum vectigalibus.* *Ἐργαστηριακὸν* dictum illud tributum,

quod pro officinis solvebant mercatores, in Diplomate Andronici Imp. apud Phranzem lib. 3. cap. 24. quod nostris *Stallagium*. Charta Communiae urbis S. Quintini in Veromanduis apud Hemereum: *Quisquis in forum venerit, stallum suum statuere possit, ubi terram vacuam repererit suumque solvat stallagium*. Philippus *Mouskes* in Chilperico:

Si leur donna le vienage,
Des nés et tout le pontenage
Et l'estalage et les merciers.

Ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς Σκάλας] Quemdam CPolitanae urbis angiportum assignatum et concessum Venetis ab Alexio refert Cinnam. lib. 6. N. 10. quem Ἔμβολον a multis appellatum ait, forte quod esset ea urbis pars porticibus exornata, cuiusmodi variae erant CPoli sparsim in omnibus pene regionibus, quas ἐμβόλους vulgo appellabant. Nam et ἐμβόλους, seu Porticus, Troadenses, Domnini, Fanionis, Eubuli, Marciani, Arcadianas, Regias, Argyropratiorum, Novas, Fori, Palatii etc. passim habent Scriptores Byzant. Isidor. Gloss. *Imbulus, ab ambulando, Ambulatorium*. Papias: *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus: sunt enim platearum porticus hinc inde*. Sic autem Cinnamus, eo loco, ubi immunitates et privilegia Venetis ab Alexio propter praestitum bello contra Robertum auxilium concessa commemorat: *Οὗτος Ἀλεξίῳ ποτὲ Βασιλεῖ χεῖρα παρασχόμενοι σύμμαχον, ὁπηνίκα Ῥόμπερτος ἐκεῖνος ἐξ Ἰταλίας ἐπὶ Δυρράχιον μεταβὰς ἐπολιόρκει τὴν χώραν, ἀμοιβῆς τυγχάνουσι τῆς ἄλλης, καὶ δὴ καὶ στενωπὸς αὐτοῖς ἐν Βυζαντίῳ ἀποτέτακτο, ὃν Ἔμβολον ὀνομάζουσιν οἱ πολλοὶ, μόνοι τε τῶν ἁπάντων διὰ τοῦτο κατ' ἐμπορίαν δεκάτας οὐδενὶ Ῥωμαίων παρέσχοντο*. Quo ἐμβόλου vocabulo non tam Porticus, quam urbis portio, seu regio (nos *quartier* dicimus) intelligitur. Ita etiam Pisanis foederatis Imperatores Constantinopolitani *Embolum* et *Scalas* concesserant, quod Caloioanni, seu Ioanni Comneno adscribere videntur Annales Pisanorum editi ab Ughello Tom. 3. Italiae Sacrae. Haec enim in veteri Diplomate A. MCLXI. quod ab eodem Ughello in Archiepiscopis Pisanis pag. 466. refertur, legimus: *Tibi Benedicto dilecto fratri recipienti in vice Ioannis Operarii operis Pisanae Ecclesiae S. Mariae pro loco ipsius operis damus et irrevocabiliter concedimus Ecclesias, videlicet Embolum et Scalas et Stateram quae sunt in Constantinopoli et sunt ab Imperatore operi Sanctae Mariae concessa* etc. Atque in eo Diplomate *Embolani* dicuntur Pisani, qui Embolum istum incolebant, aut certe quibus Emboli praefectura demandata erat: *Ita ut neque Archiepiscopus neque Consules Pisani*

neque Missatici neque Vicecomes neque Embolani, qui modo sunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua persona occasione Pisanae civitatis potestatem habeant aliquo modo de praedictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi. In alio Instrumento A. MCCXXIV. apud eumdem Ughellum dicto Tomo pag. 501. et 503. fit mentio *Emboli Pelliparіorum* in urbe Pisana: nos diceremus *le quartier des Tanneurs.* Vide eumdem Tom. 7. pag. 278. Quod vero spectat ad Ecclesias, quas Veneti Constantinopoli tenebant, una fuit Sancti Archidani, vel Akidani, cuius mentio fit in Bullis Caelestini III. et Honorii III. PP. apud Ughell. in Patriarch. Gradens. Porro Scalarum vocabulo navalia intelligi pridem docuerunt viri docti. Alii Scalas *traiectus maritimos* interpretantur, per quos videlicet navibus exscensus aditusve patebat in portum, vel in urbem. Sic Autor Descript. CP. in Reg. 6. Scalam Sycenam *traiectum Sycenum* dixit, quae alias *πέραμα* Iustinianarum nuncupatur in Nov. 59. cap. 5. Sycae enim Iustinianae dictae, uti tradit Stephanus Byzantius. Sed et aliae urbis Scalae *περάματα* in eadem Nov. appellantur: *ἔξω τῶν νέων τειχῶν, ἢ ἐν ἄλλοις περάμασιν,* id est, *extra novos muros et alios traiectus*, quemadmodum haec verba reddidit Cujacius. Atque inde *περαμάτων* nomenclaturam servant etiamnum scaphae ipsae, quibus Fretum Sycenum traiicitur, ut autor est Petrus de Valle Epistola 2. Horum traiiectuum sub Scalarum nomine meminit Novella 159. in princip. et L. 7. Cod. de Aquaed. lib. 11. Quin et ipsae in continenti *Clusurae*, seu angustiae, *Scalae* videntur etiam nuncupatae. Certe Cinnamus lib. 1. meminit loci, *Mala Scala*, *Κακὴ Σκάλα*, dicti, quod, uti scribit, esset *χωρίον ἐρυμνὸν* et *ἀπόκρημνον.* Scala igitur non tam portus, quam ipse traiectus maris dictus est, vocabulo a Latio deducto, ex eo quod Graeci veteres traiectus omnes, seu freta, *βάθρα*, (quae vox Latinis *Scalas* notat) appellarent. Ita Euripides in Aulide v. 80. *στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα* vocavit angustum fretum, quod Aulidem Boeotiae a Chalcide disterminat, *tam modicum, ut ponte iungatur*, teste Plinio, seu ut Solinus, *per fabricam brevissimae machinae adeatur pede.* Ab eodem fonte traiectus iidem *Gradus* a Latinis nuncupantur. Nec enim sunt Gradus, quod vult Surita, pontes ad maris, aut maiorum fluviorum littora, sed freta et angustia maris atque interdum fluminum meatus. Ammianus lib. 15. ubi de Rhodano: *Gallico mari incorporatur per patulum sinum, quem vocant Ad Gradus.* Rhodani *Gradus* occurrunt praeterea apud Autorem Itinerarii Maritimi, quam appellationem tribuunt etiamnum Rhodani accolae ipsis meatibus, seu traiectibus, per quos

fluvius in mare evolvitur, reliquo fluvii ipsius ostio arenis ferme undique obsito. Hos enim traiectus *Gras* appellant, adiuncta quadam ab locis vicinis, aut a pelagi natura aut soli denominatione. Superest praeterea eiusdem vocabuli vestigium in Occitania ad Stagnum Magalonense, quod ad Septentrionem continenti adhaeret, ad Meridiem a Gallico mari validissimo aggere disiungitur. Haud procul a Magalona urbe in modum Insulae stagnantibus aquis circumfusa, Montispessulani Praesulum Cathedra olim insigni, disruptus agger iste meatum ac traiectum navibus a mari venientibus praebet in stagnum, quod portus vicem praestat. Canalem istum Versus antiqui in Arnoldum Episcopum Magalonensem scripti circa An. MLXXVIII. *Gradus* vocant, indigenae vero *la Grau*, apud Catellum lib. 2. Rer. Occitan.

Hic muros fecit, turres hic undique fecit,
Clerum divinis contulit officiis.
Iste Gradus clausit, quo praedo piraticus hausit
Saepe latrociniis littora nostra suis.
Navibus introitus per eum Gradus alter apertus,
Non procul a terris, o Magalona, tuis.

In Diplomate Ludovici VII. Reg. Franc. A. MCLV. apud Sammarthanos in Episcopis Magalon. N. 21. Gradus isti *Portus* nomine donantur: *In Comitatu Sustantionensi portus, qui dicitur Gradus.* In Annalibus Pisanis editis ab Ughello Tom. 3. Ital. Sacr. sub A. MCLXV. *Gradus Mergierii* dicuntur pro *Mergorii*, seu *de Mergueil*. *Gradus* etiam in stagno Salsarum in Comitatu Ruscinonensi habent chartae aliquot veteres ex Chartophylacio Regis Christianissimi. Id porro vocabuli notione ista non nuperum: eo quippe utitur Valerius Maximus lib. 3. cap. 6. uti observatum a viris doctis: *P. Scipio cum in Sicilia augendo exercitum traiiciendoque in Africam opportunum quaereret Gradum.* In sequiori vero Latio non semel usurpatum legimus. Annales Pisani de S. Petro Apostolo: *Transfretavit circa littora Pisanorum, ubi hodie dicitur Ecclesia S. Petri ad Gradus.* Infra, de eadem Aede: *In quo loco cum per mensem moram fecisset, ad Gradus maris Ecclesiam construxit.* Iidem Annales sub A. MCLXXVIII. *Saraceni coeperunt bellare et invadere Insulam Sardiniae et ire in partibus Pisanorum et usque ad Gradus Romae.* Neque aliunde nomen accepit Insula Venetiis proxima, quae *Gradus*, vulgo *Grao*, dicitur, quod in ea exscensiones fierent, et portus vice esset Venetis. A praedictis dissentit Petrus Gyllius lib. 2. de Bosp. Thrac. cap. 11. cuius sententiae favere videtur Cujacius ad Leg. 7. C. de Aquaeductu; contendit enim Scalas esse crepidines ac moles portuum, quarum obiectu pe-

lagi furentis atrocitas frangitur, quas, inquit, Ἕλληνες a figurae similitudine *χηλὰς* appellant, posteri Graeci *βάθρα*, Latini *Scalas*, seu *Gradus*, quia ex illis ad naves velut gradus iacitur. Factum deinde, ut quae vetustioribus Graecis *χηλαὶ*, iisdem iam ignorantibus *χαλαὶ*, denique a vulgi consuetudine, quae litteras depravare solet, *Scalae* appellatae sint. Sed haec accurata egent discussione, quae non est huius loci.

D *Ἑβραϊκῆς Σκάλας*] Vnde nomen huic Scalae accesserit, haud plane constat; nisi dicamus ita nuncupatam, quod vicina fuerit Monasterio Stauracii, quod *τὰ Βρακὰ* et *τὰ Ἑβραϊκὰ* vocabant, de quo Theophanes, Zonaras et Cedrenus in Mich. Rhang. et Paulus Diacon. lib. 24. vel quod adiacuerit Portae urbis, olim Neorii, postea a recentioribus Graecis, ipsique Ducae cap. 28. et 29. *ὡραίᾳ*, aliis *Heuraeae*, seu *Hebraeae* dictae, ab aedificiis Hebraeorum, seu Iudaeorum huic portae obversantibus, ut Gyllius lib. 3. cap. 1. et Leunclavius in Pand: cap. 200. tradunt. Vel denique, quae mea est sententia, quod ab hac Scala exscensus fieret pergentibus in eam *στενοῦ* regionem, in qua erant Iudaeorum, aut Hebraeorum sepulturae, quae Villharduino *Iuiverie*, seu *Iudacaria* ideo nominatur. Vide Notas nostras ad hunc Scriptorem.

D *Βίγλας*] Locus ita dictus a Vigiliis, seu Excubiis. *Βίγλα* enim Ducae cap. 38. et aliis, quos laudant Rigaltius, Meursius et Fabrotus, Vigilia est, seu Custodia. Est igitur *Βίγλα* locus, ubi erat statio Vigilum, in quo excubabant milites, qui urbis et civium securitati invigilabant: *Moris quippe Constantinopolitanorum erat*, ait Luithprandus lib. 1. cap. 3. *ne a vicinis gentibus opprimerentur, singulis quibusque noctibus per totius civitatis bivium quadriviumque armatos milites causa custodiendae civitatis, qui eam invigilarent, ponere.* His qui praeerat Tribunus, *Drungarius Vigiliae* dicebatur, qui nostris *Miles Gueti*, seu vernacula lingua, *Chevalier du Guet*, cuius quidem officii apud Parisienses ea erat dignitas, ut non nisi a Milite obiri posset, ut est in veteri Aresto Parlamenti 13. Ianuar. A. MCCCCLVII. Meminit etiam Codinus in Orig. CP. loci ita dicti in Urbe: *τὰ δὲ λεγόμενα Κοντάρια βίγλα ἦν μεγάλη τὸ πρότερον.*

D *Ἐμπεριεχομένας σκάλας*] Hoc est, portoria, quae ex scalis intra illud spatium positis cogebantur. Erant enim in ipso Ceratino Portu plures Scalae, seu, ut ita dicam, in ipso portu plures portus, cum Scala pars esset portus: unde Moschopulus dixit Scalam esse *μέρος τοῦ λιμένος, εἰς ὃ αἱ νῆες δέδενται.* In isto quippe sinu extitit *Scala Chalcedonensis*, quae collocatur in 5. Regione in vet. Urb. Descript. cuius meminit Chronicon Alexandr. A. XII. Arcad. et VII. Theod.

Iun. de qua etiam habet quaedam Gyllius in CP. lib. 3. cap. 1. *Scala Sycena* in Regione 6. *Traiectus Iustinianarum* appellata in Novell. 59. de qua idem Gyllius lib. 3. cap. 2. et Leunclavius in Pand. cap. 127. *Scala Timasi*, quam in 7. Regione statuit Urbis Descriptio: *Scala Acropolcos*, apud Theophanem pag. 365. Cedrenum in Copron. et Paulum Diac. lib. 22. Hist. Misc. Extitit praeterea locus *Heptascalon*, a septem Scalis proximis dictus, de quo Scylitzes, Cantacuzenus lib. 4. cap. 22. et Gyllius lib. 3. cap. 9. Ad Propontidem recensentur Scalae aliquot: *Scala τῶν Πηγῶν*, apud Scylitzem in Romano, quae *Portus Aureae Portae* dicitur Ducae cap. 38. *Contoscalium*, seu parva Scala, a qua Porta urbis vicina dicta Contoscalii, cuius mentio occurrit apud Cantacuzen. lib. 4. cap. 2. et Phranzem lib. 3. cap. 11. Vide Leunclav. in Pandect. cap. 200. Meminit porro portoriorum, quae ex Scalis pendebantur, Lex 7. Cod. de Aquaeductu, lib. 11. ubi *omnia vectigalia, quae colligi possunt ex universis Scalis Urbis*, in reparationem Aquaeductuum CP. impendi iubentur. Quae Graeci sic vertunt: *εἰς ἀνανέωσιν τοῦ ἀγωγοῦ τὰ παρεχόμενα εἰς τὰς σκάλας ἀναλισκέθω. Σκαλιατικὰ* eiusmodi portoria vocat Diploma Andronici Iunioris apud Phranzem.

Ὑπὲρ κομμερκίου] Cinnamus loco supra laudato, de Pag. 162. A
Venetis: *μόνοι τε τῶν ἁπάντων διὰ τοῦτο τὰς κατ' ἐμπορίαν δεκάτας οὐδενὶ Ῥωμαίων παρέσχοντο.* Hic vero *κομμέρκιον* sumitur pro telonio, vel tributo, quod pro ipso commercio, mercatura, vel negotiatione pensitabatur. Sic enim passim hanc vocem usurpant Graeculi sequioris aevi. Glossae Basil. *τελόνιον, κομμέρκιον.* Conventiones Michaelis Palaeol. Imp. et Communis Ianuens. A. MCCLXI. editae post Villhard. *Permittet contrahere de toto iam dicto Imperio omnibus et singulis Ianuensibus, et deferre libere et expedite sine aliquo impedimento dacitae, commercii, sive exactionis.* Sanutus lib. 2. part. 2. cap. 4. *Quod praefata tributa, datia, et commercia, aliaque necessaria nequaquam transferri valeant.* Hinc *Κομμερκιάριος* dictus eiusmodi vectigalium exactor, Constantino de Adm. Imp. cap. 43. et Autori Chronici Alex. pag. 900. Vide praeterea Glossaria Meursii et Fabroti.

Μετὰ τοῦ ἰδίου υἱοῦ] Rogerii in Cephaleniam appul- B
sum, resque ibi actas attigit Guillelmus Apuliensis lib. 4.

Hoc abeunte Rogerum
Iussit adire suo cum milite Cephaloniam,
Vt tanta fuerat quae tempestate rebellis
Victa refraenetur, haec Insula dum capietur,
Undique terrendas Graecorum moverat urbes.

Iussa patris sequitur, iussamque Rogerus ad urbem
Cum Ducis agminibus properavit et obsidet illam.

B *Βοντίζῃ*] Idem Poeta:

Ipse suos Equites hyemali tempore secum
Bundiciam ducit mansurus, ibique moratur.

Caeterum Bundiciam iam ante expugnarat Robertus. Idem Guill. lib. 4.

Bunditiam nautae vi captam depopulantur.

B *Αὐτὸς δέ*] Guillelmus Apul.

Continuis huius soboles generosa Rogerus
Perterrere minis non cessat Cephaloniam.
Insula Roberto proponitur esse petenda,
Ad quam missus erat capiendam filius eius.

Ab hoc porro in Cephaleniam Roberti appulsu portui Insulae, seu sinui, qui Illyricum respicit, mansit *Wiscardi Portus* appellatio. Falsum enim quod Hovedenus et Bromptonus scribunt, ita dictum, quod eo loci mortem obierit, et tumulo mandatus fuerit Wiscardus.

B *Γαλέαν*] Cedrenus pag. 581. *μετὰ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ κομπαρίων, ἃς δὴ γαλέας κατονομάζειν εἰώθασιν.* Matheus Paris. *navibus rostratis, quas galeas vocant.* Otho Fris. lib. de Gest. Frid. cap. 33. *Aptatis — triremibus et biremibus, quas modo galeas, seu sagittas vulgo dicere solent.* Guill. Tyrius lib. 10. cap. 28. *Navium rostratarum, quae vulgo dicuntur galeae.* lib. 20. cap. 14. *Erant in praefato exercitu naves longae rostratae, geminis remorum instructae ordinibus, quae vulgo galeae dicuntur.* Histor. Hieros. pag. 1167. *Quod antiqui dixere Liburnam, moderni galéam, media producta, nominant.* Asserus An. DCCCLXXVII. *Iussit cymbas et galeas, id est, longas naves fabricari.* Malaterra lib. 4. cap. 25. *A duabus Piratarum navibus, quas galeas appellant, hostiliter aggreditur.* Vox notissima, de qua praeterea consulendi Meursius, Vossius, Spelmannus, Watsius, Somnerus et Fabrotus in Gloss.

B *Περὶ τὸν Ἀθέρα*] Asteriam habet Sophianus in Cephalenia Insula, haud procul ab ipsa Cephalenia urbe. Asteridem Insulam, Cephaleniam inter et Ithacam, statuunt Plinius lib. 4. Stephanus, et Nicetas in Man. lib. 2. N. 5. At Anna Atherem promontorium Cephaleniae Insulae fuisse ait. Cum igitur aeger Robertus de Ithacae oppido, Hierusalem nuncupato, inaudisset, insuper et Atherem revocasset in mentem, continuo subiit oraculi memoria, quod olim sibi pronunciatum meminerat, Atherem usque ditioni suae cuncta subiecturum; hinc proficiscentem Hierosolymam, debitum naturae ibi soluturum.

Fallax fuit vaticinatio, ut sunt eiusmodi praestigiatorum vaticinationes. Nam Hierusalem in sola Iudaea animo obversabatur, ut et Ather, quem Palaestinae locum noverat ex libro Iosuae cap. 15. Simili deceptum praedictione Gerbertum, seu Silvestrum PP. finxit Benno Cardinalis, a quo hauserunt quae habent Willelm. Malmesberiensis lib. 2. de Gest. Angl. cap. 10. Albericus A. MII. Matheus Westmonast. et Bromptonus A. MXCII. et Balduinus de Avesnis in Chr. vernaculo MS. cap. 73. Is enim cum statuam, quam certa siderum inspectione sibi fuderat, ad interrogata negative, vel affirmative, tantum respondentem interrogasset, an moreretur antequam cantaret Missam in Hierusalem, respondissetque illa negative, tandem se dubio oraculi sensu deceptum cognovit, cum post Missam a se ex more Romae in Ecclesia Hierusalem dicta decantatam, invaletudine ictus, et consuetae statuae deceptionem, et ultimum vitae suae diem imminere sensit.

Τελευτᾷ] Robertum ex veneno ab uxore, Alexii ipsius C
persuasione, propinato extinctum narrant Ordericus Vitalis lib. 7. Guibertus lib. 3. Gestor. Dei cap. 2. Willelmus Malmesbur. lib. 3. et 4. de Gest. Angl. Reg. Rogerus Hovedenus, Richardus Pictavinus, Albericus An. MLXXXV. Gaufridus Vosiensis, Bromptonus et aliquot alii. Romualdus vero et Guillel. Apul. lib. 5. morte communi defunctum probabilius asserunt cum Anna, quae ex pleuritide, vel febri, e vivis sublatum refert. Apud Insulam Cassiopem mortuum scribit Romualdus, contra quam Anna, quae, ut et Alexander Monach. lib. 3. Chron. Monasterii S. Bartholomaei de Carpineto, in Cephalenia Insula extinctum refert. Nec minor de anno, quo excessit, apud Scriptores discrepantia. Nam Malaterra lib. 3. cap. 41. Roberti mortem accidisse autor est mense Iulio An. MLXXXIV. aitque insigni Solis Ecclipsi, quae 6. Febr. eo anno contigerat, veluti praenotatam, ut et Gregorii VII. PP. et Guillelmi Regis Anglorum. Atqui Gregorius mortuus legitur An. MLXXXV. 24. Maii, Willelmus vero, mense quidem Septembri, sed An. MLXXXVII. ut est apud Ordericum lib. 8. et alios, adeo ut falsum sit Robertum, Gregorium et Guillelmum ante elapsum a Solis isto defectu annum extinctos, uti ait Malaterra. Robertum denatum mense Iulio Anno MLXXXV. recte tradunt Ordericus lib. 7. pag. 146. Leo Ost. lib. 3. cap. 56. Anonymus Barensis, Albericus, Surita Scriptoresque aliquot alii: perperam vero Chronicon Amalphitanum KL. Aug. A. MLXXXVI. Indict. X. Matheus Paris. A. MLXXXVII. Willelmus Malmesburiens. et Ptolemaeus de Luca A. MLXXXVIII. cum constet Robertum ex Anna et Romualdo vicesimo Ducatus anno mortuum esse, proindeque A. MLXXXV. quo qui-

dem anno sub mensem Octobr. Rogerius filius Ducatum Apuliae adeptus erat, ut patet ex veteri Diplomate, quod descripsit Ughellus in Archiepiscopis Salernitanis. At diem, quo excessit, notat Kalendarium S. Mauricii Andeg. XVI. KL. *Aug. ob. Robertus fortissimus Dux Calabriae et Apuliae.* In sequentem vero reiicit Necrologium Molismense, diem scilicet 15. Kl. August. in ipsas KL. Aug. Chronicon Amalphitanum.

D *Τῷ υἱῷ αὐτοῦ*] Guillelmus Apul. lib. 5.

Castra Rogerus adit patris interitusque paterni
Notitia populum communicat anxius omnem
Consiliumque petit, privandum namque fatetur,
Ni redeat propere, se iuris honore paterni,
Haeredem cuius pater hunc indixerat esse.
Illi promittunt omnes se corde fideli,
Sicut servierant patri, servire paratos.
Sicque coadiutor transgressibus aequoris illis
Unanimes rogitant, populo favet ille roganti etc.

D *Γαΐτα*] Sigelgaita, sive Sikelgaita, ut ipsamet in Diplomate, quod extat apud Ughellum Tom. 8. Ital. Sacrae pag. 395. se nominat. Guillelmus Apuliensis:

Uxor ab Italia non multo venerat ante,
Et castris aderat, dum nati castra revisit
Dux quibus exierat populo cum classe relicto.
Haec ubi Robertum cognovit febricitare,
In quo tota sui spes erat, ut pote tanto
Coniuge, discissis flens vestibus, acceleratis
Cursibus accessit etc.

Pag. 163. A *Μεγίστῳ κλύδωνι*] Hanc tempestatem attigit etiam Guillelmus Apuliensis, ut et naufragium, quod passam esse navim, quae vehebat Roberti corpus, observat Anna:

Iamque rates fuerant secus Appula littora ductae,
Tempestas tumidum quatit intolerabilis aequor,
Naufragium passi quamplures sunt ibi nautae,
Pars hominum cum classe perit, fractaque procellis
Qua fuerat corpus humatum nobile, navi,
In mare delapsum non absque labore cadaver
Extrahitur, foetor ne prodeat inde nocivus.
Viscera corque Ducis subhumari iussit Hydrunti
Praedita consiliis semper prudentibus uxor,
Et multo reliquum condunt aromate corpus.
Hinc deportari Venusinam fecit ad urbem,
Qua fuerant fratrum constructa sepulchra priorum.

Βενούσιον] Roberti cadaver Venusium translatum scri- A
bunt pariter Malaterra, Leo Ost. Ordericus et alii. Ptolemeus de Luca: *sepeliturque apud Venusium in Apulia in Monasterio Monachorum nomine S. Trinitatis, quod nunc est Hospitaliorum; quod quidem Monasterium aedificaverat ipse Guillelmus.* Ab ipso Roberto extructum Venusinum Monasterium tradit Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 482. eiusque curam demandatam Roberto *de Grentemainil*, Uticensi, postea S. Euphemiae in Calabria Abbati, qui tum exul in eas terras secesserat. Huic fatis functo postmodum successor datus Berengarius, itidem Normannus, mox Aversae Episcopus, ut est apud eumdem Scriptorem lib. 7. pag. 646. Epitaphium Roberti tumulo inscriptum recitat Malmesburiensis.

Εἰκοστῷ ἔτει] Extinctum Robertum anno aetatis 70. B
Anna et Alexander Monach. lib. 3. Hist. S. Bartholomaei de Carpineto; sexagesimo maiorem supralaudatus Romualdus tradunt: uterque Ducatus 26. idque recte; nam Ducis titulo donatus est Robertus An. MLX. ut autor est Malaterra lib. 1. cap. 35. ipseque Robertus, qui in Diplomate A. MLXXX. Indict. 4. mense Oct. Ducatus sui eum annum vicesimum esse ait, apud Ughellum in Salernitanis Archiep.

Ὁ Βασιλεύς] Orderic. *Imperator vero licet laetaretur,* B
quia liberatus a terribili hoste fuerat, defunctum tamen Ducem, qui nunquam de bello fugerat, ex pietate multum planxit.

Δυρράχιον παραδοῦναι] Dyrrachium igitur in Alexii po- C
testatem rursum concessit, ipsis incolis post Roberti excessum ultro sese dedentibus: ita Anna. At Diocleates, seu quisquis est Autor Historiae Dalmaticae, quam debemus Mauro Orbino Ragusino et Ioanni Lucio, scribit extincto Roberto occupatum Dyrrachium a Bodino Dalmatiae et Serviae Rege, demumque, icto cum Alexio foedere, illi et Graecis ab eo redditum.

Ἐρασιχρήματον] Sic non semel Francorum, seu Latino- C
rum avaritiam et inexplebilem lucri cupiditatem perstringunt Graeci Scriptores, atque adeo ipsa non hoc duntaxat loco Anna, sed et pag. 312. 424. 428. Leo Aug. in Tact. cap. 18. §. 90. de Francis: *ὑποφθείρονται δὲ διὰ χρημάτων εὐκόλως, φιλοκερδεῖς ὄντες.* Scylitzes in Romano Diogene: *καὶ γὰρ απληστον τὸ γένος τῶν Φράγκων.* Nicetas in Isaac. Ang. et Alex. N. 1. de Latinis: *οὐδὲν γὰρ ἔθνος ἐρασιχρηματώτερον τοῦδε τοῦ γένους, τρεχεδειπνότερόν τε καὶ δαπανειρότερον ἕτερον.* Idem in Bald. N. 2. *πονηρὸν χρῆμα εἰς θεράπειαν Λατῖνος, φωνὴ ἀσύμφωνος Ἕλλησι, γνώμη φιλοχρήματος* etc. Erchembertus in Hist. Langob. cap. 17. *Pro cupiditate tamen pecuniarum, quibus maxime Francorum subiicitur ge-*

nus. Udalricus in Praefat. ad Consuetudin. Cluniac. *Quid enim Francigenas aliud dixerim, cum sint tam inquieti, raptores et de candore virtutum nihil habentes*, etc. Sed Normannis praesertim, seu Normanno-Italis hanc *φιλοχρόδειαν* adscribunt Scriptores alii. Leo Ostiensis lib. 2. cap. 77. de iis, *genus infidum et avaritiae inexplebilis.* Guillelmus Apuliensis lib. 1.

Est acquirendi simul omnibus una libido.

Infra:

Sed quia mundanae mentis meditamina prona
Sunt ad avaritiam, vincitque pecunia passim,
Nunc hoc, nunc illo contempto, plus tribuenti
Semper adhaerebant, servire libentius illi
Omnes gaudebant, a quo plus accipiebant:
Bella magis populi quam foedera pacis amantes,
Servitiique vices pro viribus et ratione
Temporis expendunt, plus dantem pluris habebant.

Idem lib. 2. de Alexio:

Audit enim quia gens semper Normannica prona
Est ad avaritiam: plus, qui plus praebet, amatur.

D *Παραδιδόασι τὸ κάστρον*] Extincto Roberto, *Graecia*, inquit Malaterra, *hostibus recedentibus lacta quievit.* Ita quod proditione in Roberti potestatem venerat Dyrrachium, proditione pariter amissum est.

D *Σήθ*] Circumferuntur opera quaedam *Domini et Magistri Seth*, Chronicon nempe vulgari Graecorum lingua scriptum a Mundo condito ad Constantinum Ducam: exactus praeterea somniorum index secundum alphabetum conversus ab eodem ex lingua Arabica; denique Paulus Arabs ab eodem pariter conversus: quorum operum mentio fit in libro de Antiq. et Bibliothecis Constantinopoleos N. 3. et 6. Qui quidem Seth idemne sit cum Annaeo, etsi id pro certo statuere vix ausim, videtur tamen propius vero; cum et aevum, quo vixit, et librorum ab illo scriptorum materia idipsum suadeant. Neque alius est a Simeone Vesto, seu Setho, (utroque namque cognomine insignitur) Magistro Antiocheno, cuius circumferuntur editi libri de cibariis et condimentis, et alii non pauci in rebus Philosophicis et Medicis in Bibliothecis latent, quorum elenchum pluribus descripsit Leo Allatius in Diatriba de Simeonibus, ut et eruditus Annae Interpres ad Pachymerem Tom. 1. pag. 390. Floruit alter eiusdem cognominis Divinator, Astrologus et Praestigiator insignis, imperante Manuele Comneno Alexii nepote, quem ille ob scelera

et imposturas excaecari iussit, ut autor est Nicetas in Man. lib. 5. et in Andron. lib. 2.

Νεώτερον ἐφεύρεμα] Vide in hanc sententiam Nicepho- Pag. 164. A
rum Gregoram lib. 5. cap. 16.

Εὐδόξου] Eudoxus enim Cnidius primus Graecorum A
Astronomiam e penetralibus Aegyptiae Philosophiae erutam ad populares suos eduxit, uti refert Diogenes Laert. lib. 8. Vide Vitruvium lib. 9. cap. 7.

Ἀποτελεσματικός] Astronomiae duae sunt partes, una A
circa Stellarum motus versatur vocaturque *μετεωρολογία*; altera est circa effectus ipsos et vocatur *ἀποτελεσματικὴ* et *ποιητικὴ*. Manethon igitur *Ἀποτελεσματικὸς* Annae dicitur, quod plurimum Genethliacae, seu Horoscopiae operam impenderit.

Ὡροσκόπου] Sumitur ea vox pro Signo, quod *ὡροσκο-* A
ποῦν vocant Astrologi, nempe pro ea caeli parte, quae geniturae tempore ab Oriente emergit in hemisphaerium nostrum, unde et *Ἀνατολὴ* dicitur. Manilius lib. 2. Astron.

Tertius aeque illi pollens in parte, nitentem
Qui tenet exortum, qua primum sidera surgant,
Unde dies redit et tempus describit in horas,
Hinc inter Graias Horoscopus editur urbes.

Vide Martianum Cappellam lib. 8.

Πῆξις τῶν κέντρων] Quatuor *κέντρα γενέσεως* (Latini A
cardines, cuspides, angulos vocant) statuunt Astrologi, *ὡρόσκοπον*, seu *ἀνατολὴν*, *ὑπόγειον*, seu *ἀντιμεσουράνημα*, *δύσιν* et *μεσουράνημα*: quorum verborum notionem ampliorem qui volet, consulat quae ad Manilii lib. 2. adnotavit Iosephus Scaliger.

Διαθέματος] Rectius Editio Hoescheliana *διαστήματος* A
habet. Ita Plutarchus lib. de Exilio *κέντρον* et *διάστημα* iungit: *κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγράψασα τὴν τῶν ἀναγκαίων φύσιν*. Ioannes Patriarcha Hierosol. in vita S. Ioann. Chrysost. *περὶ δὲ ἀστρονομίας, ὅσον ἐν διαστήμασι καὶ σχηματισμοῖς, καὶ ἀναλογίαις τῶν ἀποστάσεων, κἂν μέγα διεξῆλθε περὶ αὐτῶν εἰς βραχείαν τῶν ἰδιωτῶν εἴδησιν, οἷος ὁ Ἰωάννης ἐξ ὧν γέγραφε καταφαίνεται*. Manilius lib. 2.

Nec contentus eris percepto cardine quoquam,
Intervalla etiam memori sunt mente tenenda,
Per maius dimensa suas reddentia vires etc.

Denique Sidonius Apollinaris lib. 8. Epist. 11. *Quia videlicet amici nascentis anno, quemcumque clementem planeticorum siderum globum in diastemate Zodiaco prosper ortus erexerat*

etc. Idem ad Polemicum, Carm. 14. *Videris utrum aures quorumdam per imperitiam temere mentionem centri, proportionis diastematum, climatum, vel mirarum epithalamio conducibilem non putent.*

D *Ἀλεξανδρέως λογικὴ*] Editio Hoesch. *Ἀλεξανδρέων.*

Pag. 165. A *Κατανάγκης*] Hoesch. *Κατανᾶς.*

D *Βαθυπώγων*] Vel ex hoc Annae loco coniicere liceret, Normannos ea tempestate barbam nutrivisse, quamvis ex observatis ad pag. 106. ut et caeteros Francos, barbam rasisse constet. Sane Richardum I. Normanniae Ducem *barba canifera et prolixa honoratum* depingit Dudo lib. 3. de Moribus et Act. Normann. Sed et Ordericus Vitalis lib. 11. ad A. MCIV. autor est Serlonem Sagiensem Episcopum persuasisse Henrico I. Regi Angl. Roberto II. Normanniae Duci caeterisque Normannis, ut capillos et prolixas barbas ponerent; de quibus aiebat Serlo: *In barba prolixa hircis assimilantur, quorum petulantiae sordibus fornicarii et catamitae turpiter maculantur.* Et infra: *Barbas suas radere devitant, ne pili suas in osculis amicas praecisi pungant et setosi Saracenos magis se quam Christianos simulant.* Verum testatur idem Ordericus lib. 7. eo anno quo in Illyricum postremo transiit, Robertum ex concepto voto, seu potius sacramento, barbam nutrivisse: *Per animam patris mei Tancredi iuro,* inquit Robertus, *et hoc iureiurando vobis assero, quod donec reversus ad vos fuero, non utar balneo, barba mea non radetur, neque caesaries mihi tonsurabitur.* Unde consequens videtur Robertum barbam antea rasisse, eoque sacramento Gallos et Francos veteres imitatum, quibus in more erat, ut victi comam, aut barbam squalere permitterent nec ante novacula eam raderent, aut ornarent, quam se de hoste vindicassent: quod tradunt Tacitus lib. 4. Hist. et lib. de morib. Germ. Sidon. lib. 1. Epist. 2. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 15. et Paulus Diac. lib. 3. de Gest. Longob. cap. 7.

Pag. 166. B *Μετὰ — τοῦ Κόμητος Βρυεννίου*] At contra supra pag. 154. ait Anna Brienum adduci non potuisse, ut cum caeteris perfidis, vel transfugis, in partes Imperatoris transiret.

B *Ἑβδόμης ἐπινεμήσεως*] Incidit prima Decembris Indictionis VII. in A. Chr. MLXXXIII, qua Anna in lucem edita est.

C *Πορφύραν*] Porphyra, seu Purpura, Triclinium fuit in Magno Palatio, forma quadrata, ad Bucoleontis portum, ex marmore purpurei coloris constructum, unde Triclinio nomen mansit, ut Anna docet infra lib. 7. Constantinum Irenes filium in ea Palatii parte excaecatum tradunt Theophanes,

Cedrenus, Paul. Diaconus lib. 23. et Manasses, cuius sunt ista de Porphyra Palatio:

Ἐκεῖ τὰς ὄψεις, ἐκεῖ σβεσθεὶς τὰς κόρας,
Ὅπου τὸ πρῶτον ἔβλεψεν ἡλίου τὰς λαμπάδας
Πορφύραν ὀνομάζομεν ἐκεῖνον τὸν οἰκίσκον.

In illo praeterea Triclinio foetus suos edidisse Augustas testatur Nicetas in Man. lib. 5. *τῆς δὲ Λεσποίνης πρὸς τὸ τεκεῖν ἐλθούσης, ᾠκονομήθη μὲν ἡ Πορφύρα καὶ ἠτρεπίσθη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γεννήσεως.* A Constantino M. extructum prodit Luithprandus lib. 1. cap. 2. Aedificii formam describit Anna lib. 7. pag. 190.

Πορφυρόγεννήτων] A Purpura, Palatii triclinio, Porphyrogennetas, seu *Porphyrogenitos*, (nam et hanc hybridam agnovit media Latinitas) dictos Imperatorum liberos autor est etiam Luithprandus. Non desunt tamen qui ita appellatos censent, quasi in purpura natos, patre scilicet Imperatore. Claudianus in Paneg. de tertio Honorii Consulatu, de ipso Honorio, qui ab Idacio *in Purpuris natus* dicitur: C

Et regnum cum luce dedit, cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro.

Et alibi:

Natus in ostro *Parvus Honoriades.*

Idem in VI. Honor. Consulat.

Te rudem vitae quamvis diademate necdum
Cingebare comas, socium sumebat honorum
Purpureo fotum gremio.

Commodus Imp. apud Herodianum lib. 1. *καὶ μὴ πειραθέντα με ἰδιωτικῶν σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρίς.* Sic Alexium, Manuelis Imp. filium, *Purpuratum* vocat Willelmus Neubrig. lib. 3. cap. 4. uti Senator lib. 4. cap. 39. Amanum quemdam *genere purpurato* ortum dixit. Sic etiam *Purpuratam infantiam* filium vocat Athalaricus Rex apud eumdem Senatorem lib. 8. Ep. 5. quippe statim atque in lucem editi erant, purpureis fasciis illigabantur. Certe Aureliano et Clodio Albino apud Iulium Capitolinum omen Imperii fecere crepundia purpurea: unde et Clodio *joco nutricis Porphyrii nomen inditum.* Sic denique *Porphyreticum* appellavit Ludovicum Balbum, Franciae Regem, Ioannes VIII. Papa.

Πρωτοβεστιαρία] At si Protovestiaria Ioannis Ducae Caesaris uxor fuit, ut supra indicatur pag. 54. avia fuit Irenes Augustae, non mater, ut Anna hoc loco scribit. Nec obstat quod non Caesarissa dicatur a coniugis dignitate; nam Protovestiariae dignitate illa ipsamet gaudebat, quod eadem Anna disertis verbis tradit. Fuit porro Irenes mater, D

Andronici uxor, filia Troianni, Samuelis Bulgarorum Regis filii, foemina praecellenti forma corporis et egregia virtute animi, ut autor est Bryennius lib. 3. cap. 6. a qua extructum Constantinopoli Chorae Monasterium narrat Nicephorus Gregoras lib. 9.

Pag. 167. B *Συμβασιλεύοντος*] Zonaras de Constantino Porph. *ἔτι γὰρ ὁ παῖς αὐτῆς περιέκειτο τὰ τῆς βασιλείας γνωρίσματα, καὶ εὐφημεῖτο μετὰ τὸν Αὐτοκράτορα, καὶ τὰς χρυσοβούλλους γραφὰς μετ' ἐκεῖνον ὑπεσημαίνετο.* Profert Octavius Strada a Rosberg nummum, quem putat esse Alexii, in cuius antica duae visuntur figurae trabeatae. Prima Alexii, habens in capite Stemma crucigerum, globum, cui Crux insistit, dextra gestans; secunda est alterius Imperatoris. Utraque Labarum tenet, in cuius siparo inscripta nota Labari cum hac Inscriptione FL. ALEX. FL. CONST. in quo quidem nummo, si Alexii est, Constantinus Ducas Porphyrogenneta Alexio *συμβασιλεύων*, cuius nomen in eo describitur, videretur repraesentari, nisi fictitium et adulterinum arguerent non Flavii duntaxat praenomen, quod ab eiusce aevi Augustis usurpatum nemo sanus dixerit, sed et genuini quos videre contigit Alexii et Manuelis nummi aurei et concavi, cuiusmodi *καυκίους* vocari in Nov. 105. cap. 2. observat Cujacius, in Musaeo V. C. D. Charroni in Camera Comput. Paris. Auditoris *τοῦ μακαρίτου*, quos hic ultro subiicimus [vide tab. IV]. Prior nummus, qui est Alexii, eiusdem Augusti stolati effigiem in parte concava exhibet, dextra Narthecem, sinistra globum, cui Crux insistit, tenentem: supra globum Crucigerum, manus, veluti de nube, ad oram nummi exiens apparet, quae Imperatoris capiti Stemma imponit. Ad latus dextrum ipsius figurae Imperatoris scripti hi characteres: *ΑΛΕΧΙΩ ΔΕCΠΟΤ.* Ad sinistrum isti, quantum coniectari licuit, *Τω ΚΟΜΝΗΝω.* In altera et convexa parte Christus sedens conspicitur cum hisce characteribus † *ΚΕΡΟ — ΗΛ* supra Christi caput, IC. HS. In altero nummo Manuel Comnenus, Alexii ex filio nepos, eodem habitu repraesentatur, nullo alio discrimine, quam quod Crux, quae globo insistit, duplex est. Characteres qui ad figurae dextram describuntur, perspicue conficiunt haec verba *ΜΑΝουΗΛ ΔΕCΠΟΤ.* Ad laevum vero *ΤΩ ΠΟΡΦΥΡΟΓ.* id est, *τῷ Πορφυρογεννήτῃ*, ita ut forte Manuel eo epitheto in Imperii successione Isaacio fratri, superstiti licet et primogenito, iure praeferri debuisse ostenderit, cum caeteri Ioannis parentis filii, Manuelis fratres primogeniti, Alexius, Andronicus et Isaacius ante adeptam a patre Imperatoriam dignitatem in lucem editi sint, solus Manuel post Alexii avi excessum patre Imperatore natus fuerit: atque

id potissimum causae fuit, cur in nummis et Bullis, seu Diplomatibus, atque adeo Novellis istud epitheton affectarit. Tradit quippe Cinnamus lib. 1. Manuelem cum patrem in Expeditionem Neocaesariensem secutus est A. C. MCXLII aetatis annum attigisse duodevicesimum. Unde conficitur natum post adeptum a Ioanne Imperium, qui illud demum iniit A. MCXVIII. 15. die Aug. quo Alexius parens e vivis excessit. Hanc porro Manuelis Monetam *Manuelatum* vocabant, quod ex instrumento pacis, seu inito inter Theodorum Lascarim Imp. et Venetos foedere colligitur, cuius mentio est apud Iulium a Puteo Veronensem in Genealogia familiae Lascaricae: *Nelle Monete che si battevano fussero differenti, gli Yperperi, et i Manulati ne gl' Imperii loro.* Mox addit, *Manulato era moneta di riputatione fatta battere da Manuel, che ne fu l'Autore. Manlat* pro *Manulat* nuncupatur ab Arnoldo Lubecensi lib. 3. cap. 33. qui eius materiam, quantumvis auream, viliorem tamen fuisse ait: *Est autem*, inquit, *Manlat de viliorum numismate, qui nec totus sit aureus nec totus cupreus, sed quasi de confusa et vili constat materia.* Certe quidquid fuerit de isto Arnoldi Manuelato, is, cuius memini, ex probo conflatus auro videtur. Profert praeterea supralaudatus Strada nummum alium aureum, quem Manueli pariter adscribit, in cuius antica visuntur duae figurae stantes, prior Imperatoris barbati dextra hastam cum siparo et nota Labari, laeva gladium lateri adhaerentem tenentis: altera est mulieris (quam Deiparam esse par est credere) Coronam Imperatoris capiti imponentis, cum hisce characteribus, DN MANOVHA ..... hunc, etsi nescio quid adulterinum ex literis DN. suspicari quivis potest, hic describendum curavi, una cum altero ISAACII COMNENI Imperatoris, ne quid ad Historiam Comnenicae familiae illustrandam desit. Servatur is in instructissimo Gazophylacio Thuano. Habetur in antica Princeps habitu Constantinopolitano, cuius caput manus de caelo tangit, dextra Crucem hastae impositam ferens, sinistra gladium seu ensem Angeli manu recipiens, cum hisce characteribus ICAAKIOC ΔE ... PA ... MI. In postica visitur virgo sedens, icunculae caput in sinu fovens. Nummus est aureus, sed ponderis non aequantis solidum Iustinianaeum.

Εὐφημίας προεξάρχοντες] Interdum Psaltae et Cantores *πολυχρόνιον*, seu acclamationes incipiebant, praesertim cum fiebant illae in Templis, ut autor est Codinus cap. 6. N. 5. Interdum etiam Proceres: idem cap. 8. N. 2. et 3. C

Δεύτερον θῆλυ] Maria forte, quam primam e tribus Alexii filiabus nominat Zonaras. Vide lib. 15. sub finem. D

D *Ἐπινεμήσεως ἑνδεκάτης*] Ioannes Comnenus, postmodum Imperator, *Calojoannes* Petro Abb. Clun. dictus lib. 2. Epist. 39. nascitur Indict. 11. A. Chr. MLXXXVIII.

Pag. 168. A *Τὸ δὲ παιδίον μέλαν*] Willelmus Tyrius lib. 15. cap. 23. de Ioanne: *Fuit autem statura mediocris, carne et capillo niger, unde et cognomento dicitur etiam hodie Maurus, facie despicabili, sed moribus conspicuus et actibus insignis militaribus.* Si (quod asseverat Nicetas) ad Ioannem spectat pars posterior primi Oraculi Leonis Imperatoris, belle ibi describitur hoc versu vultus color:

Βαπτόμενος μέλανι, καὶ μέλας ὅλος.

B *Καὶ τοῦ στέφους*] Nicetas in Ioanne: *ὁ Βασιλεὺς τοίνυν καὶ τοκεὺς Ἀλέξιος μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων τῷ Ἰωάννῃ προσέκειτο· ἀμέλει τοι καὶ τοῦτον ἐπικρίνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον, ἐρυθροῦ τε πεδίλου μετεδεδώκει καὶ Βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι.* Imperator porro a parente Alexio dictus est Ioannes circa An. Chr. MXCI. aut sequentem, uti patet ex Diplomate, quod ab Ughello profertur in Archiepiscopis Neapolitanis N. 10. *In nomine Dei Salvatoris N. I. C. imperante Domino nostro Alexio Magno Imperatore anno* XIV. *sed et Ioanne Porphyrogenito Magno Imperatore eius filio anno* III. *die* XVII. *mensis Sept. Indict.* III. etc. Profert etiam idem Ughellus aliud Diploma Anni 19. Imperii Alexii Ind. 8. in quo Ioannis pariter Imperii anni describuntur.

C *Ἀνωτέρω*] Pag. 95.

C *Ἀμήρ*] Apud Arabes id vocabuli *κύριον*, seu Dominum sonat, quod varie efferunt Scriptores nostri. Interdum enim *Ammirabilis* dicunt, ut Albertus Aq. lib. 3. cap. 59. *Ammiratus*, ut Tudebodus lib. 5. *Admirabilis*, ut Otho Frisingens. lib. 7. cap. 4. et *Admirarius*, ut Leo Ost. Hinc *Admiraldorum*, seu Thalassocratorum nata vox apud Latinos, quod ita nostris Turcicarum classium Duces indigitarentur. Vide pag. 205. b.

D *Φιλάρετος*] Cuius meminit Zonaras in Romano Diogene.

Pag. 169. B *Ἐξ ἐφόδου κατέσχεν*] Venit Antiochia in Turcorum potestatem sub Abulcasemo Chalipha circa An. Chr. MLXXXIV. Alexio imperante. Tradunt siquidem Raimundus de Agiles pag. 148. Ordericus Vital. lib. 13. pag. 914. et Willelmus Tyr. lib. 5. cap. 11. eam, antequam a Francis expugnaretur, quod accidit 3. Iul. A. MXCVIII. Saracenos per annos 14. obtinuisse. V. Elmacinum.

C *Τοντούσης*] Tutusae nomen varie effertur ab El-Macini Interpretibus. Erpenio enim *Tagiuddaulas Nisus*, Vaterio

vero *Tageoldulas* dicitur. Fuit ille Giesaluddaulae, seu Gelaloldulae Mascosae Summi Turcorum Sultani frater, Barselami Salgeucidae Sultani filius, Damasci Ameras. Siarfuddaula, seu Serfodulo, Muslemi filio, Corosi nepote, Aleppi, seu Berrhoeae Amera, a Solymanno, cui ille Antiochiam auferre annixus erat, interfecto. An. Heg. CDLXXVII. Chr. MLXXXIV. ipse Aleppum non modo invasit, sed et ipsam Antiochiam, caeso Solymanno ex fratre nepote, expugnavit totiusque Syriae Principatum nactus est. A. Chr. MLXXXV.

Βάγδατ] Vide Albericum A. MXCVIII. C

Ὁ δὲ μέγας Σουλτάν] Adversus Tutusem, seu Tageol- Pag. 170. A
dulam, tot successibus elatum, bellum suscepit Gelaloldules Sultanus frater, captumque Aleppum Casmaroldulae commendavit, nec multo post hominem exuit Anno Heg. CDLXXXV. Chr. MXCII. transmissa in Mechamudum Sultanica dignitate.

Σιαούς] Magistratus Turcicus, qui etiamnum *Chiaous* B
apud Turcos appellatur. Leunclavius in Pandect. Turc. N. 172. *Zauzii comparandi veniunt cum nostris nobilibus aulicis, iisque praesertim, quorum opera Principes utuntur in expediundis variis negotiis, quas commissiones vocare consuevimus.* Iis qui praefectus est, *Zauziorum Bassa* vocatur, de quo Magistratu idem agit Leuncl. N. 228. Habebant etiam Byzantini Imperatores suos *Chiausios*, quos vulgo *Τζαουσίους* nuncupant Scriptores, atque in iis Acropolita cap. 60. quibus qui praeerat, *Μέγας Τζαούσιος* dicitur Pachymeri lib. 7. cap. 1. lib. 12. cap. 30. lib. 13. cap. 22. Vide praeterea Meurs. in *Τζαούσιος*.

Δόρατα μακρά] Celebrantur potissimum Franci nostri Pag. 171. D
a Scriptoribus, quod egregie hastas quaterent. Nicetas in Man. lib. 3. N. 3. de Latinis, seu Francis: *καὶ τὸ ἐκ τῶν Λατίνων ἐκεῖσε στρατιωτικὸν μέγα τῷ δόρατι ἐγκαυχώμενον.* Cinnamus lib. 2. de iisdem Francis: *Ἵππον τε ἐνσταλῶς ἀναβῆναι, καὶ ξὺν δόρατι ἐπελάσαι δεξιοὶ μάλιστα.* Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 41. *Sed quia sciebant Milites nostros esse probissimos bellatores et mirabiles de lanceis percussores, non sunt ausi cum eis bellum committere.* Albertus Aq. lib. 4. cap. 6. de Hierosolymitanis Francis: *Horum ferreae vestes, clypei auro et gemmis inserti variisque coloribus depicti, galeae in capitibus eorum splendentes super Solis splendorem coruscant, hastae fraxineae in manibus eorum ferro acutissimo praefixae sunt, quasi grandes perticae: equi eorum cursu et bello doctissimi vexilla in hastis eorum nodis aureis et fimbriis argenteis montes in circuitu nimio lucis decore coruscare faciunt.* Vide Annam pag. 172. 207. 277. 445. et 469.

D *Βασίλειαν*] An idem oppidum, quod *Βασίλειον* vocat Constantinus Porph. statuitque in Themate Buccellariorum, Episcopatu insigne sub Ancyrana Metropoli?

Pag. 172. A *Παρχιαρούχ*] *Berciarocus*, seu ut effertur ab Erpenio, *Barchiuruchus*, alter Gelalolduli seu Toparae Sultani filius, parente a Tutuse patruo, qui eum immissis chaziis interfecerat, sublato et in ordinem acto Mechamudo fratre, Sultanicam dignitatem invasit A. Heg. CDLXXXVII. Chr. MXCIV. Vide Not. ad pag. 179.

C *Κίον*] Cium, urbem maritimam in Bithynia habent Strabo lib. 12. Theophanes pag. 200. 405. *Chiaous*, ni fallor, hodie, in Itinerar. D. *de Breves*, pag. 9.

D *Δοῦκα*] Dux Scriptoribus Byzantinis est classis praefectus: *Δοὺξ τοῦ στόλου* apud Nicetam in Isaac. lib. 3. N. 4. In Alex. lib. 2. N. 4. Annam lib. 7. 9. etc. Supra Duces erat *Δοὺξ μέγας*, de quo eadem Anna pag. 209. et Nos ad Villhard.

Pag. 173. D *Ταύτην τὴν ἀνάγκην*] Proverbialis formula, qua non semel utitur Anna lib. 13. pag. 399. et 402. nostris frequens, *faire de necessité vertu*. Will. Tyrius lib. 10. cap. 17. *faciens de necessitate virtutem*. Albericus An. MLXII. *necessitatem vertens in voluntatem*. Nangius in Phil. III. initio, *de necessitate fecit virtutem*.

Pag. 174. A *Οἰκοδομῆσαι πολίχνιον*] Oppidum, seu Castrum forte, quod *Κιβωτὸν* Graeci, nostri *Civitôt* appellarunt, in Nicomediensi sinu exaedificatum ab Alexio, ut autor est Ordericus Vitalis lib. 4. qui id Varangis inhabitandum et tuendum ab eodem Augusto concessum narrat. Vide Notas nostras ad Villhard. N. 89. et 240. Ciboti meminit etiam Pachymeres lib. 6. cap. 25.

C *Θέατρον*] Theatrum ante Severi tempora Constantinopoli extitisse produnt passim Scriptores. Eversum restituit idem Severus Byzantinis reconciliatus, ut autor est Cedrenus, e regione Templi Veneris, ut est in Chronico Alexandrino: quod quidem Theatrum illud esse opinor, quod vetus Urbis Descriptio statuit in 2. Regione, quae intra veteris Byzantii fines fuit. Theatrum illud *Minus* nuncupatur ad eius forte discrimen, quod extitit in 14. Regione. Neutrum tamen hoc loco ab Anna intelligitur: nam Hippodromum, seu Circum ita appellasse constat, quod et Nicetae, Marcello Comiti et aliis non semel evenit, quem a Severo inchoatum, a Constantino M. instauratum et confectum tradunt Zosimus lib. 2. Glycas et Codinus in Origin. CP. *Θέατρον τοῦ Ἱπποδρόμου* dixit Gregorius in vita S. Basilii Iunioris N. 11.

Αἱ τοῦ Διονύσου] Dionysius in Periegesi: Pag. 176. A

Ἔνθα τε καὶ στῆλαι Θηβαιγένεως Διονύσου
Ἑστᾶσιν, πυμάτοιο παρὰ ῥοὸν ὠκεάνοιο
Ἰνδῶν ὑστατίοισιν ἐν οὔρεσιν, ἔνθα τε Γάγγης
Λευκὸν ὕδωρ Νυσσαῖον ἐπὶ Πλαταμῶνα κυλίνδει.

Σινώπης] Sinopem in potestate fuisse Alexii, cum nostri D
Hierosolymam profecti sunt, observat etiam Albertus Aq. lib. 8. cap. 22.

Λάμπην] Urbem hoc nomine habet Anna pag. 324. Pag. 177. C
Vide Notas ad pag. 94.

Λοπάδιον] De oppido Lopadio et fluvio eiusdem nomi- C
nis habet quaedam Leunclavius in Pand. Turc. N. 16. et 86. *Lupar* dicitur Odoni de Diogilo lib. 5. de Profect. Lud. Reg. Franc. in Orient. Adde Notas nostras ad Villhard.

Χοροσάν] Ita dicta Persis interior Scriptoribus rerum Pag. 178. C
Orient. passim. Vide Leuncl. N. 4.

Τοῦ Σουλτὰν ἀναίρεσιν] Toparae Sultani, ut mox pag. seq. C

Χασίους] Chasios hoc loco vocat Anna, quos nostri D
vulgo *Assasinos*, Persica, inquit, lingua: qua appellatione utitur etiam Nicetas in Isaacio lib. 1. N. 6. et in Alexio lib. 3. N. 6. *Χασύσιοι* dicuntur Ioanni Phocae in Descript. Terrae Sanctae cap. 3. Saracenicam fuisse Sicariorum istorum nomenclaturam autor est etiam Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 21. Caisinos in Arabia memorat non semel Theophanes pag. 356. 358. et 363. quibus fortassis originem et nomen dedit Casius ille Ismaelita Arabs, cuius meminit Abraham Echellensis in Hist. Arabum cap. 3. Sed an ab iis Chasii appellationem mutuati sint, non ausim affirmare. Vide Notas nostras ad Ioinvillae pag. 87.

Διαμελίζουσι] Gelaloldulum Sultanum a fratre Tutuse, Pag. 179. A
seu Tageoldulo immissis Chasiis, vel Assasinis, interfectum hic refert Anna, qua in re cum rerum Turcicarum et Saracenicarum Scriptoribus non consentit. Tradit quippe El-Macinus Sultanum in urbe Bagdatensi fato naturali extinctum A. Hegirae CDLXXXV. Christi MXCII. illiusque percepta morte Tageoldulum sese Sultanum appellasse missiseque ad Chalipham Muquetadibillam, quo ab eo Bagdati inauguraretur; sed repulsam passum esse. Vereor igitur, ne quod idem Scriptor de Chasiorum fiducia et temeritate ingerit sub An. Heg. CDLXXXIII. Chr. MXC. Annae imposuerit: quo loco El-Macinus *Batiias* vocat, qui aliis *Assassini* et *Chasii* promiscue appellantur. Vide eumdem A. Heg. CDXCV.

Πουζάνος] Quem Anna Puzanum, El-Macinus *Extaca-* B
rum, seu *Icsancarum* vocat, ubi a Taggeoldulo superatum et

caesum refert mense Giumada An. Heg. CDLXXXVII. Chr. MXCIV.

C *Ταπάρη*] Sultanum, qui eo aevo hac gaudebat dignitate, Tutusae fratrem Gielaluddaulam, seu Gelaloldulum, cognomento Malcosam, vel Melicsai, appellari ab Elmacino, iam supra monui. Proinde haud scio unde *Taparem* confecerit Anna. *Melec-La*, vel potius *Melec-Sa* nuncupari videtur ab Aithono.

D *Ἀναιρεῖται δὲ αὐτός*] Caesum perinde et deletum Tageoldulum a Belciarocco ex fratre nepote tradit idem ElMacinus, mense Safaro A. Heg. CDLXXXVIII. Chr. MXCV.

D *Τὰ Ναυάτου φυσῶν*] Anna lib. 10. de Hugone Veromanduorum Comite pag. 288. *φυσῶν τὰ Ναυάτου*, hoc est, qui instar Novati illius Haeresiarchae tumidus gestiebat. Novatus enim, qui a Graecis Scriptoribus *Ναυάτος* passim indigitatur, a D. Cypriano Epist. 49. *arrogantia et stupore superbi tumoris instatus* fuisse dicitur. Sic Novatianum, Novati socium erroris, ob superbiam carpit Epist. 52. et *Doctorem superbiae* vocat Epist. 57. At Novatus propter *λογισμοῦ φυσίωσιν* et *τῆς ψυχῆς ὑπερηφάνειαν* perstringitur etiam ab Eusebio lib. 6. Hist. Eccl. cap. 35. Niceta in Thes. Orth. Fid. lib. 4. Haeres. 27. et Nicephoro Call. lib. 6. cap. 5. Omnibus prope Haereticis communis fuit ambitio et arrogantia, qualem Anna hic in Novato carpit: *omnes enim tument*, inquit Tertullianus de Praescript. et S. Augustinus lib. 5. contra Faustum cap. 7. *Haereticum typhum et intolerabilem superbiam* sugillat. Ita Donatus, Novati assecla et simia, fastus et arrogantiae arguitur ab Optato Milevit. lib. 3.

Pag. 180. A *Σολυμᾶ δύο υἱεῖς*] Solymannos duos hac ipsa tempestate agnoscunt Scriptores. Prior Niceae Princeps, qui Antiochiam cepit, *Vetus* Tudebodo pag. 783. dicitur, ad discrimen Solymanni Iunioris, veteris filii, cuius primogenitus frater fuit Cliziasthlan, qui Nicaeam occupavit: quam urbem Solymanno fratri Cliziasthlanem cessisse par est credere in partem haereditatis paternae, reservata sibi Lycaonia, vel Cappadocia. Nam et tempore expugnatae a nostris Nicaeae urbi imperitabat Solymannus, Cliziasthlan vero Lycaoniae et Iconiensi urbi. Vide Annam pag. 318.

C *Ἐξώπολον*] Reponit interpres *ἐξώπυλον*. Si ita se res habet, erit *ἐξώπυλον* porta exterior, uti appellatur ab Hovedeno pag. 736. quae etiam a Graecis recentioribus *ἐξώπορτον* et *ξωπόρτης* dicitur. Verum nihil hoc loco temere immutandum: est enim *ἐξώπολον ὁ ἔξωθεν τοῦ κάστρου*, seu *πόλεως*, *κύκλος*: hoc est, extra urbem munitio, seu murus exterior, Latinis *Antemurale* et *Barbecanum*, nuncupatus.

Ioan. de Ianua in Catholico, *Procestria, loca extra civitatem, sicut procastria, loca extra castra.* Laonicus lib. 9. ἐξώκαστρον dixit, προτείχισμα Procopius, ut et Anna lib. 14. pag. 426. Ἐπεφρούρητο δὲ ἡ πόλις καὶ ἄλλοις μὲν ἀρραγέσι τείχεσι, καὶ δὴ καὶ τρισὶ προτειχίσμασι κύκλῳ ταύτην περιλαμβάνουσιν. ὁ γὰρ ἐξώτατος κύκλος περιεῖχε τὸν δεύτερον. Anastasius in Hist. Eccl. pag. 95. προπύργια apud Theophanem *Antemuralia* vertit. In Glossario Graecolat. *Procastrium* ὁ πρὸ τῆς παρεμβολῆς τόπος exponitur. Est igitur ἐξώπολον murus exterior, quo caetera urbis vel castri moenia cinguntur et muniuntur, ne ad illa statim hostibus accessus pateat: unde et *promurale* appellatur ab Isidoro lib. 15. Orig. cap. 2. *eo quod,* inquit, *sit pro munitione muri.* Gesta Stephani Reg. Angl. *exterius promurale quod ad Castellum muniendum aggere cumulatissimo in altum sustollebatur.* Interdum non modo muris aut parietibus muniebatur illud Procastrium, sed saepe fossis et vallis. Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Opposuit medium flumen natura fluentem,
Qui burgum vallo disterminat exteriori.

Et ante:

Vallum quod erat munitio prima.

Petrus Monachus Vallis Sarnaei cap. 63. *Adversarii autem quaedam extra fossata repagula de lignis fecerant, et post illa repagula aliud fossatum, manebantque semper inter duo illa fossata et inde exibant saepius et infestabant nostros.* Quae quidem fossata et repagula eidem Scriptori paulo infra *Barbecanae* dicuntur. Vide Notata ad pag. 54. et Cinnamum lib. 4. N. 4.

Τὸ τῆς λίμνης] Lacum Lopadium intelligit, e quo amnis profluit, Rhyndacus olim dictus, ad cuius ostium extructa fuit Apollonias, ut est apud Plinium, Ptolemaeum et Stephanum. Huius stagni, vel lacus, ut et pontis ad amnem extructi, de quo Anna, mentio fit apud Laonicum lib. 4. Vide Leuncl. N. 86. et Notas nostras ad Villhard. N. 169. Pag. 181. A

Ἀγραρίοις] Persuasum haberem ἀγράρια ita dicta τὰ πρὸς ἰχθύων ἄγραν σκάφη, de quibus Nicetas in Isaacio lib. 1. N. 6. nisi doceremur a Constantino Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 51. Imperatores, cum peregre, (unde etiam forte eiusmodi navigio nomen) et in suburbana praedia Byzantii ultra Bosporum secedebant, iis vehi solitos. Proinde malim *agrarias* eiusmodi naves easdem esse, aut iis persimiles, quas *Agrarienses* vocat Lex. un. Cod. Th. de Lusoriis Danubii: ita ut iis uterentur, cum ἀγραρεύειν vellent, id est, in suburbana praedia secedere. Hesychius, ἀγραρεύεις, περι- A

ἐρχῃ. De Lusoriis vide Salmasium ad Vopiscum: de Agrariis vero rursum Anna pag. 205.

B *Ποιμανηνοῦ*] Urbs Villharduino *Pumenienor* nuncupata, in Provincia Hellesponti. Notitiae veteres passim.

Pag. 182. A *Γένος Σκυθικόν*] Patzinacarum bellum cum Alexio narrat etiam Zonaras. Sunt vero Patzinazae gens Scythica, ut idem testatur in Isaacio Comn. et Scylitzes pag. 775. De iis multa passim habet Constantinus de Adm. Imp. cap. 1. 2. 3. 4. et seq. et 37.

A *Τατοῦ*] Tati, seu Tatae, Patzinacarum Ducis meminit praeterea idem Zonaras in Mich. Duca.

B *Δρίστραν*] Dristra, seu Drista, ut est apud Cedrenum, olim Dorostolum dicta, Moesiae inferioris urbs ad Istrum sita. Vide Notitias vet. apud Carolum a S. Paulo in Geograph. Sacra pag. 20. et 52. et Excerpta Geograph. Bon. Wulcanii.

B *Βιτζίναν*] Occurrit in Notit. Andronici. Vide infra pag. 193.

B *Ὁ δὲ τραυλός*] Cuius meminit Anna rursum pag. 157.

Pag. 183. C *Σάλινον*] Rectius Editio Hoeschel. *Βλίσνον* habet. Vide Not. ad Villhard. N. 232.

Pag. 185. A *Ἀλλὰ πεζός*] Proverbium Pindaricum, de quo Diogenian. Centur. 6. N. 28. Apostol. Eustath. ad Dion. Moschopulus *περὶ σχεδῶν* etc.

B *Σιδηράν*] Clusura ad Haemum montem sic nuncupata, cuius iterum meminit Anna lib. 10. pag. 281. et Scylitzes pag. 784.

IN LIBRUM VII. ALEXIADIS NOTAE.

Pag. 188. A *ΣΟΛΟΜΩΝ*] Salomon Hungariae Rex, qui ea tempestate bellum gerebat cum Geisa fratre, quocum foedus inierat Alexius. Thwrocz. in Chr. Hung. part. 2. cap. 50. 51. et 52. et Bonfin. Dec. 2. Rer. Hung. lib. 3. et 4.

A *Χαριούπολιν*] Oppidum notum Villharduino et aliis.

B *Βεμπετζιώτης*] Nomen, inquit Anna, a patria sortitus, Bempetzo forte, urbe circa Euphratem, de qua Nicetas in Ioan. N. 7.

D *Πάμφυλον*] Cuius oppidi pariter mentio fit apud Villhard.

Pag. 189. D *Λαρδέαν*] Occurrit locus iste apud Nicetam in Isaac. lib. 2. N. 1.

D *Δαμπόλεως*] Dampolis *φρούριον* haud procul ab Adrianopoli Scylitzae pag. 783.

D *Γολόη*] Memoratur Goloe ab eodem Scylitze pag. 787.

Τὰ Τέμπη τοῦ Αἵμου] Tempe Montis Haemi, Clusu- Pag. 190. B
ras, seu *στενωποὺς*, ut vocat Theophylactus Simocatta lib. 2. cap. 11. describit Leunclavius in Pand. Turc. N. 107. *In Thraciam ex Bulgaria profecturis duplex iter est ad superandum Haemum: unus aditus a Traiano plerisque putatur factus, ubi adhuc quadrato lapide porta maxima spectatur: alter ad parvum est amnem, quem Sloditzam Bulgari vocant.* Vide eumdem N. 20. Viam Traiani in Haemo monte agnoscit etiam Simocatta lib. 8. cap. 4. Portas, seu Claustra S. Basilii ibidem memorant Willelmus Tyrius lib. 2. cap. 4. et Anonymus de Expedit. Asiat. Fred. I. Adde Busbeq. in Itiner. CP. pag. 26.

Ἀπόγονος] Nicephori Bryennii, qui Tyrannidem affec- Pag. 191. B
tavit Botaniata imperante, filius fuit Nicephorus Caesar, Annae maritus, si Zonaram audimus. At secus Anna ipsa: scribit enim lib. 10. pag. 274. Nicephorum Bryennium, Nicephori Tyranni filium, una cum patre captum, oculis perinde privatum fuisse. Nicephori, Tyranni filii, non semel meminit Bryennius Caesar, qui Patricii dignitatem ei videtur assignare lib. 3. cap. 9. lib. 4. cap. 12. 13. et 14. Fuit igitur Nicephorus Caesar Tyranni ex filio nepos, quod evincit vox *ἀπόγονος*.

Ἀπὸ δυτικῶν μερῶν] De origine, fonte et decursu Pag. 192. A
Danubii multa Alderisius, Strabo, Procopius, Delrius ad Senecae Medeam, Ortel. et al.

Διὰ πέντε στομάτων] Septem Danubii ostia ponit A
Vibius Sequester, sex Plinius lib. 4. cap. 6. quinque Arrianus in Periplo Ponti Euxini.

Προσηγορίαν] Nominum magni huius fluvii mutationem B
ponit Plinius lib. 4. cap. 12. ubi primum Illyricum alluit, Strabo libro 7. ad eius cataractas, Ptolemaeus ad Axiopolim urbem, Appianus in libro qui Illyricus inscribitur, ad Savi fluvii confluentem.

Πρέσβεις ἑκατόν] Ita Aegyptii centum Legatos Romam B
olim miserant ad Regem Ptolemaeum accusandum, teste Dione.

Τῶν ὑπογραμματευόντων] Secretarius, seu a Secretis. C
Constantinus Manasses:

Ἀνάκτων ὑπογραμματεὺς, ὃν φασιν Ἀσηκρήτην.

Μικρὰν Νικαίαν] Quae in Edit. Hoeschel. *Νικίτζα* Pag. 193. B
ὑποχοριστικῶς dicitur ad discrimen Nicaeae in Bithynia, quam *Magnam* vocat Villharduinus N. 237. et 247. *Nize* Willelmo Tyrio lib. 2. cap. 4. *Nit* et *Nitze* Odoni de Diogilo lib. 2. *Nissa* in Exped. Frider. *Nissea* Tagenoni Pataviensi, *Νίκη τῆς Θράκης* Socrati lib. 2. cap. 36. et lib. 4. cap. 11. Theodorito lib. 2. cap. 21. Nicephoro Call. lib. 9. cap. 41.

Procopio lib. 4. de Aedif. *Nice* Ammiano lib. 31. et Authori Itinerarii Burdegal. *Ναισὸς* Cinnamo non semel, *Νικαία* simpliciter Sozomeno lib. 4. cap. 15. et Arnoldo Lubec. lib. 2. cap. 4. Hanc prius *Ustodizo* dictam asserunt Fragmenta S. Hilarii pag. 36. et Mansionem tantum fuisse, hoc est, locum mutandis equis publicis dicatum. Extitit postea civitas egregia, ut ex ruinis cernitur, sed hodie instar vici redacta est, et a Turcis et Bulgaris habitata, ut autor est Felix Petancius in libello, de Itinerib. aggrediendi Turcum, cap. 1. ubi *Nesus* nuncupatur.

C *Πλίσκοβαν*] Pliscobam expugnavit Bulgarisque abstulit Basilius Bulgaroct. uti tradunt Zonaras et Scylitzes. A Constantino M. aedificatam autor est Codinus in Orig. CP.

Pag. 194. C *Πατζινάκων*] Qui Scriptoribus Latinis perperam *Pincinnati*, *Pincenates*, *Pecinaci*, *Pezinati*, *Pizenaci* etc. appellantur.

C *ΠερσθλάβαΝ*] Persthlavam Magnam, Bulgariae Regum Regiam, expugnavit Ioann. Zimisces, utramque Magnam et Parvam Basilius. Magnam ad Istrum statuit Anna: Zonaras et Scylitzes haud procul a Dorostolo: ad Haemum montem Nicetas in Isaac. lib. 1. N. 5. quo loco eam describit. A Constantino M. extructam prodit Codinus in Orig. CP.

D *Μόκρος*] Qui et Samuel dictus. Vide infra lib. 12. pag. 371. et seriem Regum Bulgariae in Familiis Sclavonicis, seu Dalmaticis.

Pag. 195. D *Ἄρχοντα Βαραγγίας*] Hoc est Varangorum *Ἀκολουθὸν*, seu Praefectum, qui *Πελεκυφόρων ἐξάρχων* dicitur Cinnamo lib. 6.

Pag. 196. D *Τὸ ὠμόφορον*] *ὠμοφόριον*, seu *ὠμόφορον*, vestem esse Patriarcharum, vel Episcoporum, quae humeros tegebat, pridem docuerunt viri docti. *Humerale* vocant Autor Actorum Murensium pag. 29. et Paulus Diacon. lib. 22. Hist. Misc. At quid sit apud Annam *τῆς τοῦ λόγου μητρὸς τὸ ὠμόφορον σημαίαν κατέχων*, vix auderem definire, nisi lumen daret facemque praeferret Scylitzes in Lecapeno, ubi narrat Simeonem Bulgarorum Regem de pace acturum Romani Lecapeni Imperatoris colloquium expetiisse: Romanum vero, priusquam ad locum condictum proficisceretur, cum Patriarcha in Aedem Blachernianam venisse, et aperta sacra theca, accepisse Omophorum Deiparae, quo se adversus Barbari insidias tutaretur. Eius verba sunt: *ὁ δὲ Βασιλεὺς ἐν τῷ ναῷ γενόμενος τῶν Βλαχερνῶν ἅμα τῷ Πατριάρχῃ, καὶ ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ εἰσελθὼν, καὶ ἱκετηρίας ᾠδὰς ἀποδοὺς τῷ Θεῷ, τὸ Ὠμόφορον τῆς Θεοτόκου λαβὼν, ἐξῄει τοῦ ναοῦ, τοῖς ὅπλοις ἀσφαλέσι φραξάμενος*. Ex quibus patet Alexium cum Patzi-

nacis pugnaturum, his se sacris perinde Deiparae reliquiis muniisse, eiusque humerale, vexilli instar expansum, altera gestasse manu: quod cum perflante vento vehementiori, et hostibus maiori numero atque acriori impetu ad insequendum incumbentibus, retinere haud posset, intra vepres et dumeta complicatum absconderit, *ὡς μηκέτι ὁρᾶσθαι παρά του*, ita ut a quoquam hostium animadversum non fuerit: vel, ut habet Editio Hoescheliana, *παρ' αὐτοῦ*, ita ut ab Alexio deinceps visum non fuerit, vel repertum. Fuit porro Omophorum Deiparae non pallium quod ab humeris ad talos usque porrigeretur, cum Lecapenus et Alexius illud prae sui pondere gestare manibus vix potuissent, sed vestimentum illud, quod *μαφόριον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου* nuncupatur in inscriptione tabulae argenteae particulam Dominicae crucis continentis, quae apud Trevirenses in Monasterio Insulae S. Nicolai asservatur, illuc post Constantinopoleos direptionem ab Henrico de Ulmena allatae Anno Christi MCCVII. Laeva dextraque lateribus Crucis haerent abditae argenteae thecae, variis intus reliquiis refertae, quibus insculpti sunt earum tituli charactere Graeco, et singulis conditoriis praefixi. Ac primum sinistrorsum hae visuntur Inscriptiones: *Τὰ σπάργανα τοῦ Χοῡ τοῦ βίου τοῦ Θεοῦ. Ὁ ὑακίνθινος στέφανος τοῦ φιλάπου Χοῡ ιᾱ Θῡ. ἡμ. Ἡ Σίνδων ἀθανάτου Χοῡ κα Θεοῦ. Τὸ Μαφόριον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ἡ Ζώνη τῆς ἁγίας Παρθέν. Θκοῡ* Dextrorsum vero, *Τὸ λέντιον* (linteum) *τοῦ πλαστούργου ἡμῶν χῡ τοῦ Θεοῦ. Τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον τοῦ ζωοδότου ιῡ. Ὁ σπόγγος τοῦ μακροθύμου χοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν. Ζώνη τῆς ἁγιοπαρθένου Θεοτόκου ἐκ τῶν Χαλκοπρατ. Αἱ τίμιαι τοῦ ἁγίου Ἰω̄ τοῦ Προδρόμου τρίχες.* Censet Browerus lib. 15. Annal. Trevir. a quo praedicta hausimus, *μαφόριον* pro linteo, vel panno hic sumi, vocemque ab Hebraeorum *Maphora*, quam sudarim, aut sudarium interpretantur, deductam, ad recentiores Graecos postea transiisse. Verum quin *μαφόριον* illud sit idem quod *ὠμόφορον*, apud Scylitzem et Annam, et *Mavors*, seu *Mafors*, apud Latinos Scriptores aevi medii, nullus dubito. Sed an *μαφόριον*, postremaeque istae voces Latinae a Graeco *ὠμόφορον* deductae sint, vel effictae, vix ausim stabilire. Est autem *μαφόριον*, uti definiunt Glossae verborum Iuris apud Car. Labbeum, *σκέπασμα τῆς κεφαλῆς*, foeminarum nempe, ut diserte habet Achmes cap. 265. Neque aliud fuit *Mavors*. Papias MS. *Mavorte, matronale operimentum quod caput operit. Vocatum autem quasi marte.* Idem, *Peplum, vestis votiva, Mavorte, mafuritae, vestis muliebris, picta stola vel pallium quo matronae utuntur.* Isidorus lib. 19. Orig. cap. 25. *Stola — et Ricinium*

Latino nomine appellatum, eo quod dimidia eius pars retro eiicitur, quod vulgo Mavortem dicunt etc. Denique Philo Carpathius ad 27. Proverb. *Theristrium, quod et theristrum et maphorium appellant, muliebre capitis et faciei est velamentum et operculum, quo foeminae aestate praecipue utuntur.* Neque alia notione Mavortem usurpavit Gregorius Turonens. lib. 10. cap. 16. et Fortunatus in vita S. Radegundis cap. 9. D. Hieronymus Epist. 22. *Et per humeros laena Mavorte volitans.* Mafortes etiam Monachis tribuit Cassianus lib. 1. de Inst. Mon. cap. 7. *Angusto palliolo — colla pariter atque humeros tegunt, quae mafortes tam nostro, quam ipsorum nuncupantur eloquio.* Enimvero Deiparae capitis ἐπικάλυμμα, cum eiusdem zona, asservatum in Blacherniano Templo docet Nicephorus Call. lib. 18. cap. 38. Ex quibus tandem conficitur ὠμόφορον apud Annam et Scylitzem esse capitis tegumentum, quod humeros etiam operiebat, cuiusmodi sunt mulierum nostratium pepla, seu velamenta, dum sunt in lugubri habitu. Nec est quod quis miretur ipsum Imperatorem in praelio illud altera gestasse manu, ad instar vexilli, cum Thomas Walsinghamus in Hypodigmate Neustriae narret Walterium Carnotensem Episcopum una cum civibus contra Rollonem Normannum urbem obsidentem pugnaturum, supparum (Camisiam vocant) Beatae Mariae, quod Carolus Calvus Constantinopoli cum aliis reliquiis, uti fingit, advexerat, in modum vexilli praetulisse, praeterea Willelmus Tyrius lib. 11. cap. 19. Balduinum Hierosolymitanum Regem cum Saracenis, Ademarus vero Cabanensis Robertum Francorum Regem cum Carolo Simplice dimicantes vexilla praetulisse, ac prae manibus gestasse scribant. Blacherniani Templi (neque enim rem ingratam Lectori fore arbitror, si sacrarum Deiparae vestium Historiam hisce Commentariis attexam) amplitudine, licet et artificii elegantia percelebris, venerationem mirifice auxere depositae in eo Deiparae vestis et zona, quarum depositionis anniversarium diem agunt seorsim Graeci, vestis scilicet 2. Iulii, zonae vero 31. Augusti. Deiparae Aedem in Blachernis extra urbem aedificatam a Pulcheria, Marciani Imperatoris coniuge, praedicant passim Theodorus Lector Eclog. 1. Theophanes, et ex eo Anastasius, An. 1. Marciani, Chronicon Alex. Zonaras, Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. Codinus de Orig. CP. et alii. Hanc postea intra urbis ambitum inclusit Heraclius An. XV. extructo ultra Blachernas muro, quo a barbarorum incursibus, qui regionem istam hactenus pervaserant, tuta esset. Chronic. Alexandrinum: *Τὸ ιέ. ἔτος τῆς βασιλείας Ἡρακλείου, ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἔξωθεν Βλαχερνῶν, καὶ ἀπεκλείθη ἔσωθεν ὁ ναὸς τῆς παναγίας*

Θεοτόκου, καὶ ἡ Ἁγία Σορός· πρώην γὰρ ἔξωθεν. Idipsum testatur S. Nicephorus Patr. CP. *τεῖχος εὐθὺς δειμησάμενοι τοῦ ἐκείνου ναοῦ φρούριον κατέστησαν.* Atque inde ab adiacente Blachernarum regione, sive templo ipso, *τεῖχος τῶν Βλαχερνῶν* dicitur murus iste eidem Nicephoro et Paulo Diac. lib. 20. Hist. Misc. Addit Nicephorus Call. lib. 14. cap. 2. lib. 15. cap. 14. et 24. Pulcheriae opera et rogatu, Deiparae sepulchrales fascias (*τὰ ἐντάφια σπάργανα*) a Iuvenali Patriarcha Hierosolymitano Constantinopolim transmissas, repositas fuisse in illo templo, *ἔγγιστα τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τραπέζης, ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ,* iuxta sacrum altare, in Theca aurea, Marciano adhuc superstite. Quo demum extincto, Leo Magnus Imperii fasces adeptus, eiusdem Deiparae venerandam vestem, *τιμίαν ἐσθῆτα,* Constantinopolim pariter allatam, in rotundo quod ipse extruxit Templo deposuit: *καὶ ἀπετέθη ἐν τῷ παρ' αὐτοῦ δομηθέντι ναῷ ἐν Βλαχέρναις, ἐν ἀργυρέᾳ σορῷ, δι' ην καὶ ὁ ναὸς Ἁγία Σορὸς κατωνόμασται.* Ioelus in Leone: *καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει διακομισθεῖσα, ἐν Βλαχέρναις ἀπετέθη, ἔνθα ὁ Βασιλεὺς ναὸν ᾠκοδόμησε τῆς Θεομήτορος, καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας κατέθετο ταύτην.* Nec dissentit Codinus de Orig. CP. qui cum magnum Deiparae in Blachernis Templum, (quod eidem Nicephoro in Praefat. *τῷ οὐρανίῳ κάλλει ἀνθαμιλλώμενος οἶκος* dicitur) a Pulcheria aedificatum dixisset, haec subdit: *τὴν Ἁγίαν Σορὸν, τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου, ἀνήγειρε Λέων ὁ Μακέλης, ἔνθα κατετίθετο τὴν ἱερὰν σορὸν, ἢ ἡ θεία ἐσθὴς τῆς Θεομήτορος ἐναπέκειτο.* Quamquam ex praedictis Blachernianum Templum aliud videatur fuisse ab eo quod Leo M. condidit, et *Ἁγίαν Σορὸν* appellant passim Scriptores, quam tamen id procul absit a vero, quaeve fides Graeculis istis, aevi prasertim postremi, praestanda sit, vel hinc patet, cum certo certius constet unum ideinque esse, ex melioris notae Scriptoribus. Cedrenus in Romano scribit Sacticium quemdam, accepto in praelio contra Bulgaros lethali vulnere, ad Blachernas evasisse, positumque *ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Σοροῖ* statim expirasse. Mox, ut Lecapenus cum Simeone Bulgarorum Rege collocuturus urbe excesserit, idem Cedrenus commemorans, addit Augustum prius cum Patriarcha fanum Blachernianum et *Ἁγίαν Σορὸν* ingressum, post fusas ad Deum preces, accepto Deiparae humerali, inde exiisse, uti ex supra laudato Cedreni loco colligitur: ex quo facile quivis evincat *Ἁγίαν Σορὸν* Templi Blacherniani partem et appendicem fuisse tantum, vel potius Sacellum, in quo asservabatur Sacrum illud *λείψανον,* quod cum a Leone forte extructum fuerit, inde factum ut Scriptores totius Aedis

conditorem agnoscant; seu, quae probalilis videtur coniectura, quod Templo Blacherniano, cuius Marcianus et Pulcheria fundamenta iecerant, ultimam manum imposuerit. Cedreno suffragatur Leo Grammaticus, qui in Michaele Balbo diserte indicat, sacrum Deiparae *ὠμοφόριον* in Templo Blacherniano asservatum, quod alii *ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ* scribunt: *ὁ δὲ Βασιλεὺς καταλαβὼν μόλις ἰσχύσας διαπερᾶσαι, καὶ δὲ σὺν τῷ Πατριάρχῃ Φωτίῳ εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς τοῦ Θεοῦ μητρὸς παρεγένετο, κἀκεῖ τὸ θεῖον ἐξιλεοῦνται. εἶτα μετ' ὑμνῳδίας τὸ ἅγιον ἐξαγαγόντες τῆς Θεοτόκου ὠμοφόριον, τῇ θαλάσσῃ ἄκρῳ προσέβαλον* etc. Idem Autor in Leone: *Θεοφάνω δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ οὐ παρῆν ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐν Βλαχέρναις ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ προσεκαρτέρει εὐχομένη.* Neque abludit Codinus ipse, dum ait Deiparae zonam in Chalcopratiana Aede repositam, *ὠμοφόριον* vero *ἐν Βλαχέρναις* asservatum. Denique Nicephorus Call. lib. 18. cap. 38. (adeo parum sibi constat) asservatas scribit in Blacherniana Aede vestes Deiparae et partem zonae, una cum capitis amiculo. Quod firmari praeterea potest ex Metaphrastae verbis, quae ad Codinum laudat Lambecius pag. 201. Iam vero Deiparae vestes a Gelbio et Candido Patriciis, Hierosolymis Constantinopolim delatas, et in Templo, quod postea in Blachernis ab Imperatore extructum est, depositas, docent Menaea ad 2. Iulii. Historiam fusiori Commentario narrat Theodorus Presbyter, seu quivis alius Author Narrationis Historicae in Depositionem vestis S. Mariae, editus a Combefisio in Hist. Monothelit. qui in Aede Blacherniana factam disertis verbis tradit, *κατὰ τὸ ἀρκτῷον μέρος*, circa partem scilicet Septemtrionalem. Ex Palaestina pariter Constantinopolim asportatas, Leone M. imperante, autor est etiam Zonaras. Cedrenus vero, Glycas et Ioelus Hierosolymis apud Hebraeam quamdam virginem inventas commemorant, indeque allatas Constantinopolim, et in sacra Theca depositas sub A. Leonis M. XVII. in qua quidem Theca, *σορῷ*, seu *σηκῷ χρυσοπάστῳ, περιστόλια τῆς παρθένου Μαρίας* asservata narrant Theophylactus Simocatta lib. 8. cap. 5. et Codinus de Offic. Aulae CP. cap. 15. Praeterea *μέρος τι τῆς αὐτῆς ἀξιαγάστου ζώνης, καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς ἐπικάλυμμα* repositum testatur Nicephorus Callist. loco citato. Vestis Deiparae materiam descripsit Autor Narrat. Historicae in depositionem vestis Deiparae: *ἡ δὲ ἐσθὴς ἡ θεία ἐξ ἐρίων εὐφθάρτων ἐξυφασμένη, καὶ ὁ στήμων γὰρ καὶ ἡ κρόκη, ἔριόν ἐστιν τὸ αὐτὸ ὁ μοειδὲς καὶ ὁμόχροον.* Et in Leone M. Ioelus: *καὶ σορὸν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κατασκευάσας, κατέθετο ταύτην, ἥτις ἐξ ἐρίων εὐφθάρτων ἐξυφασμένη, καὶ στημόνων ὁμοιοειδῶν, καὶ ὁμοχρόων, ἀδιά-*

φθαρτός ἐστιν, καὶ ἀδιάλυτος μέχρι τοῦ νῦν, τῆς ἀειπαρθένου τὸ θαῦμα σαφῶς κηρύττουσα. At quod Ioelus περὶ ἀφθαρσίας zonae Deiparae scribit, id etiam habent Euthymius et Germanus Patr. CP. oratione mox laudanda. Synaxaria ad 2. Aug. vestem et zonam in eadem capsula, seu σορῷ reconditas notant. Sed errant, cum earum inventionem et translationem Arcadio, Theodosii filio, adscribunt, quod ex ipso, quem ineunt, annorum calculo perspicuum est. Tradunt enim ab earum translatione elapsis CDX. annis, Zoem Leonis Philosophi Imperatoris uxorem, cum a daemone vexaretur, divino monitam oraculo, si sacra Deiparae sibi apponeretur zona, fore ut liberaretur: mox Augusti praecepto adaperta capsa, in ea repertam Deiparae zonam, aurea sigillatam bulla, cum codicillo, seu brevi, annum, Indictionem et diem continente, quibus Constantinopolim allata, et in capsa ab ipso Imperatore deposita fuerat: qua quidem zona a Patriarcha supra Augustae corpus expansa et explicata, in pristinam illa redierit sanitatem, quo facto sacra zona in capsam rursum relata fuerit. Ex hac, inquam, narratione manifeste patet perperam Synaxaria inventionem vestis et zonae Deiparae Arcadio adscripsisse, a quo ad Leonem intersunt anni P. M. CDLXXX. Sed neque idem annorum CDX. numerus Pulcheriae, cui eamdem translationem tribuit Nicephorus, convenire potest, quae excessit A. Ch. CDLIII. a quo ad Leonis Principatum, quem ille iniit A. DCCCLXXXVI. numerantur anni CDXXIX. proinde satius Cedreno fidem habere scribenti inventionem et translationem factas A. Leonis M. XVII. quo ille obiit, hoc est, Christi CDLXXIV. a quo ad initium principatus Leonis Philosophi anni intersunt CDXII. Extat Theodori Presbyteri Magnae Ecclesiae λόγος διαλαμβάνων, καθ' ὃν ἡ τῆς Θεομήτορος ἐσθὴς τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἐπεδήμησεν. Sed et Simeonis Metaphrastae Homiliae, quam in Deiparae laudem conscripsit, titulus concipitur περὶ τῆς φανερώσεως τῆς τιμίας αὐτῆς ἐσθῆτος, καὶ ὅπως ὁ μέγας οὗτος θησαυρὸς Χριστιανοῖς τεθησαύρισται. Allat. in Diatriba de Simeon. Utcumque ista se res habeat, id pro certo haberi debet festum depositionis zonae Deiparae, quod Graeci agunt 31. Aug. esse de miraculo, quod in Zoe Augusta factum narrant: vel etiam quod eadem die Zela, Helenoponti oppido, sub Iustiniano Imperatore, in Aedem Blachernianam, vel Chalcopratianam, est relata. Menologium Sirleti Card. XXXI. *Aug. commemoratio zonae sacratissimae Deiparentis Mariae repositae in venerabili eius Aede, cum zona ipsa relata est ab Episcopatu Zelae sub Iustiniano Imperatore, et factum miraculum per impositionem pretiosae zonae super Reginam Zoem coniugem Leonis Im-*

peratoris. Unde coniici daretur zonam tum primum Constantinopoli visam Iustiniano M. regnante, et una cum eiusdem Deiparae veste in Chalcopratianum Templum, et Ἁγίαν Σορόν, illatam. Festum vero, quod Graeci celebrant 2. Iulii, est de inventione, seu depositione vestis in eadem Aede Blacherniana, facta sub Leone M. idque ἑορτὴν τῶν καταθέσεων τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς Θεοτόκου vocat Codinus de Off. Aulae CP. cap. 15. N. 26. qua quidem die Imperator in Templum Blachernarum cum suis Palatinis itare consueverat. Certe depositas primum in Aede Chalcopratiana sacras Deiparae reliquias, vestem et zonam, vel vestis partem aliquam extitisse, testantur passim Menaea, ipsaque Trevirensis Crucis inscriptio: quae quidem Aedes inde, ut Blacherniana, Ἁγία Σορὸς appellata fuit. Codin. de Orig. CP. τὴν Ἁγίαν Σορὸν τὴν ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἀνήγειρεν, — ἐκεῖσε γὰρ ἐναπόκειται ἡ τιμία ζώνη, καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς Θεοτόκου. At Nicephorus Call. lib. 14. cap. 49. de veste silet, zonam vero in Templo Chalcopratiano agnoscit ab Eudocia ibi repositam: τὴν τιμίαν τῆς Θεομήτορος καὶ ἱερὰν ζώνην κατέθετο ἐν αὐτῇ τῇ τῆς ἁγίας τραπέζης σορῷ· καὶ ἐξ ἐκείνου Ἁγία Σορὸς ὁ τῆς Θεοτόκου οἶκος οὗτος ἐπώνυμον ἐκληρώσατο. Et cap. 2. eiusdem libri: καὶ τὸ τῶν Χαλκοπρατείων αὖθις ἱερὸν τέμενος ᾧ Ἁγία Σορὸς ὄνομα. Editus est pronuper a R. P. Francisco *de Combefis* Germani Patriarchae Constantinopolitani Λόγος εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ ναοῦ τῶν Χαλκοπρατείων, καὶ εἰς κατάθεσιν τῆς ἁγίας ζώνης, καὶ τῶν σεβασμίων σπαργάνων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Laudatur ab Allatio Λόγος, seu Sermo alter Euthymii Monachi, εἰς τὴν προσκύνησιν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ εἰς τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας αὐτῆς Σοροῦ τῆς ἐν Χαλκοπρατείοις. Prostat denique Andreae Cretensis, vel alterius innominati Scriptoris ἐγκώμιον εἰς τὴν κατάθεσιν τῆς τιμίας Ζώνης τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, ab eodem Combefisio publicatum in Hist. Monothelitarum. Verum integrane zona fuerit in hac Aede, dubium videtur, cum lib. 18. cap. 38. partem eiusdem zonae, una cum humerali sacratissimae Virginis, in Blacherniana asservatam fuisse tradat idem Callistus. Alia praeterea Aedes extitit iuxta S. Romani Templum, Ἁγίας Σοροῦ appellatione extructa a B. Helena, ut autor est Codinus: sed an Deiparae *λείψανα* possederit, omnino silet. Magna porro fuit Imperatorum erga has sacras reliquias veneratio, cuius praecipuum est argumentum, quod cum Heraclio imperante Sarbarus Persa, et Mysorum Chaganus urbem gravi obsidione premerent, Patriarcha muros obierit, circumferens ἀχειροποίητον τοῦ Χριστοῦ εἰ-

V. Metaphr. in Orat. de Translat. manus S. Ioann. Bapt. cap. 11.

κόνα, καὶ τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα, προσέτι δὲ καὶ τὴν τιμίαν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος, ut est in Triodio Graecorum: et Michael Balbus, cum a Thoma Tyranno terra marique in urbe obsideretur, *τό τε ζωοποιὸν τοῦ σταυροῦ ξύλον καὶ τὴν ἐσθῆτα τῆς πανάγνου Θεοτόκου*, supra moenia, praeeunte Patriarcha, circumtulerit: Romanus denique Lecapenus et Alexius Comnenus, hic contra Bulgari insidias, ille contra Patzinacarum incursus, his se reliquiis tutati sint. Vide Acrop. cap. 11. Andr. Saussaium in Martyrol. Gall. 25. Iul. Godefr. Henschen. in Act. SS. 2. Febr. de Hypapante, §. 4. N. 26. et Honoratum Niquetium in Iconologia Mariana lib. 1. cap. 8.

Εἰ γὰρ σωθείης] Cinnamus lib. 4. *φεύγειν τε γάρ ἐστιν* Pag. 197. C
ὅτε χρὴ μηδὲν αἰσχυνόμενον, εἰ τοῦτο διδοίη καιρός. Encomium Emmae Reginae Angl. *Est procul dubio certa victoria ab fortiori hoste elabi fuga, cui nequit resisti per arma.* Hinc Petrus Chrysol. Serm. 150. *Bellicosus, quod in bello fugit, artis est, non timoris:* et vox illa Caroli M. apud Ditmarum lib. 7. Chron. *Carius mihi ut populi exprobrantes dicant me hinc fugisse, quam hic cecidisse: quia dum vivo iniuriae pondus illatae vindicaturum me spero.* Tartari, autore Aithono cap. 48. *In pugna nec verentur fugere, si fuga prosit.* Idipsum de iis testatur Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 24.

Παρά του] Monui supra in Edit. Hoeschel. haberi *παρ'* Pag. 198. D
αὐτοῦ, ut sensus sit, humerale Deiparae ab Alexio amplius non visum, proindeque deperditum in eo praelio. Sequuntur in eadem Edit. haec verba: *οὗτος δὲ διὰ τὴν νύκτα διεσώθη εἰς Γολόην, ὅτε καὶ ἔλεγον οἱ πολῖται. Ἀπὸ τὴν Δίστραν εἰς Γολόην καλὸν ἄπληκτον Κόμνηνε*, i. *a Distra ad Goloem bella castra Commene:* est enim *ἄπληκτον* castrorum locus, unde idem quod *φοσσάτον* dicitur Leoni in Tact. cap. 11. §. 1. *κυρίως φοσσάτον τὸ ἄπληκτον τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται.* Sic autem vocantur castra, quod fossis undique ad exercitus securitatem circumcingantur. Postmodum tamen *φοσσάτον* pro ipso exercitu usurpatum passim observare est: atque ita Constantinus de Adm. Imp. cap. 44. *φοσσάτον* ab *ἄπλακτον* distinguit: *καὶ εἰσὶ φραγμὸς καὶ ἄπληκτα τῶν φοσσάτων.* Dicitur autem *ἄπληκτον* a Latino *applicare*, quod est divertere, hospitari. LL. Wisigoth. lib. 8. tit. 2. §. 3. *Qui in itinere constitutus, cuiuscumque forsitan campo applicaverit, et ad coquendum cibum frigoris necessitate compulsus ignem fecerit.* et tit. 4. §. 25. *Viam per quam ad civitatem, aut ad provincias nostras ire consuevimus, nullus — eam excludat vel adstringat, sed utrimque medietas aripennis libera reser-*

vetur, ut itinerantibus applicandi studium non vetetur. Lex Burgund. tit. 38. §. 7. *Si quis in agro regio, vel colonica voluerit applicare, et non permissus fuerit, colonus fustigetur.* Lex Langob. lib. 3. tit. 12. §. 5. *Neque per fortiam suam in mansione arimanni se applicet.* Quibus in locis *applicare* non hospitari duntaxat significat, sed et in campo sub tentoriis degere, tentoria ipsa figere, quod satis ostendunt haec verba, *in campo, in via, in agro applicare.* Sub dio enim, in tentoriis noctes exegisse Francos et Germanos, cum iter agerent, par est credere, quod solenne fuit populis Septemtrionalibus, *ὁπόσοι τὸν νομάδα βίον εἵλοντο,* quod de Walachis dixit Anna lib. 8. proprie autem *applicare* est ad locum aliquem divertere, pervenire. Terent. in Andr. *Tum ille egens forte adplicat primum ad Chrysidis patrem se.* Quintilianus Decl. 338. *Dum pirata applicat.* Regula Magistri cap. 57. *Ad mansionem cum applicaverit.* Charta Domini de Canneto in Provincia An. MCCCXXVIII. *Quoties Dominus Provinciae, vel fratres, vel filii, vel officiales ad castrum ipsum applicant.* Ubi igitur in itinere exercitus applicat, hic locantur castra, quae *Applicata*, Graecis *ἄπληκτα*, seu *ἄπλικτα*, ut scribitur apud Leonem loco citato, dicuntur. Gloss. Lat. Graec. *Applicatio, καταγώγιον.* Gloss. Gr. Lat. *ἄπληκτον, diversorium; ἀπληκεύω, maneo, diversor.* Vita S. Simeonis Mirabil. montis: *καὶ ἐλθόντες τινὲς αὐτῶν εἰς Ἰάβαλα, ἠπλήκευσαν εἴς τινα ναὸν τῆς πόλεως.* Perperam igitur Aemilius Portus ad Onosandri cap. 9. *ἄπληκτα*, seu castra censuit dicta, quasi *τοὺς στρατιώτας φυλάσσοντα, καὶ ἀμοίρους ποιοῦντα τῶν κινδύνων καὶ πληγῶν.* Gloss. Gr. Lat. *ἄπληκτος, impercussus.*

Pag. 200. D *Ὀζολίμνη*] Extitit palus illa ultra Istrum in ea regione, quam Walachiam hodie vocant. Binas autem potissimum iis in locis observat Strabo lib. 7. quarum alia mari, in quod effunditur, adiacet, (Tiagola forte Ptolemaei) altera meatu caret. Certe constat Hierassam fluvium, qui in Istrum haud procul a Dorostolo, seu Dristra, influit, quo loco bellum istud gestum est, lacum permaximum efficere, qui idem fuerit cum Ozolimna.

Pag. 201. D *Φλάντρας Κόμης*] Fuit is Robertus, cognomento Frisius, Comes Flandriae, qui ante duodecennium fere quam Proceres nostri Hierosolymitanum aggrederentur iter, cum multis opibus Hierusalem orationis gratia est profectus, rediensque per Thraciam cum Alexio Imperatore locutus est. Haec ferme Guibertus lib. 1. Hist. Hier. cap. 4. et lib. 7. cap. 34. Peregrinationem Hierosolymitanam suscepit Robertus A. MLXXXV. a qua necdum reducem A. MLXXXIX. autor est

Meierus lib. 3. Hanc praeter Andream Sylvium in Chronic. Marcian. lib. 4. cap. 3. et aliquot alios attigit Robertus Monachus, ex cuius Cod. MS. proferre hic lubet Epistolam, qua Alexius Imperator Flandrensem Comitem caeterosque Orbis Christiani Principes ad suppeditandum contra Saracenicas gentes promissum toties urget auxilium, cuiusmodi plures eodem argumento scripsisse litteras ad Urbanum Pontificem testatur Uspergensis. At cum illius stylus et scriptionis character paulo humilior Graecanicum minime redoleat fastum, iure fortasse addubitari potest, num eius sententiam bona fide reddiderit Robertus, sive alius quivis Interpres: nam solenne erat Byzantinis istis Augustis, cum ad Principes, Latinos praesertim, scriberent, verbis uti *ampullosis, et quae fastum regalem, Graecumque saperent tumorem*, ut est apud Radivicum lib. 3. Hist. Frider. cap. 6. Verum eiusmodi fuit Graecorum ingenium, *ut cum timerent, nimia sui deiectione vilescerent, et frangerentur in foeminas: cum vero praevalerent, gravi subditorum deiectione superbirent.* Verba sunt Odonis de Diogilo lib. 3. quod de Gallis ipsis ait Anna pag. 402. Certe istius, aut similis Epistolae meminit idem Guibertus.

Argumentum Epistolae.

Hoc Exemplar Epistolae quarto anno ante gloriosum Hierosolymitanum Iter a Constantinopolitano Imperatore omnibus Occidentalibus Ecclesiis directum est, praecipue tamen Flandrensi Comiti Roberto: ipse enim Comes iam redierat a Sepulchro Domini in baculo et pera, in quo itinere se viderunt, et affabile atque amicabile colloquium ad invicem habuerunt. Isdem vero Imperator, ut ipse in eisdem conqueritur litteris, nimis oppressus fuerat a nefanda gente paganorum, quorum principatum tenebat Solymannus Veteranus, pater Iunioris Solymanni, quem nostri postea (ut liber iste meminit) bellicoso conflictu devicerunt, eumque fugere compulerunt. Unde non parum miretur, cur dictus Imperator tam venenosum animum contra nostros semper habuerit, et reddere mala pro bonis non formidaverit.

Epistola ALEXII *Imp.*

DOMINO *et Glorioso* COMITI FLANDRENSIVM ROBERTO, *et omnibus totius Regni Principibus Christianae Fidei amatoribus, tam Laicis, quam Clericis,* IMPERATOR CONSTANTINOPOLITANVS *Salutem et pacem in eodem Domino Iesu*

Christo, et Patre eius, et Spiritu Sancto. O Inclytissime COMES, *et maxime Christianae Fidei consolator, notificare prudentiae vestrae volo, quantum Sanctissimum Imperium Christianorum Graecorum acquiratur fortiter a ..... et Turcis quotidie et ..... adquiratur sine intermissione ..... Sed quia sunt multa mala quae agunt, ut diximus, inenarrabilia, de multis dicemus pauca, quorum sunt auditu horribilia et ..... ipsum aerem. Nam pueros et iuvenes Christanos circumcidunt super baptisteria Christianorum et circumcisionis sanguinem in despectum Christi fundunt in eisdem baptisteriis, et desuper eos ..... compellunt, et deinceps in circuitu Ecclesiae eos violenter deducunt, et nomen et fidem Sanctae civitatis blasphemare compellunt. Illos vero nolentes diversis poenis affligunt, et ad ultimum interficiunt. Nobiles autem matronas, et earum filias depraedatas invicem succedendo ut animalia ad ..... deducunt. Alii vero corrumpendo rapiunt virgines, statuunt ante facies earum matres, compellentes eas nefarias et luxuriosas decantare cantilenas, donec compleant ipsa sua nefaria. Sic enim legimus actum ut in Dei populo antiquitus quibus Imperii Babylonii post .... delubria deridendo dicebant, Hymnum cantate nobis de Canticis Syon, sic et stupro filiarum matres compelluntur nunc cantare cantilenas nefarias, quarum voces non cantum, ut credimus, resonant planctum, sicut scriptum est in matre Innocentium, Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus multus, Rachel plorans filios suos et noluit consolari quia non sunt. Sic licet matres Innocentium, quae per Rachel figurantur, non valuerunt consolari in morte filiorum, valuerunt tamen sonsolari per salutem animarum. Illae tamen nullatenus quod peius est consolari valent, quia et in corporibus et in animabus pereunt. Sed quod adhuc est, veniamus ad deteriora, totius aetatis et ordinis viros, id est, pueros, adolescentes, iuvenes, senes, nobiles, servos, et quod peius et impudentius est, Clericos et Monachos, et heu, proh dolor! quod ab initio non dictum neque auditum est, Episcopos Sodomitico peccato deludunt, et etiam unum sub hoc nefario peccato iam crepuerunt. Loca vero innumerabilibus malis contaminant et destruunt, et peiora eis minantur. Et ad haec quis non plangit, quis non compatitur, quis non horret, quis non orat? Nam pene tota terra in Hierusalem usque Graeciam, et tota Graecia cum suis regionibus superioribus, quae sunt Cappadocia Minor, alia Maior, Phrygia et Bithynia et Maior Phrygia, id est, Troia, Pontus, Galatia, Lydia,*

Pamphylia, Isauria, Lycia et Insulae principales Chio et Mitylena et multae aliae Regiones et Insulae, quae non valemus modo computare, usque Troiam, quae ab eis iam invasa est. Et fere nihil remansit nisi Constantinopolis, quam ipsi minantur citissime nobis aufferre, nisi auxilium Dei et fidelium Christianorum Latinorum celeriter subvenit. Nam Propontidem, quae et Avidus dicitur, et ex Ponto iuxta eamdem Constantinopolim in Mare Magnum decurrit, cum ducentis navibus invaserunt, quas Graeci ab eis depraedati fabricaverunt, et remigiis, velint nolint, deducunt, et minantur tam per terram, quam per eamdem Propontidem Constantinopolim (ut diximus) velociter capere. Haec plura de innumerabilibus malis quae haec impiissima gens agit, diximus et scripsimus tibi, Comes Flandrensium, Christianae fidei amator. Cactera vero ob legentium fastidium dimittamus. Igitur pro Dei amore, et pro omnium Graecorum pietate rogamus, ut quosque fideles Christi bellatores, tam maiores, quam minores cum mediocribus intra tua acquirere poteris ad auxilium mei et Graecorum Christianorum huc deducas, et sicuti Galatiam et caetera Occidentalium Regna anno praeterito a iugo paganorum aliquantulum liberaverunt, ita et nunc ob salutem animarum suarum regnum Graecorum liberare tentent: quoniam ego, quamvis Imperator, nullum tamen remedium atque idoneum consilium scio invenire, sed semper a facie Turcorum et ..... fugio, et tamdiu in singula civitate maneo, donec adventum eorum prope sentio, et melius *subiretur esse *nostris Latinis cupio, quam paganorum ludibriis. Ergo antequam ab eis capiatur Constantinopolis, certare totis viribus debetis, ut gloriosam et ineffabilem misericordiam in coelo gaudentes recipiatis. Nam melius est vos habeatis Constantinopolim, quam paganos, quia in ea habentur pretiosissimae reliquiae Domini, id est, Statua ad quam ligatus fuit, flagellum a quo flagellatus fuit, Chlamys coccinea qua fuit indutus, Corona spinea qua fuit coronatus, Arundo quam vice sceptri in manibus tulit, Vestimenta quibus ante Crucem expoliatus fuit, pars maxima Ligni Crucis in qua fuit crucifixus, Clavi quibus affixus fuit, Linteamina post Resurrectionem eius inventa in Sepulchro, Duodecim cophini fragmentorum ex quinque panibus et duobus piscibus, Caput cum Capillis integrum et Barba Sancti Ioannis Baptistae, Reliquiae et Corpora Innocentum quorumdam Prophetarum ac Apostolorum, Martyrum, et maxime S. Stephani Protomartyris, et Confessorum ac Virginum, quae ob nimium incrementum scribere singulariter*

*Anna pag. 205. 206.

V. Gregor. VII. lib. 1. Ep. 49. et Berthold. Const. An. 1094.

* *subiectam*
* *vestris*

V. Syntagma nostrum de Capite S. Ioann. Bapt. cap. 7. N. 11.

..... *quae tamen omnia Christiani magis quam Pagani habere debent, et munimen magnum erit omnibus Christianis, si haec omnia habuerint, detrimentum vero* .... *si perdiderint. Nam si hoc* ... . *noluerint et aurum magis amaverint, in ea plus invenient, quam in toto Mundo. Nam soli thesauri Ecclesiarum Constantinopolis in argento, auro, gemmis et lapidibus pretiosis, et pannis sericis, et caeteris palliis, sufficere possunt omnibus Mundi Ecclesiis: quos cum omnes thesauros inaestimabilis thesaurus matris Ecclesiae Sanctae Sophiae, id est, Dei Sapientiae, superare, et absque dubio thesauris Templi Salomonis coaequari potest,* ..... *de infinito thesauro Nobilium dicam cum thesaurum negotiatorum rusticorum nemo aestimare* * *possit* **posse, quod invenitur in prateritorum Imperatorum thesauris, id pro certo dico, non erit lingua quae illum recitare valeat, quoniam non solum Constantinopolitanorum Imperatorum ibi thesaurus habetur, sed omnium antiquorum Romanorum Imperatorum ibi thesaurus et translatus et in Palatiis absconditus. Quid amplius dicam, quod certe patet oculis hominum, nihil est quod non sit illic absconditum. Currite ergo cum tota gente vestra, et viribus vestris certate, ne talis thesaurus in manibus Turcarum et* ..... *cadat, quia* ..... *infinita adhuc sexaginta millia exspectantur quotidie, et timeo ne per illum thesaurum nostros paulatim seducant cupidos milites, quemadmodum Iulius Caesar olim fecit, qui Regnum Francorum cupiditate invasit. Et quoniam Antichristus capturus totum Mundum in finem Mundi est acturus, agite ergo dum tempus habetis, ne Christianorum Regnum, et quod magis est Domini perdatis Sepulchrum, et inde non iudicium, sed mercedem habeatis in caelum.* Hactenus Alexii Epistola, quam genuinam, et non confictam esse, vel minime adulterinam, abunde probant quae ex illa delibavit, scriptisque suis inseruit, sed longe elegantioribus vestita verbis, Guibertus lib. 1. Hist. Hier. cap. 4. scripta vero hic innuitur anno post redactas in Graecorum potestatem *, Alexii arte et industria, Galatiae et Paphlagoniae urbes, quas inter praecipuum locum obtinuit Sinope: proinde paulo ante Gelalolduli Sultani obitum, quem An. Chr. MXCII. contigisse supra a nobis est observatum.

*Anna pag. 170. 176.

Pag. 202. A *Ὄρχον*] Hominium, cuiusmodi eidem Alexio ab Gothofredo Bullionensi caeterisque Proceribus Francis praestitum narrat Anna lib. 8. pag. 289.

A *Μαρχέλλαν*] Paulus Diac. lib. 23. Hist. Miscell. in Constantino Irenes filio: *Iulio mense exercitum movit adversus Bulgares, et construxit castrum Marcellorum.* Eodem libro *Marcella* dicitur, *Ego veniam ad Marcellam.*

Κύψελλα] Thraciae urbs ad Hebrum, de qua Geographi passim. Pag. 203. B

Βουλγαροφυγον] *Bulgarofle*, Villharduino. Vide Notas ad eumdem Script. Pag. 204. A

Ἀρχοντοπούλους] Quemadmodum apud Gallos, Italos, Hispanos, Anglos, aliosve divisus olim fuit Nobilium ordo in tres classes, Baronum scilicet, Militum, seu Equitum, et Domicellorum, seu Scutiferorum, ita apud Byzantinos, qui Latinorum mores, velut simiae, aevo sequiori aemulati sunt, Nobilium ordo in tres pariter classes distributus fuit. Universim vero Nobiles et Magnates Aulae Constantinopolitanae *Ἄρχοντες* appellantur, ut ex Luithprando lib. 3. cap. 9. Willelmo Tyrio lib. 20. cap. 18. et Byzantinae Historiae Scriptoribus colligere quivis potest. Horum uxores *Ἀρχόντισσαι* dicuntur Nicetae in Isaacio lib. 3. N. 11. Ordo ipse Nobilium *Ἀρχοντικὸν* ab Anna, *Ἀρχοντικὴ τάξις* appellatur a Cantacuzeno in Prooemio Hist. Nobiles igitur qui sanguinis nexu Imperatoribus proximi erant, aut qui generis, officii et dignitatis praerogativa caeteris praestabant, *πρότεροι Ἄρχοντες* vocantur in Diplomate Andronici apud Phranzem lib. 3. cap. 24. *προτερεύοντες τῶν Ἀρχόντων* apud Theophylactum Simocat. lib. 8. cap. 9. *ὁπόσοι τῆς μείζονος τύχης* apud Annam pag. 221. *συγκλητικοὶ Ἄρχοντες* apud Scylitzem pag. 857. Caeteri quorum minor dignitas *Ἄρχοντες* nude ac simpliciter, Constantino Porph. in Novel. *περὶ δυνατῶν*, etc. *κατωτέρω Ἄρχοντες* dicuntur. Erant praeterea *Ἀρχοντόπουλοι*, seu *Ἀρχοντόπουλα*, (neutro enim genere non semel vocem hanc efferunt Byzantini Scriptores, Codinus de Offic. cap. 6. N. 38. Cantacuzenus lib. 1. cap. 48. Constantinus in Hist. Apoll. Tyr. etc.) qua appellatione indigitabantur Nobiles, qui nullum Officium in Aula, aut Militia Byzantina obibant, praesertim vero Nobilium et Procerum filii, nulla propter aetatem dignitate insigniti. Quemadmodum enim apud nos Milites, seu Equites, Domini: qui autem nondum Militari ordine donati erant, quantumvis Nobiles et illustri natalium splendore, vel serie, conspicui, *Domicelli* nuncupabantur, tamquam minores Domini, aut certe Dominorum liberi: sic etiam Byzantini Nobilium suorum et Archontum filios, non *Ἄρχοντας*, sed *Ἀρχοντοπούλους* appellarunt, vocabulo mixobarbaro, quo non tam *Ἄρχοντες*, quam *Ἀρχόντων* filii, quandoque etiam inferioris ordinis *Ἄρχοντες* indicantur. Terminatio enim *πουλος*, seu *πωλος*, vocabulorum notioni quidpiam detrahit, vimque habet minuendi. Plerumque etiam filium significat; ita apud Zonaram in Bulgaroctono *Κομητόπουλοι* sunt Comitum filii, et Humbertopulus apud Annam B

est Humberti filius: quae loquendi formula Anglo-Normannis familiaris olim fuit, nomen patris, filii nomini praeponentibus, quod praeterea de Hybernis observat Camdenus. Enimvero Ἀρχοντόπουλοι, cuiuslibet essent conditionis, aut generis, vel etiam dignitatis, in Palatio Imperatoris nudis stabant capitibus, cum caeteri Ἄρχοντες et Proceres sciadiis pro ratione Officii, aut Ordinis, capita operirent, uti testantur Nicephorus Gregoras lib. 11. extremo, et Codinus de Offic. cap. 3. N. 12. et cap. 7. N. 32. Totum hunc Aulae Constantinopolitanae Procerum ordinem discimus ex supra laudato Andronici Diplomate: εἴτε τῶν προμενῶν (leg. προτέρων) ἀρχόντων τῆς Βασιλείας μου, καὶ τῶν λοιπῶν Ἀρχόντων, καὶ Ἀρχοντοπούλων αὐτῆς. Ex his igitur satis liquet quae fuerit τῶν Ἀρχοντοπούλων Phalanx ab Alexio instituta, conflata scilicet ex nobilioribus adolescentibus Aulae Constantinopolitanae, quibus Ἀρχοντοπούλων nomenclaturam primus indidit: καὶ Ἀρχοντοπούλους ὠνόμασεν, ὡσανεὶ ἐξ Ἀρχόντων υἱοὺς γεγονότας.

D Ἄπρον] Apros, Thraciae urbs, Archiepiscopali et Metropolitana dignitate insignis, de qua Cantac. lib. 1. et Veteres Notitiae.

Pag. 205. A Ἀγούρους] Hoc vocabulo Ephebos a Thracibus nuncupatos ex Eustathio pridem docuit H. Stephanus, qua etiam, notione eadem, usum Nicetam observat Meursius. Leo Grammat. pag. 460. Θεασάμενος οὖν αὐτὸν ἐπιάγουρον καὶ μεγάλην κεφαλὴν ἔχοντα, ἐπέθηκεν Κεφαλᾶν.

B Σατράπην] Cliziasthlanem, Solymanni veteris filium.

B Ἀπελχασήμ] Atqui e vivis sublatus erat Apelchasem, cui successerat Cliziasthlan Solymanni filius, ope Pulchasis, Apelchasemi fratris, qui hic intelligi debet; proinde lego τὸν Ἀπελχασὴμ ἀδελφόν.

B Τζαχᾶς] Tzachae (Zachatam vocat Glycas) Turcici Proceris in Hellesponti Insulas irruptionem narrant etiam Zonaras et Glycas.

C Κλυζομεναῖς] Eadem, opinor, quae Clazomenae, urbs Ioniae maritima: ut credam, facit Phocaeae et Mitylenes, seu Lesbi, Insulae vicinia.

C Εἰς ἔλεον] Graeco idiomate Dei misericordiam implorasse Turcos ait Anna, quod Turcicis hisce verbis facere solent: Ἀλλὰ οὐὰ Κυβὰρ ἀλλὰ, ut est in Saracenicis Sylburgii pag. 70. et apud Constant. de Adm. Imp. cap. 14. seu ut est apud Ioan. Cananum pag. 195. Ῥασοὺλ, Ῥασοὺλ Μαχουμέτη: vel, ἀλὰχ ταγκρὺ Μαχουμέτη. Vide Scip. Ammirat. ad Tacit. lib. 14. cap. 5.

Στιβάδας καὶ βύρσας] Vegetius lib. 4. cap. 25. *Adver-* D
sum arietes vel falces sunt plura remedia; aliquanti centones et culcitas fustibus calcant, et illis opponunt locis, qua caedit aries, ut impetus machinae materia molliore fractus non destruat murum. Leo in Tact. cap. 15. §. 48. *καὶ πρὸς τοὺς κριοὺς δὲ ἀντίκεινται τυλάρια καὶ σακκία γέμοντα ἀχύρᾳ καὶ ψάμμῳ.* Willel. Tyrius lib. 8. cap. 13. *Cives a propugnaculis stramine plenos et palea saccos suspenderant, vestes quoque et tapetia, trabes ingentis magnitudinis, et culcitas refectas bombyce a turribus et muro aliquantulum demiserunt, ut per eorum mollitiem et mobilitatem contortorum molarium ictus eluderent, et laborantium evacuarent conatum.* Adde cap. 18. et Albert. Aq. lib. 6. cap. 9.

Κουράτορα] Erant apud Byzantinos curatorum varia D
genera: interdum enim et saepius Curatores dicuntur Aedium publicarum Praefecti, seu *Provisores*, uti vocantur in vita Ludov. Pii. Quandoque etiam Praefecti Aerarii. Gloss. S. Benedicti cap. de Magistrat. *Curator*, *φροντιστὴς*, *λογιστής* Gloss. Graecolat. *λογιστὴς*, *Curator*. In vet. Inscr. CVRATOR AERARII MEDIOL. Hac igitur functum dignitate in Lesbo Insula Alopum constat. Summus autem Aerarii Praefectus *Μέγας Κουράτωρ* dicebatur. Vide Tom. 1. Hist. Fr. pag. 869.

Πρωτονωβελισσίμων] Dignitas Palatina, quae nomen Pag. 208. C
dedit familiae illustri in Regno Neapolitano, forte quod Gentis autor ea donatus fuisset. Eius non semel mentio occurrit apud Scip. Ammiratum in Famil. Neapol. Tom. 2. ubi etiam illius Stemma perstrinxit pag. 233. 234. 297. 309. Meminit pariter illius Caesar Nostradamus in Hist. Provinc. A. MCCCXXV. Occurrit in Iure Graeco-Rom. *Πρωτονωβελισσιμοϋπέρτατος*, adeo ingeniosi fuere Graeculi isti in fingendis Dignitatum nominibus, quarum nullae erant functiones, cum ex solis *rogis* annuis et gradu in aliquo pretio haberentur. Vide Alamannum ad Procop. et Meurs. in Gloss. Nobilissimi dignitas occurrit infra pag. 274.

Βολκάνου] Fuit is Volcanus, seu ut a Diocleate nuncu- Pag. 209. C
patur, Belcanus, Rassiae Zupanus, quam provinciam clientelae iure Regno Serviae obnoxiam, obtinuerat a Bodino Dalmatiae et Serviae Rege, cuius hoc loco meminit Anna. Vide Notata ad pag. 40.

Ρούσιον] *Rusa* Roberto Monacho. Vide Not. ad Villhard. Pag. 210. B

Πολυβοτόν] Polybotus Thraciae urbs Cantacuzeno di- B
citur lib. 2. cap. 12. et lib. 3. cap. 76. Eiusdem nominis in Phrygia oppidum statuit Procopius in Hist. Arc.

Μανιακατῶν] Latinos, seu Normannos intelligit, qui D
Maniacae olim in Italia et Sicilia meruerant, de quibus supra

pag. 11. Autor est autem Lambertus Schafnaburg. ad A. MLXXI. Normannos Imperatoribus Constantinopolitanis militasse ante extinctum Robertum, post cuius mortem constat ex Orderico Vitali lib. 7. plures ex eius comitatu in Graeciam transiisse, et sub Alexii stipendiis meruisse.

D *Τῶν βασιλικῶν ἱεράκων*] Fuit olim in Aula CP. dignitas *τοῦ Πρωτοϊερακαρίου*, cuiusmodi est M. Falconarii apud nos. Verum hic agitur de eo penes quem cura erat alendorum accipitrum.

Pag. 212. D *Τεταρταίου ῥίγους*] Apud Medicos *ἐπιβολὴ ῥίγους* est frigoris in febre accessio; *ῥίγη περιοδικὰ*, rigores febrium circuitu redeuntes: Marcello Empirico cap. 16. *horrores febrem praecedentes, quae circuitum habent.* Celsus lib. 3. cap. 3. ait quartanas febres incipere semper *ab horrore.* Hic vero universim *ῥῖγος* pro ipsa febri sumitur, quae *ῥίγοπύρετος* dicitur apud Gregorium in vita S. Basilii Iunioris N. 7. Sic *frigores*, apud Latinos medii aevi, dicuntur *febres, quae faciunt homines frigere*, ait Balbus in Catholico. *Frigora* dixit eadem notione Gregorius Turon. de Glor. Confess. cap. 24. 85. *Frigus febrium*, lib. 4. de Mirac. S. Mart. cap. 21. Hinc *Frigoreticus morbus* apud Hepidannum in vita S. Wiboradae lib. 1. cap. 27. pro ipsa febri: et *Frigoretici* pro febricitantibus apud Flodoardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 14. lib. 4. cap. 44. Baldricum in Chron. Camerac. eumdem Gregor. Turon. passim etc. Etsi frigus, seu, ut tunc loquebantur, *frigorem* ab ipsa febri distinguere videatur Fortunatus Pictaviensis in vita S. Germani Episc. Paris. cap. 20. *Waddo — typum dupliciter incurrens febris et frigoris, expurgandus sancti viri praesentatur obtutibus.* Quo loco satis innuit *frigorem* esse febrem, quae per *ἐπιβολὴν ῥίγους* excitatur.

Pag. 215. C *Ξηρόγυψον*] Xerogypsi fluvii meminit Theophylactus Simoc. lib. 6. cap. 3.

IN LIBRUM VIII. ALEXIADIS NOTAE.

Pag. 221. A *ΧΟΙΡΟΒΑΚΧΩΝ*] Choerobacchorum oppidum extitit Constantinopolim inter et Adrianopolim, ad Melam fluvium. Adiacentes oppido campos explicandae aciei et castris locandis percommodos eleganter describit Nicetas in Man. lib. 1. N. 5. Agunt etiam de iisdem Zonaras, Scylitzes et Glycas in Constantino Duca et Otho Frising. in Chron. Vide Notas ad Cinnami pag. 41.

B *Παρασκευὴ τῆς ἀπόκρεω*] Feria v. Hebdomadae, quae Latinis Hebdomada Septuagesimae dicitur. Vide Allat. de Hebdom. Graecor. et Petavium ad Niceph. CP.

Ἑβδομάδα τῆς Τυροφάγου] Hebdomadem, seu Septi- C
manam Quinquagesimae. Vide supra pag. 51.

Δεκάτου] Locus fuit ab urbe Constantinopolitana 10. D
stadiis dissitus, unde, ait Anna, appellationem videtur sortitus. Huius meminit Theophanes A. XXXII. Iustiniani. Extitit praeterea alius, eiusdem ferme nominis, intra urbem, nisi quod pro *Δέκατον*, voce a Latio dicta, *Δέκιμον* nuncupatur: unde porta Decimi dicta, quae in Hippodromum per cochleam ducebat. Autor Chronici Alex. tradit Gratianum Aug. caesum fuisse *ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ ἱππικὸν Κωνσταντινουπόλεως θεωρῆσαι διὰ τοῦ κοχλίου, κατὰ τὴν θύραν τοῦ λεγομένου Δεκίμου*. Ex quo loco emendandus alter in Zenone apud eumdem Scriptorem: *καὶ ἐσφάγη εἰς τὸ κοχλίον τοῦ Παλατίου κατὰ τὸ Δέκιμον, ὡς ἀνέρχεσθαι εἰς τὸ ἱππικὸν θεωρῆσαι ὁ αὐτὸς Ἀρμάτος*. Perperam enim editum *Δόκιμον*, quod fugit eruditum Interpretem. Porro vicos et oppida nonnulla a numero stadiorum et milliarium nomen sumpsisse notum est, ut fuere Hebdomum iuxta Constantinopolim, et alius eiusdem nominis locus iuxta Florentiam in Hetruria, ubi hodie Abbatia Septimiana, ut tradit Ughellus Tom. 3. Ital. Sacrae pag. 54. Castella duo *Quinti* nomine appellata, in Dardania unum, in Mysia alterum, quorum Procopius meminit, et tertium iuxta Alexandriam, ubi S. Anastasia Patricia Monasterium extruxit, ut est in Synaxariis 10. Mart. Occurrit praeterea *Nonum* iuxta eamdem urbem Alexandriam apud Moschum in Prato Spirit. quod ita dictum innuit, quod ab urbe novem milliaribus distaret, c. 105. 177. 184.

Τὴν λίμνην] Paludem, quam Melas fluvius aestate ares- Pag. 223. A
cens efficit. Nicetas loco citato de Mela: *οὗτος τοίνυν θέρους μὲν λειψυδρῶν εἰς χαράδραν συνάγεται τεναγώδη*.

Τοῦ Αὐχένος] Supra pag. 221. *κατὰ τὸν συγκεκολλη- A*
μένον τῷ τείχει τῶν χοιροβάκχων αὐχένα ἔστησαν.

Σκυθῶν ἐσθῆτας] Simile stratagema recitat Polyaenus B
lib. 1. in Cimone.

Ῥέοντα ποταμόν] Melam. Vide Nicetam. B

Ἀπόκρεω κυριακῆς] Dominica Sexagesimae. Vide Al- D
latium.

Βαθέος ῥύακος] Idem forte, qui *βαθύκολπος* Dionysio Pag. 225. D
Byzantio dicitur. Adi, si placet, et confer Petrum Gyll. lib. 2. de Bosporo Thracio cap. 17. Fuit etiam alius eiusdem nomenclaturae locus in Asia, haud procul ab Euphrate et Tephrica, cuius meminit Scylitzes in Bulgaroctono A. 11.

Θεοδώρου τέμενος] Aedem D. Theodoro Tironi sacram Pag. 226. A
a Sphoratio Cos. in loco urbis ex eius nomine appellationem

sortito, extructam habent passim Scriptores: sed fuit haecce Aedes iuxta Aedem Sophianam. Illa vero, de qua Anna, extitit in suburbanis Byzantii. Nec aliam reor ab ea, quam Procopius lib. 1. de Aedif. Iustin. conditam scribit ab eodem Augusto, in suburbano nuncupato Raissio: *τὸ τοῦ Θεοδώρου ἁγίου τέμενος πρὸ τῆς πόλεως κείμενον ἐν Χώρῳ καλουμένῳ Ῥαισσίῳ.*

Pag. 227. A *Αἶνον*] Urbs Thraciae, Villharduino *Aine.*

B *Ἐκ Νικομηδείας*] Ubi milites Flandrenses collocarat antea Alexius.

B *Ἀμφιρύκῳ*] Pag. seq. et 443. *ἐν ἀμφιρύκῳ πλοίῳ.* Quid si *ἀμφιρύτῳ*, ita ut *ἀμφίρυτον*, vel *ἀμφίρρυτον πλοῖον* scapha fuerit, quae ex sui exiguitate undis undique ad oram usque alluatur. *ἀμφιρύτη νῆσος* hac notione apud Homer. Od. *α'*. et *Ἄκτη ἀμφιρύτη* lib. 4. Anthol. cap. 24. *ἀμφίρρυτος θάλασσα* apud Cinnamum lib. 6. pag. 305. Hesychius, *ἀμφιρύτη, πανταχόθεν περιρρεομένη τῶν ὑδάτων.* Vide Glossar. Annaeum.

D *Βαλτώδης*] Palustris. Constantinus de Adm. Imp. cap. 38. *ἡ Βενετία τὸ μὲν παλαιὸν ἦν τόπος ἔρημός τις ἀοίκητος καὶ βαλτώδης.* Leoni in Tact. cap. 11. §. 3. *βάλτη* est palus. Occurrit semel ac iterum apud Annam pag. 392. et 441. Hinc *βαλτολιβὰς* apud Scylitzem pag. 832. *διαναπαύσαντες δὲ ἑαυτοὺς ἐν τῇ βαλτολιβάδι, ὡς ἐνὸν, ᾤχοντο διὰ τῆς νυκτός.* Ubi perperam Interpres *in Baltolibade* vertit, mallem *in prato*, aut *loco palustri, et aquis irriguo.*

Pag. 229. D *Μητρόθεν συγγενής*] Quippe Ioanni Ducae Caesari, et Andronico filio Irenes Augustae patri, uxores fuere nobiles Bulgarae. Vide Stemma Comnenicum.

Pag. 230. D *Ἐκ τῆς Ῥώμης*] Auxiliares copias Roma expectabat Alexius, forte ab Urbano II. Summo Pontifice, a quo A. MLXXXIX. per Legatos ab excommunicatione absolutus fuerat, ut scribit Bertholdus, quocum etiam, si non ea tempestate qua bellum istud gestum est, saltem postea foedera inita constat ex Chronico Cas. lib. 4. cap. 48. Vide Malaterram lib. 4. cap. 13.

Pag. 231. A *Λύκου ἢ ἀρνίου κρέας*] Hoc est, *experiemur cum lupisne, an cum agnis cras nobis res erit.*

A *Φοσσάτου*] Occurrit haec vox rursum pag. 281. 312. Est autem *fossatum* exercitus ipse, vel castra ipsa. Gloss. Basil. *κάστρον, ἤτοι φοσσάτον.* Chron. Alexandr. A. Heracl. XVIII. *πλησίον γὰρ αὐτῆς τῆς πόλεώς ἐστιν τὸ φοσσάτον ἡμῶν.* Idatius in Fastis, *ipso anno profectus est Valens Augustus ex urbe ad fossatum.* Consule Glossaria.

Μιᾷ φωνῇ] Ea fuit veterum Tacticorum sententia, *hostes terreri si cum telorum iactu clamoris horror accesserit*, ut est apud Vegetium lib. 3. cap. 18. quibus consona quaedam habet Leo in Tact. cap. 20. §. 114. Erat autem *clamor* iste *permistus exhortatione*, quemadmodum ait Sallustius de Bello Iugurt. Unde *παραχελευσμὸς* dicitur Constantino Manassae pag. 231. Edit. Leyd. Interdum *ἀλαλαγμός*, et *λαλαγὴ ἀρεϊκή*; *ἐνυάλιος κέλαδος* Heliodoro lib. 1. Barditum vocabant Galli antiqui nostrates, ut autor est Tacitus. Verum ex quo in orbem invecta est Christiana Religio, desierunt confusae illae et incertae a militibus ad fiduciae specimen, vel notam, proferri solitae voces, subiitque in earum locum uno omnium ore in caelum missa divini auxilii deprecatio. Cuius moris autorem innuit Constantinum M. Eusebius lib. 4. de vita eiusdem Constant. cap. 19. et 20. et in Orat. de ipsius laudib. dum scribit suis praecepisse militibus, ut in pugnae procinctu hacce oratione Deum sibi in praeliis propitium conciliarent: *σὲ μόνον οἴδαμεν Θεὸν, σὲ Βασιλέα γνωρίζομεν, σὲ βοηθὸν ἀναχαλούμεθα, παρὰ σοῦ τὰς νίκας ἠράμεθα* etc. Exhinc apud Christianos invaluit, ut praelia omnia a Dei invocatione auspicarentur. Guntherus lib. 7. Ligur. Pag. 232. C Anna p. 247 B

Sic pulchro felix acies instructa tenore,
Carmine belligero, longeque sonantibus hymnis,
Divinam sibi poscit opem.

Quibus autem verbis concepta fuerit eiusmodi deprecatio, diximus in Dissert. 11. ad Ioinvillam.

Λύχνων ἀφάς] Sic tempus vespertinum vocabant Graeci, quod Latini aevi posterioris *lucernarium*, quo scilicet prima pars vespertini officii obiri solebat, occaso Sole, et quando lucernas accendi mos est; quod et inde *λυχνικὸν* appellatum pluribus observatum a Meursio. *Horam incensi* vocat D. Ambrosius lib. 3. de Virginibus; *Lucernariam devotionem* Uranius Presbyter de obitu S. Paulini Episc. Nolensis N. 4. et Autor vitae S. Severi Episc. Nolani apud Ughellum. Fiebat autem istius officii vespertini introitus cum tribus cereis, ut est in Menologio Graec. canebanturque preces Eucharisticae, quibus nimirum Deo gratiae agebantur, uti testatur D. Basilius lib. de Spiritu S. ad Amphiloch. cap. 29. Has exhibent Euchologium Gr. Arcudius in Anthologio, et Usserius Armachanus in Syntag. de Symbolo Apost. Harum etiam meminit Epiphanius contra Haeres. lib. 3. Cum vero accendebantur lucernae, statim canebatur *Hymnus* iste *vespertinus*, *φῶς ἁγαθὸν* etc. qui pariter describitur in Anthologio, et a Nicephoro Call. lib. 18. cap. 51. iam inde ab Apostolis per manus Pag. 234. B

Ecclesiae Christi traditus fuisse dicitur, ita ut paganos imitati quodammodo videantur Christiani, qui, ut autor est Varro, cum afferebatur lumen, exclamare solebant, *φῶς ἀγαθόν*. Atque ad huius Graecanici Hymni exemplum Latini Patres quosdam concinnarunt metrica oratione, quos etiam Vespertinorum appellatione donarunt; cuiusmodi ille est qui ab Ennodio exaratus legitur carm. 10. et alter a Prudentio lib. Cathemer. Hym. 6. qui *ad incensum lucernae* inscribitur. Autor est praeterea Michael Psellus lib. de Operat. Daem. in his vespertinis, seu lucernalibus officiis, Dominicae Passionis actam memoriam: *Ἐσπέρας γὰρ πρὸς λύχνων ἁφὰς, ὁπόθ' ἡμῖν τὸ σωτήριον ἐξυμνεῖται πάθος* etc. Atque ex his perspicue patet non mediocriter lapsum Anastasium in Collat. S. Maximi Mart. cum Graeca verba *λύχνων ἁφὴν*, seu *λυχναφίαν, tactum lucernae* vertit, cui imposuit vox *ἁφὴ*, quae Graecis *tactum*, perinde ac *accensionem* significat: *Eadem die, circa tactum lucernae, Troilus* etc. Verum in confesso esse debet longe ante Christianos hanc loquendi formulam in usu fuisse, et vetustissimis Graecorum notam, ex Herodoto lib. 7. *ὡρμέατο δὲ περὶ λύχνων ἁφὰς ἐκ τοῦ στρατοπέδου*. De lucernario erit alius dicendi locus. Anna lib. 13. pag. 393. *λύχνων ἁφὰς* metaphorice usurpat pro operis cuiuspiam fine et exitu. Vide pag. 482. et Cinnamum lib. 4.

Pag. 235. C *Μὴ μόνον ψεύδεσθαι*] Eo tamen nomine passim a nostris perstringitur Alexius, tamquam dolosi vir animi, fideique ac verborum parcus observator. Vide Scriptores laudatos ab Hoeschelio in Not. ad Annam.

Pag. 236. B *Ἀριέβις*] Ariebis Armenii, cuius iterum meminit Anna lib. 5. et Constantini Hermenopuli coniurationem enarrant pariter Zonaras et Glycas.

D *Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας*] Hoc est, Achridis Bulgariae Metropoleos, cuius eo aevo Archiepiscopus erat Theophylactus, patria Constantinopolitanus, scriptis in sacram Scripturam et commentariis notissimus. Floruit enim Alexio Comneno imperante, non vero sub Romano Diogene, aut Michaele Duca, uti vult Cardinalis Baronius, quod ex ipsius Epistolis a Meursio editis satis constat, quarum quaedam ad Adrianum Alexii fratrem, Nicephorum Melissenum Caesarem, Gregorium Taronitam, Nicephorum Bryennium Alexii consocerum, Bryennium Alexii generum, et alios ex Alexiana et Comnena Familia Principes scriptae sunt, una etiam ad Nicolaum Patriarcham, qui Pontificatum iniit Indict. VII. A. Ch. MLXXXIV. Praeterea ex Panegyrico Alexio Imperatori dicto, qui asservatur in Bibliotheca Bavarica N. 116. cuius editionis spem nobis iniecit eruditus Annae Interpres. De

Theophylacti Scriptis multa habent Baronius A. MLXXI. N. 15. et seq. An. MLXXIII. Bellarminus et Labeus de Script. Eccles. et Leo Allatius de Eccl. Occid. et Or. consens. lib. 2. cap. 10. N. 2. Archiepiscopos Achridenses, qui Theophylactum praecesserant, aliquot recenset Scylitzes in Botaniata.

Γαυρᾶς] Constat illustrem inprimis fuisse hanc Familiam, quae a Chaldaea migravit Constantinopolim, ex qua recensentur a Scylitze *Constantinus Gabras*, seu *Gauras*, imperante Basilio Porph. *Michael Gabras*, qui in Michaelem Paphlagonem conspiravit; *Theodorus Gabras* Sebastus, *Martyr* a Zonara ob quam nescio, causam cognominatus, Dux Trapezuntis renuntiatus ab Alexio; *Gregorius* eius filius, cui idem Alexius Mariam filiam despondit, ut est apud Annam et Zonaram; *Constantinus Gabras* Philadelphiae Praefectus, eidem Annae lib. 14. idem, opinor, qui Manuele imperante Tyrannidem invasit, ut autor est Nicetas lib. 4. cap. 6. et *Michael Gabras*, qui Eudociam Comnenam, Andronici Comneni Sebastocratoris filiam, uxorem duxit, de quo idem Nicetas. Pag. 239. D

Δοῦκα Τραπεζοῦντος] Trapezuntinam Provinciam a Praefectis Ducum titulo administratam docet infra Anna pag. 364. et Aithonus in Hist. Orient. cap. 13. Pag. 240. A

Ἐκ τῶν νόμων] Vide Balsamon. in Nomocan. Phot. tit. 13. c. 11. B

Τῶν ἐμῶν ἀδελφῶν] Zonaras in Alexio: *τῇ μὲν οὖν Μαρίᾳ τὸν τοῦ Γαβρᾶ ἐκείνου Θεοδώρου τοῦ Σεβαστοῦ καὶ Μάρτυρος υἱὸν τὸν Γρηγόριον ἐμνηστεύσαντο, εἶτα τὴν μνηστείαν λύσας, οὕτω δόξαν αὐτῷ, κἀκεῖνον ἀποπεμψάμενος, ἕτερον μνηστῆρα τῇ θυγατρὶ ταύτῃ τὸν Εὐφορβηνοῦ υἱὸν τοῦ Κατακαλὼν τὸν Νικηφόρον εἰσεποιήσατο.* D

Φωκᾶ τέμενος] Celeberrimum Monasterium in sinistra Stheni ripa extructum a quodam Imperatoris cubiculario, eo loci ubi magnificum suburbanum aedificarat Arsaverus Patricius, Michaele Balbo imperante, quemadmodum narrat Scylitzes. A Basilio Macedone extructam D. Phocae Aedem, ultra sinum (*πέρα*) autor est Codinus de Orig. Superest etiamnum, Graecique *Agion Phocam* vocant, uti tradunt P. Gyllius lib. 2. de Bosporo Thrac. cap. 8. et Leunclav. in Pand. Turc. N. 128. Illius meminit rursum Anna lib. 10. pag. 293. Pag. 241. A

Σωσθενίου] Locus est in Anaplo, seu Europaeano Freti littore, veteribus *Phonea* dictus, ut autor est Ducas Hist. cap. 34. seu ut censet Gyllius lib. 2. de Bosp. Thr. cap. 14. *Leosthenes*, vel *Lasthenes*. Huius positionem describit Leontius Scholasticus lib. 4. Anthol. cap. 25. Ibi Aedem magnificam D. Michaeli sacram extruxerat olim Constantinus M. B

ut tradunt Cedrenus et Nicephorus Call. lib. 7. cap. 50. quam a Iustiniano instauratam refert Procopius lib. 1. de Aedif. Iust. rursum a Basilio Macedone Scylitzes. Hanc tandem evertit Amurathes Sultanus, et ex ruderibus Castrum ad Ponti fauces erexit, ut autor est Ducas loco citato. Eademne quae in Estiis apud Sozomenum lib. 2. cap. 2. in dubium vocat idem Gyllius. Monasterii Sostheniani mentio est apud Constantinum in Basilio cap. 63. et Nicetam in Isaac. lib. 1. N. 6.

B *Μέχρι τοῦ φάρου*] Extitit in extremo Freti littore Europaeano, haud procul a Cyaneis petris, Pharus, seu turris, in qua noctu accensae faces navigantium in ostium ponti cursum regebant. Huius mentionem faciunt Dionysius Byzantius in Anaplo, apud Gyll. lib. 2. de Bosp. Thrac. cap. 20. Leo Gramm. in Constantino Porph. et Manuel Chrysoloras de Laudibus Novae Romae pag. 120. S. Martinus PP. in Epist. apud Anastas. in Collectan. *Postquam egressi sumus ex eo, quod Ieron dicitur, a Constantinopoli navigantes Sancta quinta feria Coenae Domini pertransivimus Pharum, per diversa loca transeundo, — et Chersonem pervenimus.* Vide Leuncl. Pand. cap. 128. et Gyll. de Bosp. Thr. lib. 2. cap. 24.

C *Αἰγίνου πόλεως*] Stephanus *Αἰγινήτην πολίχνιον καὶ ποταμὸν Παφλαγονίας* facit. Eamdem esse urbem cum Aegini oppido, suadet Iter Trapezuntinum Gabrae, cui Paphlagoniae littus legendum fuit, antequam Trapezuntem perveniret.

D *Κάραμβιν*] Promontorium Galatiae Ptolemaeo, Paphlagoniae Eustathio, Oppidum Plinio, cujus etiam meminit Arrianus in Periplo.

Pag. 242. A *Πιγκέρνην*] Pincerna. Dignitas Palatina. Nicephorus Greg. lib. 6. *Πιγκέρνης ἀξίωμα ὤν.* Vide Glossaria.

B *Τὸν ἅγιον ἦλον*] *Ἦλος*, Annae non clavus, sed cuspis et ferrum lanceae dicitur hoc loco et infra lib. 12. et 14. Interdum etiam ipsa lancea, ut lib. 11. Igitur Imperatoris ministri, quo Gregorium Gabram non tam fallerent, quam in casses coniicerent, darentque certius Alexio Gabrae consilii de fuga argumentum, suadent adolescenti, ut sacrum Lanceae ferrum, quo Christi latus perforatum creditur, a Templo abstrahat colloque appendat fidei ipsis faciendae causa, qui tum erat Encolpiorum usus. Certe magna fuit eo aevo veneratione cultum Constantinopoli hocce Dominicae Passionis instrumentum, quod Hierosolymis in urbem illatum est A. Heraclii 4. 27. Octobr. et in Aede Sophiana depositum. Chronicon Alex. *τῇ κή. τοῦ Ὑπερβερεταίου, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτοβρίου μηνὸς, ἡμέρα ζ'. τῇ ἐπὶ κυριακὴν νυκτὶ, ἠνέχθη ἡ τιμία λόγχη ἀπὸ τῶν ἁγίων τόπων*, etc. Ubi *λόγχης* vocabulo ferrum lanceae ipsius innui infra docemus. Inter Reli-

quias Constantinopoli in Franciam allatas, et a Balduino II. Imperatore D. Ludovico Regi concessas recensetur in eiusdem Balduini Diplomate A. MCCXLVII. *Ferrum sacrae Lanceae quo perforatum fuit latus Domini nostri Iesu Christi*, idque tradunt asservari in Sancta Capella Parisiensi. At certe Ducas in Monodia super Urbe a Turcis capta, Historiae suae cap. 41. videtur sacram Lanceam eo aevo Constantinopoli asservatam innuere, cum a Turcis expugnata est, eamque cum caeteris Divorum Reliquiis expilatam: *ποῦ τὰ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Κυρίου μου σώματα, τὰ πρὸ πολλοῦ φυτευθέντα ἐν τῷ ἀειθαλλεῖ παραδείσῳ, ἔχοντα ἐν μέσῳ τούτων τὸ πορφυροῦν ἱμάτιον, τὴν λόγχην, τὸν σπόγγον, τὸν κάλαμον.* Testatur etiam Christophorus Bondelmontius, in Templo Studiano asservatam Dominicam Lanceam, seu potius ferrum Lanceae, suo aevo, et paulo ante expugnatam a Turcis Constantinopolim. Quod praeterea adstruit Theodorus Spanduginus in Histor. Turc. scribit enim Baiazetem Sultanum ad Innocentium PP. quo eum demereretur, per Mustapham Bassam misisse ferrum Lanceae, quo Christi latus transfixum fuit, Spongiam, Arundinem et alias Reliquias, quas Muchemetus parens summo studio conservarat. Quod quidem Lanceae ferrum Romae in Ecclesia S. Petri in Vaticano servari, et quotannis Feria VI. Maioris Hebdomadae populo colendum exponi autor est Attilius Serranus lib. de 7. Urbis Eccles. Summa vero religione praecipuoque cultu a Constantinopolitanis habitam sacram Lanceam hinc patet, quod cum morbo conflictarentur, aut vulnere quopiam laborarent, a Sacerdote dolori sacra Lancea, vel potius eius ferro, Dominicae Crucis signum fieri postularent, quo levaretur, aut curaretur dolor. Extant in Euchologio preces, quae tum recitabantur: *ὅταν σταυροῖ ὁ ἱερεὺς πάθος νοσήματος μετὰ τῆς Ἁγίας λόγχης.* De ferro lanceae Constantinopoli asservato agit rursum Anna lib. 13. et 14. pag. 415. et 419. cuius cuspidem, Constantinopoli allatam, Centulensi Monasterio a Ludovico Pio concessam autor est Hariulfus lib. 3. Chron. Centul. cap. 5. et 20. De ipsa vero Lancea quaedam habent Browerus lib. 4. et 17. Annalium Trevir. et Malbrancus lib. 5. de Morinis cap. 63. lib. 7. cap. 38. Sed et inolevit insignis olim de sacra ista Lancea apud quosdam Scriptores Germanicos error, qui lanceam, quam inter Regalia, seu sacra *κειμήλια* Imperatorum Germanicorum asservatam constat, illam esse putant, qua Christi latus transfixum fuit: atque in his est Henricus Rebdorff. in A. Chr. MCCCL. Verum lancea illa Alemannicorum Augustorum fuit Constantini M. vel ut quibusdam placet, S. Mauricii Mart. quam Rudolpho Burgundionum Rege obtinuit

Henricus I. Imp. ut pluribus refert Conradus Abbas Usperg. in eod. Henrico, ubi eius formam describit. De ea etiam Chron. Reichersbergense An. MIV. De sacra vero Lancea Hierosolymis a nostris inventa agetur infra ad lib. 11.

C *Μεσοποταμίτην*] Ille idem est, ni fallor, qui *Mesopotamius* dicitur in Bibl. Cluniac. pag. 563. Caesareae Cappadociae Archiepiscopi ex fratre nepos, cui Michael Ducas Imperator ex fratre aut sorore neptem in coniugem dedit, et postmodum in ordinem actis eodem Michaele et Botaniata, ab Alexio tamen in honore habitus, illo adhuc imperante diem extremum obiit. Insessa et mox capta a Turcis Caesarea, Mesopotamita in urbem reversus, tabellam Graecanici et elegantis admodum operis, non mediocrem Dominicae Crucis particulam continentem, ex Metropolitana Ecclesia, in qua tum Archidiaconi fungebatur dignitate, ablatam sibi retinuit, coluitque quoad vixit. Hanc ferebant a Magno Basilio Caesariensi Archiepiscopo Ecclesiae suae olim concessam, a successoribus summo cultu et observatione deinceps habitam. Extincto demum Mesopotamita, Mauricius Braccarensis in Hispania Archiepiscopus, dum Constantinopoli ex Syria redux moraretur, ab uxore magno redemptam pretio, ad Cluniacense Monasterium transmisit A. Chr. MCXII. Basilium Mesopotamitam in castris Alexii ad Dyrrachenam obsidionem militasse memorat Guillel. Apul. lib. 4. Michaelis cuiusdam Mesopotamitae sub Theodosio Patr. CP. meminit Ius Graeco-Rom. Tom. 1. pag. 232.

D *Δοῦκα τοῦ περὶ Δανουβίου*] Id est, Regionum Istro adiacentium Ducem, qui *Δοὺξ τῶν παριστρίων* Scylitzae dicitur, et Zonarae in Michaele Duca: *ἄρχων τῶν παριστρίων πόλεων*, eidem Scylitzae pag. 777. urbium nempe et munitionum ad Danubii ripas extructarum, quarum meminit Procopius lib. 4. de Aedif. Iustin. pag. 38. et 39. prioris Edit.

IN LIBRUM IX. ALEXIADIS NOTAE.

Pag. 245. A *ΖΥΓΟΥ*] Meminit istius *Iugi*, seu *Ζυγοῦ*, Nicetas in Isaac. lib. 1. N. 5. in Not. Wolphian. ut et Cinnamus et Anna pag. 274.

Pag. 248. D *Καρύκη ἀποστασίαν*] Caricae et Rhapsomatis defectionem narrant etiam Zonaras et Glycas.

D *Κάρπαθον*] Insula haud procul a Creta, hodie *Scarpanto*.

Pag. 249. A *Κυρήνην*] Urbs Cypri, cuius meminit Metaphrastes in Spyridone: *Ceronia*, vel *Ceraunia* Ptolemaeo, *Caerinium* Pli-

nio, hodie *Cerines* dicta. Vide Steph. Lusinianum in Hist. Cypr. cap. 7.

Λευκωσίας] Oppidum itidem Cypri, hodie *Nicossia*, de A
qua idem Lusinianus cap. 8. Est etiam Insula eiusdem nominis in Italico mari, de qua Canterus lib. 3. Novar. Lect. cap. 10. et Cluver. in Ital. Antiq. lib. 4.

Ἐξισωτήν] Rebellaverant Cyprii, ut est vero simile, prop- Pag. 250. A
ter census intolerabiles, quibus pendendis sufficere vix poterant. Eapropter Alexius malo remedium afferre volens, Calliparium, virum iustitiae et modestiae laude commendatum, delegit, qui Iudicis et *Ἐξισωτοῦ* munus in Insula obiret, libros censuales emendaret, et tributorum onus, habita ratione census, ex aequo inter cives divideret, quod fuit *τῶν Ἐξισωτῶν* officium: unde *Peraequatores* dicuntur Senatori lib. 6. Epist. 6. Ennodio lib. 1. Epist. 6. in tit. Cod. de Censibus lib. 11. et Codic. Th. de Censitorib. Peraequat. et Inscriptor. Vetus Inscriptio, L. ARADIO. VAL. PROCVLO. PERAEQVATORI. CENSVS. PROVINCIAE. GALLECIAE. *Ἐπόπται* etiam et *Inspectores* appellantur eod. tit. de Censib. Munus ipsum *Peraequatio* et *Inspectio*, Leg. 6. Cod. de Advoc. divers. Iud. et Nov. 16. Theodosii: *ἐξίσωσις* D. Basilio Ep. 278. Constantinus Porph. in Basil. cap. 68. *ὑπέμνησέ ποτε καὶ τῷ γενναίῳ Βασιλεῖ ἀπὸ τοιαύτης γνώμης ὁ τὴν τοῦ Γενικοῦ διέπων ἀρχὴν, ἀποσταλῆναι εἰς τὰ ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἅπαντα τὰ θέματα τοὺς λεγομένους Ἐπόπτας τούτους καὶ Ἐξισωτὰς* etc. Mox innuit Peraequatores istos a Magistris constitui solitos, quod et observat Senator. Vide Gregor. Nazianz. de calamitate animae suae.

Γαμβρός] i. affinis, non gener: duxerat enim Solyman- D
nus, Cliziasthlanis frater, istius Tzachae filiam in uxorem, ut est apud Annam pag. 313. 322.

Λιπένιον] Meminit huius loci Scylitzes. Pag. 252. A

Δαφνούτιον] Oppidum, inquit Anna, 40. stadiis ab Urbe Pag. 253. D
dissitum. *Δαφνούτιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ* habet Stephanus. Rhegium vero fuit ad oram Propontidis, haud procul ab Urbe. Pontis Daphutiani mentio fit apud Nicetam in Isaacio lib. 1. N. 9. proinde diversa a Daphnutio fuit Daphnusia, quae extitit in ora Pontica, mille stadiis a Constantinopoli distans, de qua Nicephorus in Breviar. et Gregoras lib. 4.

Διογένης ὁ Νικηφόρος] Coniurationem hanc Nicephori Pag. 254. A
Diogenis attigerunt etiam Zonaras et Glycas.

Τὴν παιδίσκην] Martialis lib. 3. Epigr. 81. C

Et aestuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello,
Fugatque muscas myrtea puer virga.

Xiphilinus in Severo: *καὶ αὐτοῦ τὰς μυίας παῖς εὐπρεπὴς ὡς δῆθεν καθεύδοντος πτεροῖς ταὼνος ἀπεσόβει.* Propertius lib. 2.

Et modo pavonis caudae flabella superbae.

Claudianus lib. 1. in Rufinum:

Et cum se rapido fessam proiecerat aestu,
Patritius roseis pavonum ventilat alis.

Interdum etiam boum Indicorum caudae in eum usum adhibitae, teste Aeliano lib. 15. *περὶ ζώων* cap. 14. Vide eumdem lib. 11. cap. 14. et Theophrastum in Charact. cap. *περὶ δειλίας.*

Pag. 255. C *Πέρνικον*] Castellum Triaditzae vicinum, Scylitzae et Zonarae in Bulgaroct.

Pag. 256. A *Καὶ τὰ στέφη τούτων*] Nicephorus enim et Leo Diogenes a patre Imperatores, statim atque in lucem editi, renuntiati fuerant: Anna hoc ipso loco, *παραλαβὼν τούτους ἰδιώτας ἐκ Βασιλέων.*

Pag. 257. C *Ὀξύτερος ἀμφιστόμου ξίφους*] Tradit Ioannes Villanus lib. 5. cap. 36. Comiti Guidoni, a quo *Conti Guidi* Italici originem ducunt, *Bisacutae* inditum cognomen propter animum eius multiplicem. Est autem *bisacuta ἀμφίστομος* et *δίστομος ἀξίνη*, ut supra a nobis est observatum.

Pag. 259. A *Θεοδώρου*] Theodori Martyris et *στρατηλάτου* festum agunt Graeci 8. Febr. Tironis vero 17. eiusdem mensis.

B *Γαμβρὸν ἐπὶ ὑστάτῃ*] Habuit Nicephorus Diogenes tres sorores uterinas, filias scilicet Constantini Ducae Imp. ex Eudocia Dalassena, quae extincto coniuge, Romano Diogeni rursum nupsit. Ex quibus secundis Eudociae nuptiis nati Constantinus, Leo et Nicephorus Diogenes. Prima igitur filiarum Constantini et Eudociae Anna, Ioannem Comnenum Curopalatam, Alexii Imperatoris parentem, maritum habuit; altera fuit Theodora; tertia denique Zoe, quam Nicephorus Botaniates uxorem ducere in animo habuerat, quaeque postmodum Adriano Comneno Magno Domestico uxor data est. Ita materteram nepos uxorem duxit. Consule Familias nostras Byzantinas.

D *Σφαιρίζοντι*] De Byzantinorum pila in equis ludendi more dissertationem instituimus ad Ioinvillam, quam consulas velim ad huius loci intelligentiam.

Pag. 261. A *Γεώργιος ὁ Καματηρός*] Ille idem qui Ioanne Alexii filio imperante rerum administrationi praefuit. Camaterum obscuro atque ignobili ortum genere in Secretariorum ordinem allegit Alexius, et affinitate ex coniugio cognatae cuiusdam devinctum, tandem Logothetam Secretorum designavit,

ut autor est Nicetas in Ioan. N. 3. Prioris dignitatis meminit Theophylactus Epist. 6. ad illum scripta: *τῷ ἀνδρὶ, ὃν σμῆνος περιβομβεῖ Βασιλικῶν πραγμάτων, καὶ τὰ παρ' ἑτέρων γράμματα παρενόχλει μὲν οὐκ ἧττον ἢ τὸ γράφειν ἑτέροις.* Primum deinde obtinuit inter Secretarios locum, et *Πρωτασηκρῆτις*, denique Logotheta renuntiatus est. Idem Theophylactus alia ad eumdem Epistola, quae est 71. *ἡλίκον αὐτόν σε τό τε τοῦ Λογοθέτου ἀξίωμα τέθεικε τοῦ πάλαι Βασιλεῖ συνεδρεύοντος, καὶ τὸ τοῦ Πρωτασηκρῆτις ὀφφίκιον τῷ ἀεὶ τοῖς αὐτοκράτορσιν ὑπογραμματεύοντος.* Gregorii fortassis filius fuit Andronicus Camaterus, quem Urbi praefectum et Manuelis Imperatoris affinem fuisse testatur Cinnamus lib. 5. de quo, ut et de caeteris Camateris fusius agimus ad hunc Scriptorem.

Ζουπάνων] Ita appellabant Servii et Dalmatae Regio- Pag. 265. C
num Praefectos, seu qui proximam a Rege potestatem habebant, inquit Cinnamus, voce Nicetae nota in Isaacio lib. 3. N. 4. Porphyrogenito de Adm. Imp. cap. 29. et eidem Cinnamo lib. 3. et 5. *Zupani* dicuntur Gotefrido Monach. S. Pantal. An. MCCLXXXV. et MCCXC. *Suppani* Willelmo Tyrio lib. 12. cap. 4. Nec scio iidemne qui *Supparii* apud Polonos, de quibus Cromerus in Polon. et Chopinus in LL. Polon. ad calcem lib. 3. de Domanio. Autor incertus Historiae Dalmaticae, quem a natalium sede Diocleatem vulgo indigitant, Banorum et Giupanorum institutionem tribuit Suetopeleco primo Dalmatiae Regi Christiano, qui in Concilio Dalmatico coacto, ut ait, sub Stephano PP. Provincias, Episcopatus et Archiepiscopatus regni sui divisit, *et in ciascuna di queste provincie institui li Bani, overò Duchi, fece etiandio Giupani, cioè Conti.* Banorum dignitatis mentio occurrit apud Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 30 et 31. qui vocem expressit per *Βοάνος*, quod moneo, quia a Meursio non intellecta. *Μπάνους* vocat non semel Cinnamus. At qui Banis et Zupanis supremo iure imperabant, *Magni Iupani* et *Megajupani* dicuntur Innocentio III. PP. lib. 1. et 2. Epist. in Actis eiusdem, et Thomae Archidiac. in Hist. Salonit. cap. 26. et *Ἀρχιζούπανοι* Nicetae in Man. lib. 2. N. 7. apud quem frustra vir doctissimus in Gloss. *Protovestiarium* vertit, vana et falsa Meursi sententia delusus, qui *Zupanos* putavit appellatos praefectos Vestiario, quia *ζοῦπα* apud Achmetem est chlamys, seu penula. Sed hic *ζοῦπα* est pura vox Gallica, *jupe*, *jupon*, sagum militare. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Est necessarium quod quilibet homo armatae praedictae habeat zuppam unam aptam et dextram protinus ad ferendum.* *Zupa* vero, unde deducta vox *zupanus*, aut *zupania*, popu-

lum Slavis sonat, vel regionem a populo cultam: atque hinc *Zupanus* Dux regionis, ut autor est Ioan. Lucius lib. 1. Hist. Dalm. cap. 13.

C *Οὔρεσιν*] Uresis et Stephani nomina Servianis et Toparchis familiaria posthaec fuisse, advertere est passim ex Cantacuzeno et Orbino.

IN LIBRUM X. ALEXIADIS NOTAE.

Pag. 270. C *ΚΑΘΥΠΕΒΑΛΕΝ ἀναθέματι*] Recitatur Nili Anathematismus in Ecclesia Graeca, die Orthodoxiae sacro, legiturque in Triodio.

C *Ἐνθουσιασταῖς*] Qui et *Εὐχῖται* et *Βογόμιλοι*, de quibus ad lib. 15.

Pag. 271. C *Διογένους υἱόν*] Pseudodiogenis rebellionem et excaecationem refert etiam Zonaras. Is autem Diogenis Imp. filius non Leo, uti habet Anna, sed Constantinus vocabatur. Ita enim diserte Bryennius lib. 1. cap. 6. et lib. 2. cap. 29. ubi eius ad Antiochiam interitum enarrat sub A. MLXX. Leo vero in praelio contra Scythas Alexio ipsi Imperatori merens caesus fuit, ut refert eadem Anna lib. 7. pag. 196.

Pag. 272. C *Ὁ χαρακηνός*] Supra *ἐκ τοῦ χάρακος*, gregarius miles.

Pag. 273. B *Νικολάου*] Nicolaus Monachus ad Patriarchalem Sedem evehitur Indict. 7. A. M. iuxta Graecos VIMDXCII. Christi MLXXXIV. Hinc corrigendum mendum quod in versionem irrepsit. Extant in Bibliotheca Regis Christanissimi Cod. DCCCCXII. Monachorum quorumdam extra civitatem Acoumiorum Quaestiones, et ad eas responsa Synodi sub Nicolao Patriarcha et Alexio Comn. Imp.

B *Ἐν δυσὶ πυκτίοις*] *Στοιχειομανείας*, seu potius illusionis species, qua usus Alexius, quo non tam sibi, quam populis et subditis imponeret persuaderetque iustam ineundae expeditionis esse causam, et titubantes fractosque prioribus bellis militum animos firmaret erigeretque; quam rursum artem adhibuit bello contra Turcos, uti tradit Anna lib. 15. pag. 471. Vide Notas ad Cinnami pag. 122.

C *Ἴδιον γαμβρὸν*] Sororis maritum, ut supra pag. 71.

C *Ἀδελφιδοῦν*] Ioannem Taronitam, filium Michaelis Taronitae, qui cum Humbertopulo rebellaverat, quique Alexii sororem uxorem duxerat. Atque ex hoc loco Michaelem et Humbertopulum, qui ob coniurationem istam in exilium acti fuerant, revocatos coniicere est. Vide pag. 364.

D *Ἱερὰ λίμνη*] Iuxta Anchialum: illa forte de qua Plinius lib. 4. cap. 11. hodie *Stagnara*.

Θερμά] *Θράκιον πόλισμα* Suidae. Vide Not. ad Vill- Pag. 274. A
hard. N. 235.

Ταρχανειώτης] Tarchaniotarum familiam ex Macedo- A
nia oriundam autor est Scylitzes. Ex ea viri aliquot dignitatibus illustres recensentur, Basilius sub Isaacio Comneno apud eumdem Scyl. Iosephus Magister sub Romano Diogene apud Zonaram et Scyl. et aliquot alii apud Acrop. Cantacuzen. Codinum, Ducam etc. Vide Stemma Palaeolog. in Familiis nostris Byzant.

Ἀδελφὸν εἰσποιήσασθαι] De adoptionibus in fratrem Pag. 276. A
fuse disseruimus ad Ioinvillam Dissertat. 21.

Κομήτων] Gallorum forte, qui Alexio eo aevo me- C
rebant.

Νορμαννόθεν] Est haec, non Normannorum modo, sed Pag. 277. A
etiam omnium Gallorum laus praecipua, quod equitandi peritia et equitatus robore caeteris nationibus praecellerent. Anna lib. 5. pag. 140. *καὶ γὰρ Κελτὸς ἀνὴρ πᾶς ἐποχούμενος μὲν ἀνύποιστος τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν θέαν ἐστίν.*

Πούτζης] Castrum in Adrianopolitano tractu, quod *Peu-* Pag. 278. B
tace vocat Villharduinus N. 186.

Σάγγαρις] Fluvius Asiae Minoris, seu Phrygiae, de quo Pag. 282. A
multa Philipp. Maussacus in Notis ad Plutarch. de Flum. Pontem lapideum in Sangario fluvio extruxisse Iustinianum autor est Procopius lib. 2. de Aedif. Iust. et ex eo Cedrenus A. XXXIII. Iust. Huius meminit etiam Scylitzes in Isaacio et Constantinus Porph. in Themate Obsequiano.

Χηλῆς] Chelem, locum inter Apolloniam et Sangarium B
habet Arrianus in Periplo Ponti Euxini.

Μαριανδηνῶν] Asiae Populi, quorum Metropolis Clau- B
diopolis, ubi sequiore Graecia extitit Thema Buccellariorum. Porph. lib. 1. de Themat.

Τῆς ἐπινεμήσεως] Res ab Alexio parente praeclare in Pag. 283. B
bellis gestas hactenus prosecuta Anna ad ea tandem pervenit tempora, quibus Franci nostri per Thraciam et Asiae provincias in Palaestinam penetrarunt. Incidit autem Hierosolymitana ista Expeditio in A. Ch. MXCVI. Mundi iuxta Graecos, VIMDCIV. Indict. IV. unde supplendus hiatus apud Annam.

Τὸ τῆς γνώμης ἄστατον] Anna lib. 11. pag. 319. *τὴν* B
παλίμβολον τῶν Λατίνων γνώμην ἐκ μακροῦ ἐπιστάμενος. et lib. 13. pag. 402. *τοιοῦτον γὰρ τὸ Κελτικὸν γένος ἀνώμαλον, καὶ ἐφ' ἑκάτερα ἐν ὀξείᾳ ῥοπῇ μεταφερόμενον.* Vide Not. ad pag. 163.

D *Κουκούπετρος*] Ita vocatum ait Anna Petrum Eremitam, primum et praecipuum Hierosolymitanae Expeditionis autorem, vel potius incentorem, quod vitae instituto Monachus et Eremita fuerit. Est enim vocabulum confectum ex nomine viri appellativo et voce *κουκούλλιον* truncata, qua praeterea utitur pag. 486. quae Latinis cucullam notat; unde vero simile mihi videtur Petrum, ut tunc vulgo vocitabatur, Eremitam ab ipsis Gallis militibus ioculari vocabulo *Petrum cucullatum* indigitatum, quod cuculla monachica caput operiret, quemadmodum S. Aimilianus Confessor et Monachus Benedictinus in eius vita, et Petrus Abaelardus appellatur a Fulcone Priore Diogili in Epistola, quae inscribitur *Petro cucullato.* Enimvero Monachum fuisse Petrum scribunt Florentius Wigorniensis, Conradus Abbas Uspergensis et Autor Chronici Hildesheim. Alii Sacerdotem et Eremitam faciunt; Albertus Aq. lib. 1. Hist. Hieros. cap. 2. *Sacerdos quidam Petrus nomine, quondam Eremita.* Willelmus Tyr. lib. 1. cap. 11. *qui re et cognomine cognominabatur Eremita.* Guibertus lib. 2. cap. 8. *quem ex urbe, ni fallor, Ambianensi ortum in superiori nescio qua Galliarum parte solitariam sub habitu Monachico vitam duxisse comperimus.* Mox eiusdem Petri cucullam et vestes describens, *lanea tunica ad purum, cucullo super, utrisque talaribus, byrrho desuper induebatur.* Denique Petrus Angelius Burgaeus lib. 1. Syriados:

Nec sanguine cretus
Obscuro, solum montis secessit in antrum,
Cum primum obduxit teneras lanugine malas.

Iam vero quod Petrum in superiori Galliarum parte eremiticam duxisse vitam ait Guibertus, firmari videtur ex Chronico Canonici Laudunensis, in quo narratur, *Petrum Eremitam de territorio Ambianensi primo Monachum apud S. Rigaudum in Foresio egisse, postea Pradicatorem effectum, tanta coepisse populorum multitudine vallari, tot caeli muneribus donari, tantis denique sanctitatis praeconiis acclamari, ut multae aetatis homines non meminerint honore simili quempiam habitum.* Sed neque videtur improbanda eorum sententia, qui Petrum putant in ipsa Dioecesi Ambianensi, unde ei natales, non vero ex Hispania, ut est apud Helmoldum lib. 1. cap. 31. et Autorem incertum Historiae Sclavon. cap. 14. vitam eremiticam induisse, cum doceat idem Guibertus lib. 3. de vita sua cap. 14. eadem ipsa tempestate Eremitas extitisse in Ambianensi territorio. Vitam, res gestas et mortem Petri praeter rerum Hierosolymitanarum Scriptores perstringunt Albericus in Chron. An. MCI. MCXVI. et MCCVIII. S. Bernardus Epist. 322. Aegidius Monachus Aureae Vallis in Ep.

Leod. cap. 16. et ibi Chapeavillus, Fr. Petrarcha lib. 2. de Vita solit. tract. 4. cap. 1. Molanus in SS. Belg. 15. Iul. et Petrus Doutremannus peculiari libello, quem de Vita et Genealogia Petri inscripsit, quam etiam attigit Adrianus Morlerius lib. 1. Antiquit. Ambian.

Ὡς ὀμφῇ θείᾳ] Albert. Aq. lib. 1. cap. 5. Willelm. Tyr. lib. 1. cap. 12. Pag. 284. A

Σταυροὺς ἐπ' ὤμων] Tudebodus lib. 1. *In dextra, vel inter utrasque scapulas Crucem Christi baiulant.* Robert. Monach. lib. 2. *In fronte aut in scapulis dextris signum ferebant Sanctae Crucis.* Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 1. *O quam dignum erat et amoenum vobis omnibus Cruces illas cernentibus vel sericas, vel auro textas, aut quolibet genere pallii decoras, quas in chlamydibus suis, aut birris, sive tunicis, peregrini — super humeros suos consuebant.* Sed haec nota. De colore vero Crucium, quem phoeniceum, seu coccineum fuisse hic ait Anna, idem testatur Walsinghamus in Richardo II. An. MCCCLXXXIII. pag. 301. *Lundoniis multi apprenticii, plures servi sumptis albis capuciis et rubeis crucibus in parte dextra, — profecti sunt.* Postmodum tamen in illa quam A. MCLXXXVIII. Philippus Franciae et Henricus II. Angliae Reges inierunt Hierosolymitana Expeditione *Statutum et provisum est inter eos, ut omnes de Regno Francorum cruces rubeas, de terris Regis Anglorum albas, de terra Comitis Flandrensis virides haberent,* uti scribunt Mathaeus Paris. Rogerus Hovedenus, Radulfus de Diceto et Nicolaus Trivettus. B

Ἀκρίς] Baldricus Dolensis autor est Expeditionem istam nostrorum quaedam praecessisse et praedixisse prodigia. De locustis, quas hic commemorat Anna, testatur Abbas Usperg. A. MXCI. *Visi sunt per multas regiones vermiculi nimis ignoti, non longe a terra volantes, hoc est, ut vel manu vel virga tangi possent, grossitudine quidem muscis aequales, sed longitudine satis deductiores, quorum tam infinitus extitit exercitus, ut unum pene milliarium in latitudine, duo vel tria in longitudine viderentur occupare, densitate vero sua ipsam Solis lucem terris negare. Per quam prodigiosam visionem illam, quae post quadriennium facta est, Hierosolymam tendentium profectionem quidam sunt interpretati.* Uspergensi plane consentanea tradit Zonaras, hanc nostrorum Expeditionem commemorans: *ὧν τὴν συγκίνησιν θεοσημία τις προεμήνυσεν· ἀκριδίων γὰρ ἄπειρόν τι πλῆθος ἐκ τῆς Ἑσπέρας τὴν γένεσιν ἐσχηκὸς καὶ τοσοῦτον, ὡς νέφεσιν ἱπτάμενον ἀπεικάζεσθαι, καὶ συσκιάζειν τὸν ἥλιον, διὰ τῆς μεγίστης τῶν πόλεων καὶ ταύτης ὁρίων τὴν πτῆσιν ποιου-* C

μενον πρὸς τὴν ἑῴαν ὥρμητο, κἀκεῖσε κατέπανε. Similem locustarum multitudinem in Gallia et Germania visam A. DCCCLXXIV. narrant Regino et Annales Francorum Bertiniani: et Anno MXXXII. Fragmentum Hist. quod extat Tom. 4. Hist. Fr. pag. 86. Vide Paul. Warnefr. de Gest. Langob. lib. 4. cap. 2. sed et anno, qui insignem hanc Francorum Expeditionem praecessit, stellas in caelo visas aiunt in modum pluviae in terram descendisse. Codex MS. S. Albini Andegau. *A.* MXCV. IV. *Non. April. Luna* XXV. *Febr.* IV. *post Octavam Paschae nocte visae sunt stellae in modum pluviae de caelo in terra ivisse. Sol quoque octavo abhinc die toto caeruleus extans, sed et Luna sequenti nocte similiter lucens orbi prodigio fuerunt.* Id praeterea observant Baldric. loco citato, Alberic. Anonymus Cas. et Autor Gestorum Triumphalium per Pisanos factorum.

D *Ἀστάρτην*] De Astarte, seu Astarot, et Chobar, copiose egerunt Iosephus Scaliger in Notis ad Fragm. Veter. Scriptor. Gr. post libros de Emend. Temp. Seldenus in Syntag. 2. de Dis Syris cap. 2. et 4. Abraham Echellens. in Hist. Arabic. parte 1. cap. 11 et Salmasius ad Solinum, a quibus lucem excipient quae hic Anna de hisce impuris Daemonibus habet.

Pag. 285. A *Λογγιβαρδίας πορθμόν*] Petri adventum Italorum, Ligurum, Longobardorum praecesserat agmen. Fulcher. Carnot. lib. 1. cap. 9. Baldric. Dol. pag. 89. Ridiculum porro quod ait Anna singulos exercitus locustarum agmen praecessisse, quae anno ante hanc initam Expeditionem quinto in futuri praesagium visae fuerunt.

C *Γοντοφρέ*] Gotofredus Lotharingiae Dux *Princeps et Dominus Castri Bullionis.* Albert. Aq. lib. 2. cap. 22. Tyrius lib. 9. cap. 5. 6. etc.

C *Ἀπεμπολήσας*] Quo impensis tam operosae et longinquae peregrinationis faceret satis Gotofredus, Castrum Bullonii, quod illi praecipuum erat, Otberto Leodiensium Episcopo mille et trecentarum argenti puri (non auri, ut habet Petrus Merssaeus) marcarum pretio vendidit. Invadiatum et oppigneratum tantum pro VII. millibus marcis scribit Ordericus lib. 10. pia vero liberalitate concessum Ecclesiae Leodiensi, Tyrius lib. 9. cap. 8. commemorat. Rem conciliat Nicolaus Canonicus Leodiensis, Scriptor coaetaneus, in Triumpho S. Remacli de Castro Bullonio cap. 1. a quo hausit quae de hoc ipso narrat Aegidius Monachus Aureae Vallis cap. 13. *Adfuit*, inquit Nicolaus, *divina misericordia. Permovit* (Otbertus) *Ducem ut offerat B. Virgini et pio Martyri praedictum Castrum ob memoriam animarum praedecessorum suorum, conditione interposita, ut si intra tempus praefinitum*

a se vel a suis successoribus tribus, quos ipse praescripserat, non redimeretur, deinceps possessio, sicut dimiserat, cum Castello in totum tempus Ecclesiae assignaretur. Mox refert, ut Episcopus conflatis MCCC marcis argenti puri undecumque corrasis Castrum a Duce emerit. Adde Albericum An. MXCVI. et Autorem Appendic. ad Chronicon Lobiense Tom. 6. Spicileg. pag. 608.

Λογγιβαρδίας] Non Adriatico mari traiecto, quod vult Anna, sed Lotharingia, Franconia, Bavaria et Austria transcursis in Hungariam et Thraciam pervenit Petrus. W. Tyr. lib. 1. cap. 19. et alii. D

Χιλιάδων ὀγδοήκοντα] Exercitus Petri *copiosus fuit ut arena maris innumerabilis, qui a diversis Regnis illi coniunctus advenerat*, ait Albertus Aq. lib. 1. cap. 8. At idem Scriptor cap. 13. et ex eo Tyrius lib. 1. cap. 19. quadraginta millium hominum numerum non excessisse scribunt. Pag. 286. A

Ἑλενούπολιν] Transmisso freto Petrum ad Portum, qui vocatur *Civitot*, castra metatum scribit Albertus Aq. lib. 1. cap. 16. Est vero Helenopolis Bithyniae urbs ad Dracontis fluvii ostium, in Nicomediensi sinu, Drepanum olim dicta, et ab Helena Constantini M. matre, quam ei natalem fuisse aiunt nuncupata, ut est apud Cedrenum A. XX. Constant Procop. lib. 5. de Aedif. Iust. Euseb. lib. 4. de Vita Const. cap. 61. Philostorg. lib. 2. cap. 13. Socrat. Niceph. etc. Eiusdem Oppidi meminit Porphyrogenneta in Themate Obseq. ut et Scylitzes et Glycas in Romano Diogene. B

Ξερίγορδον] Castrum ultra Nicaeam, *Exerogorgon* nuncupatum Tudebodo, Baldrico, Guiberto et Tyrio. C

Ἔργον Μαχαίρας] Cladem hanc narrant Albertus Aq. Tyrius et alii, quam accidisse scribunt mense Octobr. An. MXCVI. Tudebodus lib. 1. Guibertus lib. 2. cap. 11. Baldric. etc. Pag. 287. A

Ἀποχρώσας δυνάμεις] Auxiliares copias Petro submissas ab Alexio tradunt etiam Albertus Aq. lib. 1. cap. 23. et alii. C

Διασώζει] *Διασώζειν* est conducere, salvum et incolumem praestare. Chr. Alexandr. An. Heraclii XVIII. *ἀπελύσαμεν πρὸς αὐτοὺς Ἠλίαν τὸν ἐνδοξότατον στρατηλάτην — μετὰ νεωτέρων καὶ ϛ'. ἵππων ἀδιστράτων σελλαρίων ὀφειλόντων ἀπαντῆσαι καὶ διασῶσαι αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς.* Epistola Constantini Pogonati Imper. ante Act. 1. Sextae Synodi: *καὶ ναστελλάτους καράβους παρασχεθῆναι εἰς διάσωσιν αὐτῶν, πρὸς τὸ πάντη ἀβλαβεῖς καὶ ἀκινδύνους — ἀποκαταθῆναι.* Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 32. *ἐπεζήτησαν εἰς διάσωσιν αὐτοῦ.* Apud eumdem cap. 7. et Luithprand. in Legat. *διασωσταὶ* et *ἀποσωσταὶ* sunt, qui *Duces conductorii* dicuntur Gauterio de Bello Antioch. pag. 460. *Ducatus* Gallis, *Sauf-* C

conduit apud Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 77. et Brunonem de Bello Sax. pag. 139. *Conductus* apud Ioann. Sarisber. in Polycrat.

Dum tibi conductus fuerit, securior ibis.

Vide infra pag. 405. C. 479. B.

D *Αἴτιον τοῦ κακοῦ*] Idipsum asserunt Tudebodus lib. 1. Albert. Aq. lib. 1. cap. 16. et Baldricus pag. 90.

Pag. 288. A *Ἐπίφανον*] In his recensent Scriptores Harpinum Bituricensem Comitem, Raimundum Sanctaegidianum Tolosae Comitem, Boemundum Principem Tarentinum, Robertum Normanniae Ducem et aliquot alios e Gallia Proceres. Vide Notas nostras ad Ioinvillam pag. 52. 53.

A *Οὖβος*] Hugo, cognomento Magnus, Veromanduorum Comes, Philippi Francorum Regis frater, Henrici I. Regis filius. *Is*, ait Robertus Mon. lib. 2. *honestate morum et elegantia corporis et animi virtute Regalem de qua ortus erat commendabat prosapiam: et licet aliorum Procerum*, addit Guibertus lib. 2. cap. 18. *multo maior quam ipsius apud nos reputaretur autoritas, apud exteros tamen, praesertim apud inertissimos hominum Graecos, de Regis Francorum fratre praevolarat infinita celebritas. Οὖβος* hic Hugo nuncupatur, non *Οὖγος*, quia Gallis *Hues* tunc vocitabatur.

B *Βασιλεὺς Βασιλέων*] Infinita sane apud Graecos, ut ex mox laudato Guiberti loco constat, de Hugone praevolarat celebritas, non quod Rex Regum diceretur, aut hosce sibi titulos arrogaret; quomodo enim Regum se Regem appellasset, qui ne Regis quidem gaudebat appellatione? sed quod Regis Francorum esset frater, qui iampridem tantae habebatur apud omnes Nationes existimationis, ut non a Graecis modo *Rex Regum* haberetur, solusque inter Europaeanos Principes Ῥὴξ per excellentiam indigitaretur, Suida teste, sed etiam apud Christianos Romanos eamdem supra caeteros Monarchas obtineret praerogativam. Mathaeus Paris. A. DCCLIV. *Dominus Rex Francorum, qui terrestrium Rex Regum est, tum propter caelestem eius inunctionem, cum propter sui potestatem et Militiae eminentiam in medio sedebat.* Et A. MCCLII. *Dominus Rex Francorum Regum terrenorum altissimus et dignissimus.* Idem pag. 430. Regnum Francorum *Regnum Regnorum* vocat. Charta Amedei Com. Sabaudiae A. MCCCXCVII. in Probat. Hist. Sabaud. Samuel. Guichenoni. *Le Roy de France, qui est le plus grand et le plus noble Roy des Chrestiens.* Froissartes 4. Vol. cap. 43 de Carolo VI. *Le plus digne et le plus noble et le plus puissant Roy de Monde.* Et eod. Vol. pag. 201. *Chef de tous les Roys Chrestiens de ce Monde.* Denique quo haberetur

loco, etiam senescente Graecia, Francorum Rex, docent hi Versus mixobarbari ex Lamentatione MS. de capta a Turcis Constantinopoli.:

Ὦ Κωνσταντῖνε Βασιλεῦ τύχης βαρέαν ὀποῦχες,
Θέλω νὰ δώσω εὐθύμησιν στῶν Αὐθέντων τῆς Λύσης,
Ῥῆγαν τὸν ἐκλαμπρότατον καὶ τοῦ Πάρης ὁ πρῶτος,
Πρωτόαρχος τῶν Αὐθέντων τοπάρχων τῆς Λύσης,
Ὦ Φράτζα τιμιωτάτη καὶ πολιφουμισμένη,
Φρατζόρτζιδες πολεμισταὶ, ἄνδρες μου στρατιῶται, etc.

Regio apparatu et comitatu e Gallia profectum Hugonem testatur Anna pag. 297. Vide Dissertat. 27. ad Ioinvillam.

Τζερπεντηρίου] Fuit is Willelmus Carpentarius, seu ut Gallico efferebatur tunc idiomate, quod suo reddidit Anna, *Charpentier*. De eius familia et cognomine sic Robertus Mon. lib. 4. *Willelmus de Regali prosapia ortus fuit, et Vicecomes cuiusdam Castelli, quod Milidunum dicitur, olim extitit, qui ideo Carpentarius coepit cognominari, quia in bello nullus valebat ei occursari. Nulla enim lorica erat, galea vel clypeus, qui duros lanceae illius, sive mucronis sustineret ictus.* Guibert. lib. 4. cap. 7. hoc etiam cognomine donatum ait Willelmum, *non quia faber lignarius esset, sed quia in bellis caedendo, more Carpentarii, insisteret.* At non desunt qui Carpentarii cognomine donatum putant propter eximiam eius in fabricandis bellicis machinis solertiam, quemadmodum Fulcherius primus Lemovicensium Comes *industrius faber in lignis* fuisse eadem de causa dicitur ab Ademaro Caban. in Chr. An. DCCCLXXVI. Robertus Comes Belismensis, *in extruendis aedificiis et machinis aliisque arduis operibus ingeniosus artifex*, ab Orderico Vitali lib. 8. *Carpentarius* porro faber lignarius est Scriptoribus aevi sequioris. Idem Ordericus lib. 12. *Carpentarios berfredum facientes docebat. Carpentarius servus* in L. Sal. tit. 11. §. 5. *Carpentata aedificia*, id est lignea, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 20. *Carpentaria*, locus ubi fabri lignarii operis suis incumbunt, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epistola 55. Willelmi virtutes longe deprimit ac elevat Guibertus loco citato, quo et eius in Hispaniam Expeditionem tangit, de qua etiam agunt Tudebodus lib. 1. et Beslius in Comit. Pict. cap. 18. et 30. Una cum Hugone captum testantur Albertus Aq. lib. 2. cap. 9. et Tyrius lib. 2. cap. 5. De Helia hic memorato nihil succurrit, nullus enim, quod sciam, hoc nomine reperitur apud Scriptores rerum Hieros. D

Τὴν χρυσῆν τοῦ ἁγίου Πέτρου σημαίαν] Hinc dicitur Hugo *Signifer et Dux militiae* apud Robertum Mon. lib. 2. pag. 35. *Vexillarius* apud eumdem lib. 6. et 7. pag. 58. et 64. D

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

Signifer et Ductor apud Albertum Aq. lib. 4. cap. 47. Vetus id fuit Pontificum Romanorum institutum, ut ad Principes Romanae Ecclesiae Vexillum mitterent, quo uterentur in praeliis et bellis contra fidei hostes. Ita apud Anastasium Biblioth. legimus donasse Leonem PP. Carolo M. Ecclesiae Vexillum, quod illius esset defensor et advocatus: et in Gestis Innocentii PP. pag. 59. eumdem Pontificem simile misisse Vexillum ad Ioannitium Bulgarorum Regem, *quo contra illos uteretur qui honorant labiis Crucifixum: cor autem eorum longinquum est ab ipso:* hoc est, contra Graecos Schismaticos, ut est in Epistola Innocentii, ex qua praeterea docemur Cruce et Clavibus geminis illud fuisse insignitum. *Praetendit autem*, inquit Pontifex, *non sine mysterio Crucem et Claves: quia B. Petrus Apostolus et Crucem in Christo sustinuit, et Claves a Christo suscepit. Repraesentat itaque Signum Crucis, utpote in quo Christus qui vincit, regnat et imperat, debellavit aerias potestates* etc. *Clavem autem geminam repraesentat, discretionis alteram, alteram potestatis.* Extat in Ceremoniali Romano formula benedictionis et traditionis eiusmodi Vexilli, lib. 1. sect. 7. Vide Philippum Mazerium in vita S. Petri Thomasi Patriarchae CP. cap. 3. apud Boland. 29. Ianuar.

D *Κλύδωνι μεγίστῳ*] Atqui nulla apud Scriptores eiusce aevi mentio occurrit naufragii, quo periisse Hugonis classem prodit Anna; imo imprudenter cum raro agmine Dyrrachium prospera appulisse navigatione refert Guibertus lib. 2. cap. 19. *At Hugo Magnus non expectata suorum et militum Comprincipumque familia, inconsulte nimis praepropere adito Bari portu, navigationeque prospera devehitur Dyrrachium.*

Pag. 289. B *Οὐκ ἐλευθέρως*] Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 2. de Hugone M. *Qui primus Heroum mare transiens apud Duratam urbem in Bulgaria cum suis applicuit: sed imprudenter cum agmine raro vadens, ibi ab ipsis civibus captus est et usque ad Imperatorem Constantinopolim perductus, ubi per aliquantum temporis non omnino liber moratus est.* De Hugone a Graecis capto agunt praeterea Tudebodus lib. 1. pag. 778. Edit. Du-Chesn. Albert. Aq. lib. 2. cap. 8. Robert. Mon. lib. 2. Baldric. Dol. lib. 1. Will. Malmesb. lib. 4. Tyrius lib. 2. cap. 4. Math. Paris. Sanut. etc.

C *Ἄνθρωπον*] Quale fuerit, quod Alexio praestitere Proceres Galli hominium, refertur a Scriptoribus Rerum Hierosol. Albertus Aq. lib. 2. cap. 16. *Se in vassallum iunctis manibus reddidit.* Fulcher. lib. 1. cap. 4. *Facti sunt homines Imperatoris.* Baldricus, *Iuraverunt Alexio Imperatori vitam et honorem, quod neutrum ei auferrent, quoad ipse quod iurabat bona fide teneret.* Guibertus lib. 1. cap. 3. *Iuraverunt*

quod nunquam sint sibi nocituri, vel suis. lib. 2. cap. 19. *Quod per eum vitae suae et honoris prorsus indemnis existeret.* Aegre primum et vix adduci potuerant *Palatini* nostri *Comites*, uti vocantur ab eodem Guiberto, ut hominium Byzantino facerent Imperatori, cum nec eius essent Imperio subditi, nec praedia illius clientelae obnoxia possiderent. Legitimus praeterea illos invaserat metus, ne Franciae Rex, aut Germanus Augustus, quibus plerique beneficiorum, aut foederum nomine obnoxii erant, rem in sui contumeliam et iniuriam factam interpretarentur. Atque id causae fuit cur Raimundus Sanctaegidianus Comes eiusmodi sacramento obstringi abnuerit, uti narrant Fulcherius lib. 1. cap. 4. et alii eiusce aevi Scriptores, ut et postmodum Robertus Perticensis, seu Drocensis Comes, Regis Ludovici VII. germanus, qui ne Manueli Imperatori hominium, de quo enixe rogatus fuerat, profiteretur, clam se Constantinopoli subtraxerat, et insalutato hospite, Propontidem emensus, traiecerat in Asiam. *Turpe quippe*, aiebat, *in praesenti tam gloriosum habere dominum, et infideli facere hominium. Alii vero quorum numerus et ratio superavit, huiusmodi respondebant. Ex consuetudine post Regem plures dominos habere possumus, quorum feodos possidemus, sed illi fidem principaliter observamus. Si iudicamus hoc esse turpitudinem, deleamus consuetudinem. Nunc autem Imperator, sibi timens, nostrum requirit hominium. Si ergo turpe est nos ab eo timeri, si inhonestum quod minoribus facimus, nos facere Imperatori, dimittamus consuetudinem. Si vero metus Imperatoris, vel mos nostrae consuetudinis, nec Regi facit iniuriam, nec nobis verecundiam, adquiescamus nostrae consuetudini, pro nostro commodo providentes itineris necessitati. Nemo nostrum novit hanc terram. Igitur opus est duce: contra paganos properamus, Christianorum utamur pace.* Verba sunt Odonis de Diogilo lib. 4. quae hoc loco proferre duximus operae praetium, ut tandem constet, quibus fulti rationibus Proceres nostri Alexio et Manueli Imperatoribus Constantinopolitanis hominium et clientelam praestare non recusaverint.

Καβαλίωνος] Edit. Hoesch. habet *Βουβαλίωνος*. Locus, D ut videtur Dyrrachio vicinus, in has enim plagas appulisse Boemundum testantur Tudebodus lib. 1. Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. et alii.

Κόμης Προβέντζης] Raimundus Provinciae et Tolosae D Comes, qui mox Annae *Ἰσαγγέλης*, seu Comes S. Aegidii, Fulcherio lib. 1. cap. 2. *Comes Provincialis*, aliis *Comes Tolosae* appellatur. Profert Catellus Diploma eiusdem Raimundi A. MLXXXVIII. *In quo Comes Tolosae, Dux Narbonae, Mar-*

chio Provinciae inscribitur. At unde postrema haec dignitas, et quo iure Raimundo accesserit, cum pridem summo cum studio disquisierint qui res Provinciales, aut Tolosanas aggressi sunt, nemo tamen hactenus omnino videtur attigisse. Putavit Magnus Peirescius, ut autor est in eius vita Gassendus lib. 3. Raimundum filium fuisse Gaufredi Provinciae Comitis, qui A. Chr. MLXVI. e vivis excessit, eoque possedisse nomine Provinciae partem. At cum ex veteribus Tabulis et omnibus ferme Scriptoribus constet Raimundum fratrem fuisse Guillelmi V. Tolosani Comitis, aliunde Raimundo in Provinciae Comitatum ius quaesitum oportet; cum praeterea Gaufredo filium unicum Bertrannum tribuant eius aevi Diplomata. Censet Antonius Rufius id accessisse iuris Tolosanis Comitibus ex coniugio Emmae, Rotbaldi Provinciae et Forcalcarii Comitis filiae, cum Guillelmo IV. Tolosano Comite: quae quidem Rufii sententia nullis licet ab eo argumentis ex professo fulciatur, haud omnino videtur respuenda. Nam ex iis quas laudat Chartis seu Tabulis, discere est Guillelmum et Emmam coniugem aliquot praedia in Sistaricensi pago et Manoscensi concessisse Monasterio S. Victoris Massiliensi A. MXXIV. Praeterea Pontium Tolosanum Comitem, et Bertrandum fratrem, Guillelmi filios, in Comitatu Guillelmi-Bertrandi Provinciae Comitis fuisse A. MXXX. docet aliud Diploma. Ex quibus evincitur praedia varia et oppida possedisse in Provincia Tolosanos Comites ante Raimundum, qui non minimum post haec ius avitum auxit, bello Forcalcariensem aggressus, atque adeo ipsum Provinciae Comitem. Constat enim An. MLXXXVII. qua tempestate Guillelmus V. Raimundi frater Tolosanum Comitatum adhuc possidebat, Provinciam bellicis tumultibus et Principum dissidiis ita fuisse conturbatam et laceratam, ut quem populi dominum agnoscerent vix scirent. Id haurire est ex Tabulis eiusce anni, quae extant in Tabulario Ecclesiae Arelatensis, quae aliquot praediorum donationem continent factam *cum consilio Comitum, sive Comitissarum, qui tunc temporis regere videbantur Regnum Provincialium hominum* etc. *quia tunc temporis non erat Dux, nec Marchio, qui rectam iustitiam faceret:* adeo magna erat in eo tractu ex mutuis Comitum dissidiis et bellis rerum perturbatio, quarum causa nulli alii videtur adscribenda quam Raimundo, qui, ut autor est Willelmus Malmesb. lib. 5. Caturcensem Comitatum, quem a parente in haereditatis partem acceperat, *ut erat vivacioris spiritus, immane quantum auxit Arelatensi et Narbonensi, et Provinciali adiectis.* Quae quidem excitata a Raimundo bella etiam post A. MXCV. durasse arguit Diplomatis, quod Historiae suae

intexuit Catellus, subscriptio; *quando R. Comes municipium et fortalitatem S. Maximini invasit.* Praesertim vero dominabatur Raimundus isti Provinciae regioni quae Rhodano imminet, tum in Arelatensi, tum in Avenionensi pago; quin et ipsum Avenionensem Comitatum possedit, non pleno tamen iure, cum Forcalcarienses Toparchas, qui Avenionenses Comites sese hactenus inscripserant, hunc sibi asseruisse titulum etiam post Raimundi excessum testentur veteres passim Chartae, ipsosque Provinciae Comites ex Barcinonensi familia Comitatus istius partem possedisse doceat pactum initum inter Raimundum Barcinonensem Comitem et Alphonsum Tolosanum Comitem A. MCXXV.

Μικρὸν παρεκκλίνας] Iter arripuit Raimundus per Sclaviniam, uti testantur Raymundus *de Agiles*, seu *de Aguilers*, uti appellatur in MS. San-Victoriano, Tudebodus lib. 1. Fulcher. lib. 1. cap. 2. etc. De hoc navali praelio silent nostri; quam male vero ab Alexianis habitus fuerit Raimundus, pluribus narrat idem *de Agiles.* Pag. 290. A

Δεύτερον Κόμητα] Qui sint Comites in re navali, cuivis notum. Hos inter maximus *Πρωτοκόμης* dictus, proximus Amiralio: hunc subsequebatur *Δεύτερος Κόμης*. Vide pag. 336. 369. et Pachymer. lib. 4. cap. 26. B

Κατέργου] *Κάτεργον* est navicula. Chronicon Veneto-Byzantinum editum a Bulialdo: *ἐπέρασεν ὁ Κουρτούγλης μετὰ κατέργων καὶ φούστων τὸ μέρος τῆς Πουλίας.* Constantinus in Hist. Apollon. Tyr. B

Στὸ κάτεργον ἐμπήκασι καὶ διάβησαν τὴν ὅρα.

Narratio MS. de Belissario, *κατεργοκύριοι, ητε φρικάλιοι.* Hinc *Catergalimena* dictus portus quidam Constantinopoli, de quo Gyllius et Leunclavius.

Ἐξκουσσάτου] Anna lib. 12. pag. 369. *τὸν καλούμενον δεύτερον τὸν Δρουγγάρην τοῦ στόλου μετὰ τοῦ ἐξκουσσάτου μονήρους κατ' αὐτὴν Ἴλιῶσσαν σκοπέα κατέλιπον.* Ita appellatur a nautis, ut hic observat Anna, quoddam navigii genus. At cuiusmodi illud fuerit, et unde vocis origo, non satis hactenus exploratum. Scitum quid sit *ἐξκουσσεύειν* in Chronico Alexandr. pag. 730. *ἐξκουσσεία* apud Theophylactum Bulgar. Archiep. Epist. 41. et Iurisconsultos Graecos. Verum nihil videtur habere commune *excusatio* cum navi: neque proclivius est divinare quid sit *Excusaticum* in Capitulari Sicardi Principis Beneventani, licet fortassis ab eodem deductum fonte, cap. 29. cuius lemma sic concipitur, nam ipsum deest caput: *ut non tollatur a Tertiatoribus Excusaticum et porcos.* Nisi forte idem sit, quod *ἐξκουσσάτον* apud Iustinianum Novell. 59. cap. 2. certum scilicet vectigal, quod pen- C

sitabatur pro quavis immunitate. Fuere denique *Excusati* apud Venetos, vox a plerisque nondum intellecta, ait Sansovinus in Venetia, qui lib. 6. vetera profert Acta, in quibus horum fit mentio hisce verbis: *Excusati de Mauriano, et eorum nomina, et sunt* 44. *Excusati de Mazorbo, et isti sunt de maioribus, et sunt* 23. etc. *Haec sunt nomina Excusatorum qui serviunt in Palatio, et sunt* 124. *Nomina Excusatorum nostri Palatii, et sunt* 198. Ubi Sansovinus *Excusatos* dictos, quasi *Scutatos*, eosdemque esse censet, quos *Scutiferos* vocavit aetas posterior. Sed vix est ut id probem, cum potius hac videantur appellatione donati propter indulgentiam munerum civilium et personalium, qua gaudebant ex quadam officii et functionis praerogativa, uti fuere *Beneficiarii*, et ii de quibus est titulus *de Excusationibus artificum* Cod. Theod. lib. 13. quinetiam si fas est divinationi indulgere, censuerim Venetos istos *Excusatos* non alios fuisse a vectoribus navicullariis, seu, uti vocant Veneti, *Gondolariis*, quorum magnus semper fuit apud illos numerus, qui iis gauderent privilegiis, quibus Navicularii apud Romanos, ut est in Tit. de Navicullariis Cod. Theod. et Iust. nam ab omnibus oneribus et muneribus immunes erant L. 5. 7. et 17. Cod. Theod. eod. tit. Certum autem erat et definitum Navicullariorum corpus, quorum praecipuum erat munus in Annonae urbis transvectione; unde et *naves eorum, quantaecumque essent, ad aliud munus ipsis invitis non tenebantur*, ait Lex 5. eod. tit. Agit praeterea de eiusmodi Navicullariis publicis Paulinus Epist. 36. ad Macarium. Cum igitur Navicullariorum naves ista gauderent immunitate, nihil vetat *Excusatas* inde appellatas opinari, onerarias nempe, et quae annonariae speciei transvectioni potissimum addictae erant: eiusmodi enim sunt *κάτεργα* et *μονήρεις*, naviculae, apud Annam *ἐξκουσσάτων* nomine donatae. Occurrit apud Nicetam in Man. lib. 5. N. 9. et lib. 7. N. 1. vocabulum ab illo, quo Anna utitur, haud multum abludens, tametsi alia, ut videtur, notione. Est porro illud *ἐγκουσῆτος* et *ἐγκουσσάτος*. Priore loco de Venetis agens: *ἄνδρας θαλάττης τροφίμους, κατὰ Φοίνικας ἀγίρτας, πανούργους τὸ φρόνημα* illos vocat; quod hac verborum serie reddit Codex mixobarbarus: *θαλασσόμαχοι, καὶ ὀρθοὶ ὡς Φοίνικες πραγματείας ποιοῦντες, καὶ ἐγκουσῆτοι ὄντες*. Rursum de Anconitanis: *ἥττονες κέρδους ὄντες, καὶ ἀγυρτεύοντες, καὶ πρὸς τὸ λαβεῖν χεῖρα προτείνοντες*, ubi Codex Barbarograecus: *πλέοντες καὶ πραγματείας ποιοῦντες, καὶ εἰς τὴν χώραν τῆς βασιλείας ἐγκουσσάτοι ὄντες, καὶ ἐκ τούτων κερδαίνοντες*; ubi Meursius *ἐγκουσήτους* et *ἐγκουσάτους onustos* vertit. Atqui Nicetas ita videtur appellasse *πανούργους τὸ*

φρόνημα, et *πρὸς τὸ λαβεῖν χεῖρα προτείνοντας*, callidis praeditos ingeniis, et ad turpia lucra, sordidosve quaestus proclives; quales sunt *Excusati*, qui foenus nauticum et onerariis navibus mercimonia exercent.

Τζάγγρα] Ducas Hist. cap. 24. *αὐτοὶ ἐκ τῶν τριήρεων* Pag. 291. A *ἐξαγαγὼν θώρακας, περικεφαλαίας, δόρυ, τζάγγρας, καὶ πᾶν εἶδος ἁρμάτων.* Ioann. Cananus: *οἱ δὲ ἵνα μάχονται ἐξ ἐκείνης, ὄπισθεν μετὰ τζαγγρῶν τε καὶ τόξων*, etc. Narratio MS. de Belissario: *φαλκόνες, καὶ πετρίτες, τζάγγρας καὶ μπαληστρερίδας, τόξα, καὶ τοξατόρους, σκεύη καὶ πουμπαρδιερίδες*, etc. Iam tandem percipimus, Anna praevia, quod genus armorum fuerit *τζάγγρα*; neque enim fuit arcus nudus, quod vult Meursius, neque *zagaia*, seu iaculum, uti apud Ducam interpretatur vir doctus, sed *arcus balearis*, nostris *Arbaleste*; cuius usum, suo aevo Graecis hactenus incognitum, a Latinis vero inventum et excogitatum testatur Anna: unde eidem id genus arcus, *τόξον βαρβαρικὸν*, Cantacuzeno lib. 1. cap. 36. *Λατινικὸν* dicitur. Apud Latinos eius usum antiquissimum fuisse docemur ex LL. Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 23. *Si quis — laqueos, vel arcus praetenderit, seu balistas.* Neque enim hoc loco *balista* pro maiori machina, qua muri quatiuntur, quam vulgo *ballistram* vocant, sumitur. Glossar. Lat. Gr. *ballistra, σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν.* Glossar. Graec. Lat. *βαλλίστρα, tormentum murale. καταπέλτης, ballistra; ballistrari, σφενδονῆσαι*; tametsi ab eiusmodi machinarum fabrica et forma balistarum inventionem profluxisse constet, quod nemo inficiabitur, qui Rigaltium ad Onosandrum et Lipsium in Poliorcet. consulet et comparabit. Balistarum vero usus sensim apud nostros desiit, qui bellis istis Saracenicis frequens fuit, seu quod a Summis Pontificibus, una cum infectis veneno sagittis, vel gladiis, identidem interdictus sit in Christianorum praeliis, vel quod iis uti viro strenuo indignum putaretur, qui nulla arte, nullave industria aut dexteritate hocce armorum genere hostem prosterneret. Eo spectant verba Ioinvillaei in Hist. S. Ludovici: *Et devés sçavoir que à cette fois là furent faiz les plus beaux faiz d'armes, qui oncques furent faiz ou veage d'oultre mer, tant d'une parte, que d'autre. Car nul ne tiroit d'arc, d'arbaleste, ne d'artillerie. Mais estoient les coups qu'on donnoit l'un sur l'autre à belles masses, espées, et fusts de lances.* At istius armorum generis usum revocavit postmodum Richardus Anglorum Rex, et in Galliam induxit in bellis contra Philippum Aug. Nam, ut ait Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Concil. Rom. A. 1139. Can. 29. lib. 5. Decret. Greg. tit. 15.

Francigenis nostris illis ignota diebus
Res erat omnino, quid Balistarius arcus,

Quid Balista foret, nec habebat in agmine toto
Rex quemquam sciret armis qui talibus uti.

Ioann. Bromptonus in Rich. *Ipse siquidem hoc genus sagittandi, quod Arcubalistarum dicitur, iamdudum sopitum in usum, ut dicitur, revocavit, unde et in ea peritus plures manu propria peremit, quo et ipse postmodum in terra propria impraemunitus et inopinate periit.* Willelmus *Guiart* in Phil. Aug. obsidionem Acconensem commemorans, Richardum ait primum earum usum in Galliam invexisse:

Venus estoit nouvellement
Des arbalestes li usages,
Richart qui de tiex fais iert sages,
Tant soit il d'autres deporté,
L'ot poi ains en France aporté,
Si con les Chroniques desquieurent.

Idem denique Willelmus Brito lib. 5. de Richardi caede:

Porrige Guidoni balistam qui tenet arcum,
Ut sua quae misit Richardo missa remittat,
Hac volo non alia Richardum morte perire,
Ut qui Francigenis balistae primitus usum
Tradidit, ipse sui rem primitus experiatur
Quamque alios docuit in se vim sentiat artis.

Verum unde eiusmodi balistas Graeci τζάγγρας vocarint, plane mihi incompertum. Nam eiusce aevi Scriptores Latini, Albertus Aq. lib. 2. cap. 33. lib. 3. cap. 41. lib. 6. cap. 9. 16. et alii passim *arcus baleares*, Willelmus Brito locis citatis, Monachus Vallis Sarnaii cap. 42. Caesarius Heisterb. lib. 1. cap. 16. etc. *Balistas* nuncupant. Deinde etsi variae fuerunt balistarum species, quarum aliquot meminit Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. aliae vero recensentur apud Script. Vernaculos, *Arbaleste de cor, et d'if, a tour, a haussepié et a un pié, a baudrier, ou baudreer, et a tailler;* nihil tamen in his vocabulis deprehendas, quod ad τζάγγρα vocem accedat, quam etiam extrema retinuit Graecia, quae inde τζαγγροτοξότας et τζαγγράτορας, quos *Balistarios* nostri vocant, confecit. Apud Pachymerem quidam Σγουρὸς στρατοπεδάρχης τῶν τζαγγρατόρων occurrit, quae dignitas eadem fuit, quae Scriptoribus nostris dicitur *le Grand Maistre des Arbalétriers.*

c *Καὶ τῇ ἀφέσει*] Willelmus Brito lib. 5.

Guido nucem volvit balistae pollice laevo,
Dextra premit clavem, sonat una nervus, et ecce
In Regis scapula stabat fatalis arundo.

c *Παχύτατα*] Brevia illa quidem balistarum erant tela, sed spissiora et forma quadrata; unde *quadrellos*, nostri *quarreaux* vocabant. Willelmus Brito lib. 2.

Nec tamen interea cessat balista, vel arcus,
Quadrellos haec multiplicat, pluit ille sagittas.

G. de Podio Laur. cap. 37. *Mortuus est ictu quadrelli. Quarellos* dixit Rigordus non semel, et Math. Paris. W. *Guiart* A. MCCXIV.

A tant tendent de tous costez
Aus arbalestes devaler,
Et puis laissent quariaux aller.

Idem in S. Ludovico:

Messire Alfons un iour ataignent,
Qui armez iert de son atour,
D'un quarrel d'arbaleste a tour.

Le Roman de Garin:

Volent pilet plus que pluie par pré,
Et les sajettes, et carriax empenez.

Λατῖνος] Id etiam Latinis obiectum a Graecis scribit Petrus Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 117. apud quem Graecus sic Latino infert: *In Occidentali climate Propheticum illud videmus impletum, erit ut populus sic Sacerdos, cum Pontifices ad bella prodeant, ut Papa vester Innocentius facit. Quod quidem,* ut ait Petrus Damianus lib. 4. Epist. 9. *satis videtur absurdum, ut ipsi Domini Sacerdotes attentent, quod turbis vulgaribus prohibetur, et quod verbis impugnant, operibus asserant.* Et sane non iniuria id nostris obiectum: nam etsi Lege Ecclesiastica et Conciliorum Canonibus arma tractare vetarentur Sacerdotes, saepe tamen legimus ipsis interfuisse praeliis, in iisque acriter dimicasse. Atque pravo mori isti adscribendum, quod arma tractare aut ferre Clericis interdicant passim Concilia Gallicana et Provincialia, Ilerdense C. 1. Matiscon. I. C. 5. Liptin. C. 2. Vermeriense A. DCCLII. C. 16. Codex Carolin. Epist. 77. Capitula selecta Caroli M. A. DCCC. cap. 2. 3. 4. et 5. apud Sirmond. Tom. 2. Concil. Capitulare Episcopor. An. DCCCII. C. 18. apud eumdem, Concil. Mogunt. A. DCCCXIII. C. 17. Meldense A. DCCCXLV. C. 37. Capit. Herardi Archiep. Turonens. cap. 50. 113. Concilium Metense A. DCCCLXXXVIII. C. 6. etc. Observat porro Cardinalis Baronius A. DCCCLXXXVIII. execrandum plane diu istiusmodi facinus inolevisse in Galliis, ut tam Episcopi, quam Abbates ad bella procederent, in hostes irruerent, caederent ipsos et ab ipsis caederentur; iureque conqueritur ab eius temporis Scriptoribus laudatos reperiri nomine bellicae fortitudinis, cum tanquam sacrorum Canonum violatores et muneris pastoralis et nominis desertores detestandi fuissent. Vide Observat. ad Ioinvillae pag. 50. Pag. 292. B

Pag. 293. C *Θηρίκλειον*] Nicetas in Man. lib. 3. N. 6. Adde Hoeschel. in Not.

C *Γοντοφρέ*] Eodem An. MXCVI. sub medium mensis Augusti per Germaniam et Hungariam Expeditionem suam aggressus est Gothofredus. Alb. Aq. lib. 2. cap. 1. et alii.

D *Μεγαλόπολιν*] Pervenit Constantinopolim Gothofredus biduo ante Natalem Domini, et ad urbis moenium conspectum castra metatus est. Baldricus lib. 1. pag. 91. et Guibertus lib. 2. cap. 12.

D *Ἐφύρας*] de hoc ponte pluribus egimus ad Villhard. N. 85. Huius praeterea meminit Bryennius lib. 3. N. 11 et Cinnamus lib. 2.

D *Ἀνεβάλλετο*] Dilationis causam afferunt Scriptores, atque in iis Albertus Aq. lib. 2. cap. 4. 10. 11. 12.

Pag. 294. A *Εὐκαιρίαν*] Robertus Mon. lib. 1. de Alexio: *Timebat enim ne tantus et tantorum exercitus in se consurgeret* etc.

C *Κατασχεθῆναι*] Albertus Aq. lib. 2. cap. 7. 8. Baldric. Guibert. Malmesbur. Tyrius etc. agunt de hac Francorum Comitum detentione.

C *Ἀργυρᾶν λίμνην*] Huius paludis meminit Pachymeres lib. 7. At quae fuerit Palatiorum ad Argyram paludem appellatio, haud constat, nisi in universum magnifica illa aedificia intellexerit Anna in Europaeano Bospori littore extructa, *Palatia nempe et turritas domos quae spatium* XXX, *milliarium in littore maris comprehendunt*, ait Albertus Aq. lib. 2. cap. 11. Argyrae perinde paludis peculiarem situm et nominis rationem nondum comperi. Haud procul tamen a Blacherniana Porta dissitam fuisse assequor, ex eo quod Porta urbis eadem, senescente Graecia, ab Argyra palude, vocabulo truncato, *Gyrolymne* dicta sit Cantacuzeno lib. 1. cap. 51. 56. lib. 3. cap. 81. et Nicetae in Alex. lib. 3. N. 10. et *πύλη πρὸς τὴν Γυρολίμνην* Niceph. Gregorae lib. 8. et 9. Aliud porro fuit *Ἄργυρον* et *Ἀργυρόνιον*, locus ita dictus in littore Bospori Asiatico, de quo Procopius de Aedif. Iust. Gyllius de Bosp. Thrac. lib. 3. cap. 6. Leunclavius in Pand. cap. 128. et Historia Bucicaldi part. 1. cap. 33.

D *Τῶν ἀνακτόρων πύλης*] Portae Palatii, non Magni, quod ad Propontidis littus extitit, sed Blacherniani, quae a vicino Palatio Blacherniana dicta fuit, ut supra observatum. In eo enim tractu versus Cosmidium et Argyram paludem castra posuisse Gallos tradunt Scriptores omnes.

D *Νικολάου*] Proinde Aedes D. Nicolao sacra, quam Portae Blachernianae vicinam fuisse indicat Anna, alia prorsus fuit ab ea, quam intra Magni Palatii ambitum, atque adeo Sophiano Templo proximam diximus ad pag. 52. Hanc DD.

Prisco et Nicolao primitus sacratam extra Urbem, ad Blachernianum murum, a Iustiniano instauratam docet Procopius lib. 1. de Aedif. Iust. postmodum conflagrasse Heraclio imperante, ignem immittente Avarum Chagano, tradit Chronicon Alexandrinum. Illam opinor esse Aedem, quam D. *des Hayes* in Itinerario Orient. a Dominicanis Patribus possideri hac tempestate scribit.

Πέμπτην] Vide supra pag. 54. Mansit vero Gothofredus cum universo exercitu in confiniis Urbis a Nativitate Christi ad Pentecosten. Hostiles tamen Gallorum excursus in medium Ianuarii A. MXCVII. videtur referre Albertus Aq. lib. 2. cap. 10. 11. et 16. Pag. 295. A

Τὸν γαμβρόν] Vix crediderim ea tempestate Nicephorum Bryennium Alexii generum fuisse, Anna enim Constantino Ducae Porphyrogennetae pacta, eodem praepostera morte sublato, iam nubilis Nicephoro uxor data est, ut autor est Zonaras. Hoc autem Anno MXCVII. Anna vix X. aetatis annum excesserat, utpote nata An. MLXXXVI. Istius porro Graecorum cum Gallis conflictus eventum longe aliter narrant Tudebodus lib. 1. Albertus Aq. lib. 2. cap. 13. Tyrius lib. 2. cap. 8. et alii. D

Κατὰ τὸν ἅγιον Ῥωμανὸν πύλην] Portae S. Romani crebra est mentio apud Autores Byzantinos, praesertim illos qui ultimam Urbis expugnationem scriptis mandarunt; ex quibus constat Portam esse ad muros terrestres. In Chronico Alex. A. Heraclii XIV. legimus Chaganum Urbem obsidentem, *ἀπὸ τῆς Πολυανδρίου πόρτας ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ* turres castellatas 12. apposuisse. Apud Nicetam in Bald. Cantacuzenum lib. 1. cap. 56. Gregoram lib. 9. Laonicum lib. 7. Phranzem lib. 3. cap. 8. 9. 16. Ducam cap. 38. Histor. Polit. etc. Portam S. Romani observare est, nullo alio situs indicio, quam quod una e Mediterraneis fuerit. Leunclavius in Pandect. Turc. cap. 200. et Crusius in Turcograec. tradunt illam esse, quae hodie vocabulo Turcico *Topcapisi* nuncupatur, quo significatur Porta Bombardaria, sive tormentorum bellicorum, *sic dicta*, inquit idem Leuncl. *quod ultimae obsidionis tempore tormenta bellica fuerint huic opposita*, quod etiam a Duca, Laonico, Phranze et aliis traditur: quam in urbis partem paulo ante, A. scilicet MCCCCXXII. urbem obsidens Amurathes tormenta sua statuerat, ut fuse prosequitur Ioannes Cananus, ex cuius narratione Portam S. Romani Charsianae Portae proximam fuisse colligimus. Aedem vero S. Romani, a qua Portae vicinae nomen videtur inditum, a B. Helena aedificatam autor est Codinus in Originib. CP. Pag. 296. A

Pag. 297. C *Οὖβος*] Vide Guibertum lib. 2. cap. 19.

Pag. 298. B *Ὥστε ὁπόσας*] Albertus Aq. lib. 2. cap. 28. *Promiserant enim iuramento nihil de Regno Imperatoris, non castra, non civitates, nisi ex eius voluntate, aut dono retinere.* Willelm. Malmesb. lib. 4. de Alexio: *Tantum Graeca facundia valuit, ut a singulis hominum sacramentum exigeret, quod illi nihil mali machinarentur, quod urbes Imperio suo appendices, si aliquirere possent, redderent* etc. Adde eumdem Albertum Aq. lib. 2. cap. 18.

B *Χρήματα*] Albert. Aq. lib. 2. cap. 16. Fulcher. lib. 1. cap. 4. Tyr. lib. 2. cap. 7.

B *Πελεκάνον*] Locus in Bithynia, cuius meminit Cantacuzenus lib. 2. cap. 6. Vide Alb. Aq. lib. 2. cap. 17.

C *Ῥαοὺλ Κόμης*] Miror Scriptores sacrarum Expeditionum siluisse de Radulpho et tam numeroso eius exercitu, quem maritimo itinere ad Dominicum Sepulchrum recta deducendum curaverit Alexius. Certe narrat Raimundus de Agiles pag. 179. Anglos quosdam percepta Gallorum Expeditione Hierosolymitana, per mare Oceanum et Mediterraneum Portum Antiochiae atque Civitatem Laodiceae, antequam noster exercitus per terram illuc veniret, laboriose obtinuisse. At Anglos Constantinopolitanum tractum attigisse ex itineris ratione non videtur vero simile. Varios eo ipso aevo Proceres Radulphi, aut Rodulphi, nomine, quique in ea priore Expeditione fuerunt, memorant Scriptores, atque in his Radulphum de Balgentiaco, Radulphum de Fontanis, Radulphum Gaer, Rodulphum Britannum et Rodulphum de Claromonte. Occurrit praeterea *Raul*, cognomento *Machabaeus*, qui in charta A. MC. *Seniorem Montiscabiosi et aliarum urbium* sese inscribit, Rogerii Siciliae Comitis ex filia Emma gener, apud Ughell. Tom. 7. Ital. Sacrae pag. 41. 42. *Rodulphus* alter cognomine *de Molitio*, *Comes Provinciae Bivinianensis*, sub A. MXC. apud eumdem Ughell. Tom. 6. pag. 496. Utri horum Radulphus Annaeus conveniat, non ausim statuere.

C *Μονὴν τοῦ Πατριάρχου*] Monasterium Patriarchae illud esse censuerim, quod alias Satyri dicitur, in quo sepultum Stauratium Imp. tradit Cedrenus. Hanc porro appellationem postea sortitum est de nomine S. Ignatii Patriarchae Constantinopolitani, qui antequam hanc dignitatem adeptus esset, in eo Hegumenus, seu Abbas extiterat: ab illo enim instauratum et D. Michaeli dicatum, denique in eo humatum Ignatium produnt Nicetas Paphlago et Michael Syncellus in illius vita et encomio.

Ῥηγῶν] Atqui Reges nullos ea tempestate Hierosolymi- Pag. 299. C
tanum arripuisse iter legimus; Regum vero filios aliquot Franciae, Angliae, Daniae: nisi Edgarum Adelingum, quem in Regem Angliae electum ait Ordericus lib. 5. intelligat, aut Ericum Daniae Regem, qui circa ea tempora Constantinopolim pervenit, indeque in Cyprum appulit, ubi et vitae diem clausit extremum, uti narrat Saxo Grammaticus lib. 12.

Ἱεροῦ] Hoc est, a Cosmidio ad ipsum usque Ponti Pag. 300. A
Ostium distributa erant castra Gallorum. *Ἱερὸν* enim locus fuit, seu Promontorium in ipso Ponti ostio, in littore Europaeano; unde a situ *στόμα τοῦ Πόντου* vocitatum olim fuisse autor est Nicephorus Gregoras lib. 5. Scylax Caryandenus in Periplo ait *ἀνάπλουν καλεῖσθαι τὸν τόπον ἀνὰ Βόσπορον μέχρις ἂν ἔλθῃ ἐφ' Ἱερόν*. A Templo 12. Diis ab Argonautis dicato et aedificato appellatum scribit Scholiastes Apollonii lib. 2. Argonaut. Vers. 534. Cantacuzenus lib. 3. cap. 80. et 91. *Ἱερὸν* pariter statuit *κατὰ τὸ στόμα τοῦ Πόντου*. Ad Petras Cyanaeas Procopius lib. 1. de Bello Vandal. *πορθμὸν* facit Gregoras lib. 11. et Anastasius in Collectaneis, pag. 106. Ibi olim portoria et vectigalia soluta pro mercibus, quae e Ponto importabantur Byzantium, scribit Theophanes et ex eo Cedrenus. His consentanea sunt quae habet Cantacuzenus lib. 3. cap. 85. Unde evidens est quam graviter impegerit vir doctissimus Nicolaus Alamannus in Notis ad Anecdota Procopii, qui Theophanis verba de Blacherniano Templo accipienda censuit, quod etiam advertit Maltretus. Extitit aliud *Ἱερὸν* in opposito littore Asiatico, *ἴναπερ τὸ στόμα τοῦ Πόντου*, perinde ac Europaeanum Hierum, sic nuncupatum a Templo *Διὸς Οὐρίου*, Portus, seu *ἀφετήριον τῶν εἰς Πόντον πλεόντων*, ut est apud Artemidorum Ephesium in Geogr. de quo etiam Arrianus in Periplo Ponti Euxini et Tabulae Peutingerianae. Veneri dicatum fuisse scribit Ptolemaeus lib. 5.

Λοχαγίαν] Apud Leonem in Tacticis: *λοχαγὸς λέγεται* C
ὁ πρῶτος τοῦ στίχου, ἤτοι ὀρδίνου. Consule Glossaria et Annam pag. 379. A.

Βαλδουῖνος] Balduinus Gothofredi frater, postmodum D
Rex Hierosolymitanus.

Ἴδε ποῖος] Id ille opinor mussitabat, indignatus et Pag. 301. A
aegre ferens, Francis Proceribus Palatium ineuntibus non assurrexisse Alexium. Albertus Aq. lib. 2. cap. 16. *Sedebat autem Imperator more suo potenter in throno Regni sui, non Duci, (Gothofredo) non alicui assurgens ad porrigenda oscula.* Vide infra pag. 317. 401.

B *Φράγκος*] Sum, inquit ille, vere Francus, et in ipsa Galliae, quam proprio nomine Franciam vocant, provincia, ex Nobilibus natus: sic enim ea verba capienda produnt quae infra pag. 317. scribit Anna, ventosum hunc et arrogantem Gallum in prima stetisse acie, ac dimicasse in eo praelio, quod Solymannum inter et Boemundum commissum est statim post expugnatam Nicaeam gravique accepto vulnere hostibus terga dedisse. Unde probabilis admodum est coniectura eum esse, quem Albertus Aquensis lib. 2. cap. 39. et ex eo Tyrius lib. 3. cap. 14. *Robertum Parisiensem* vocant, et miseris volentem succurrere sagitta volatili confixum et extinctum tradunt. Cum igitur Roberto Lutetia Parisiorum natale solum esset, iure se purum putum Francum iactitabat, cum urbs illa non modo Regni totius, sed esset etiam caput istius Provinciae, quam peculiari appellatione *Franciam* dicimus.

B *Τέμενος*] Nostram de Latini, seu Franci istius ostentatoris patria coniecturam non minimum firmant, quae ille subdit, dum ait esse nimirum intra istius Provinciae, unde ei origo et natales, terminos, *τρίοδον*, seu tractum, vel potius pagum, aut regionem, (Galli dicimus *un Quartier*) ubi inaedificatum ab antiquo Templum, quo, qui monomachiam singulareve certamen obire solent, priusquam in arenam descendant, orationis causa secedunt, et in eo pernoctant. Hoc enim verborum circuitu Templum Deiparae Suessionense, Monasterio Virginum insigne, ab Ebroino Maiore Palatii olim extructum, procul dubio denotavit, in quo D. Drausii Episcopi Suessionensis corpus religiose asservatur et colitur, quem duello dimicaturi solebant invocare. Fuit autem tractus, seu pagus Suessionensis iam olim, ut et etiamnum, intra Provinciae Franciae limites, quod diserte testatur Villharduinus N. 6. Gallorum vero, aliorumve erga D. Drausium in hisce occasionibus religionem et cultum praedicat in primis Ioannes Sarisberiensis Epist. 159. *Est autem S. Drausius gloriosissimus Confessor, qui sicut Franci et Lotharingi credunt, pugiles qui ad memoriam eius pernoctant, reddit invictos, ut et de Burgundia et Italia in tali necessitate confugiatur ad ipsum. Nam et Robertus de Monteforti ei pernoctavit adversus Henricum de Essexia dimicaturus.* Cuius quidem piae in D. Drausium religionis originem Henrico Duci nescio cui videtur adscribere vetus Poeta Vernaculus, qui Ludovico VII. regnante vixit, in prolixiori illo Poemate, quod *de Guarino Lothareno* inscripsit; qui fusis et deletis ad Augustam Suessionum Hunnis, vel Saracenis, fluvium abstergendi pulveris et sanguinis causa ingressus, atri Crucem

coloris adversa aqua innatantem subito conspectam, et concitato in medias undas equo inde eductam, nullo perfusus madore, ad Monasterium S. Drausii detulit. Deinde subdit natam inde religionis et cultus originem erga sacram hanc Aedem, ad quam passim confluunt duello dimicaturi:

Si l'emporta au montier Saint Drosin,
Encor i est, onques puis n'en parti,
Tres-bien le levent et vieillart et meschin,
Veiller i vont encor li pelerin,
Cil qui bataille veulent fere et fournir.

Istum praeterea sibi Deum ante duella conciliandi et Sanctorum patrociniis sese committendi morem attigit idem Poeta non semel variisque in locis; ubi enim de singulari certamine Bononiensem inter et Bovonem Burgundiae Comites Parisiis inito agit:

A Nostre Dame en est Buës alés,
La nuit veilla, et Chevaliers assés.

Alibi duellum Fromondini cum Bovone Vasconum Duce enarrans:

Alés veiller Fromondin biaus des fuis,
En la nom Dex qui en la Crois fu mis,
Qui vos defende de mal et de peril,
Et li Valés s'en vait à S. Severin,
En sa compagne de Chevalier set vint,
La nuit veilla, grant luminaire fit etc.

Alio denique loco, ubi de eiusdem Fromondini cum Gerberto Lotharingiae Duce pugna singulari:

Cele nuit veillent à Sainte Crois moutier,
Devant Girbert ardent trois cierges entier.

Huc etiam spectant verba Ademari Cabanensis: *Permansit Stephanus vero et exiliens corpore inlaesus eadem hora venit currens pedibus gratias Deo referre ad Tumulum B. Eparchii, ubi nocte praeterita pervigil excubuerat.* Id quoque actitare consueverant in ludicris certaminibus, sive Torneamentis decertaturi, ut autor est Ioannes de Beka in Ottone II. Episc. Traiect. quinetiam qui in arenam duelli causa ineundi descendere cogebantur, quo sese ab obiectis purgarent criminibus, Deum sibi propitium conciliabant, collatis in Ecclesias et Aedes sacras donis, quae *Oblationes Campionum* dicuntur in Charta Manassae Episc. Lingon. A. MCLXXXV. apud Roverium in Reomao. Chronicon Besuense: *Milo cum Odone Divionensi Praeposito, qui neptem eius in coniugio habebat, monomachi certaturus pugna, attribuit S. Petro terram quam habebat in Luco.*

D *Μήτε δυνάμεις πολλάς*] Atqui habebat secum Boemundus in hac Expeditione decem millia Equitum et plurimas copias peditum, ut autor est Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. Maxima enim pars exercitus qui Amalfim obsidione cinxerat, relicto Rogerio, Boemundum secuta erat. Ita Urbanus II. PP. in Epist. ad Alexium apud Baron. A. MXCVII. N. CXXV. Tudebodus lib. 1. et alii. Boemundus igitur, dimissis copiis, cum paucis comitibus CPolim perrexit, ait Guibert. lib. 3. cap. 3. icto prius cum Alexio pacis foedere, cum quo bellum annis proxime elapsis gesserat in Illyrico. Order. lib. 9. *Coactus est itaque sagax Boemundus consiliis Francorum, ut pacem faceret cum Imperatore Graecorum.* Qua facta, Alexius quemdam e suis admodum solertem ad Boemundum misit, qui et eum et eius copias secure deduceret. *Corpalatium, Corpolacium* et *Coropalasium* appellant Tudebodus lib. 1. Baldricus lib. 1. Ordericus loco cit. et Petrus Diac. lib. 4. Chronic. Casin. cap. 11. hoc est, Curiae Procerem, qui *Κουροπαλάτου* dignitate fungebatur; qua tum insignis erat Ioannes Thracesius Drungarius Vigiliae, ut constat ex Novella Alexii A. Mundi VI. M. DC. Chr. MXCII. Illius meminit praeterea idem Diacon. lib. 4. cap. 17.

Pag. 302. B *Κοσμίδιον*] Robertus Mon. lib. 2. praeparatum ait Boemundo hospitium *extra urbem:* Baldricus *in suburbio civitatis:* Guibertus lib. 3. cap. 3. *in ipsius civitatis burgo:* Anna *in Cosmidio,* quod fuit Monasterium SS. Cosmae et Damiani extra urbem, versus Blachernas, et ab hac Boemundi in eo mora postmodum a nostris *Castellum Boemundi* appellatum fuit. Nam et *φρούριον* ibi extitisse diserte scribit Bryennius lib. 3. cap. 11. Pachymeres lib. 9. cap. 5. *πρὸς τὸ τοῦ Κέρατος τέλος* Cosmidium statuit. Consule quae in hanc rem observamus ad Villhard. N. 86.

D *Ὁ γὰρ δεινός*] *Boemundus nullo modo Alexio fidere poterat,* inquit Albert. Aq. lib. 2. cap. 18.

Pag. 303. B *Ἐξήτει ὅρκον*] Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. Fulcher. lib. 1. cap. 4. Robertus Monach. lib. 2. pag. 38. Tyrius et alii.

B *Χαράγματος*] Albertus Aq. lib. 2. cap. 18. *Statimque allata sunt Boemundo, sicut Godefrido, munera miri et inauditi thesauri in auro et argento; vasa quoque pretiosa opere et decore multo ampliora, quam ut ab aliquo possit aestimari.*

Pag. 304. B *Μηδὲ χώραν κεκτημένος*] Non omnino verum, quod ait hoc loco Anna, regiones nullas possedisse Boemundum, cum non modica oppida atque adeo ipsum Tarentinum Principatum et Barensem in Apulia et Calabria possederit, inita cum

fratre Rogerio concordia, uti tradunt Malaterra lib. 4. cap. 4. Alexander Abbas Celesin. lib. 1. cap. 13. et Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 677.

Βασιλείας Ῥωμαίων] Nec iniuria id metuebat Alexius; B nam, ut est apud Ordericum lib. 9. pag. 727. Boemundus Francos Proceres ad obsidendam Constantinopolim viriliter incitaverat, antequam venisset ad Alexii conspectum.

Σαγγέλην] *Sangeles* Interpreti et Tollio apud Cinna- Pag. 305. A mum; rectius *Sancti Aegidii Comes*, hoc enim vocabulo, ut et Cinnamus, expressit Gallicum *Saint Gilles*, seu *le Comte de Saint Gilles*, qua tum appellatione gaudebat Raimundus Tolosae et Provinciae Comes. Willelmus Brito lib. 3. Philipp.

Qui Sancti Comes Aegidii Tolosaeque vocatur.

Est autem Comitatus S. Aegidii Septimaniae, seu Occitaniae, urbs ad Rhodanum, S. Aegidii Abbatia insignis, a qua sumpsit appellationem, quam cum in haereditatis sortem obtinuisset Raimundus, superstite adhuc fratre, Comes inde Sanctaegidianus vocitatus est, etiam post adeptum Tolosanum Comitatum. Vide Catellum lib. 1. Hist. Tol. cap. 3. et lib. 2. cap. 1. Oppidum pervetustum esse et stante Romano in Galliis Imperio notum in confesso est apud omnes, et ex ruderibus et antiquorum aedificiorum parietinis abunde colligitur. At quo nomine olim et ante receptam S. Aegidii nomenclaturam indigitaretur, ambigunt, nec invicem consentiunt Scriptores. Poldus in Antiq. Nemaus. credidit *Heracleam* esse, de qua Plinius; quidam *Vindomagum* Ptolemaei: Catellus lib. 3. Rerum Occit. *Rhodam* putat, cuius mentio apud eumdem Plinium, seu *Rhodanusiam* Marciani Heracleotae, a qua Rhodanus dictus fluvius. Verum si cum aliis licet hariolari, censuerim potius vetus Aegidianae urbis nomen *Urgenum* fuisse, vel *Urgernum*, ut habent MSS. Strabonis Codices, Sidonius in Paneg. Avito dicto, iuxta Sirmondi coniecturam, Cyprianus Diacon. in vita S. Caesarii Arelat. Gregorius Turon. lib. 8. Hist. cap. 30. lib. 9. cap. 7. et Tabulae Peutingeri, vel denique, ut Notae Tyronis, *Uggernum*. Divinationis meae fundus est Benjaminus Tudelensis in Itiner. ubi oppidum S. Aegidii *Nogheres* vocat, seu ut habet Editio Constantini *l'Empereur*, *Nogres*, vocabulo haud multum ab Ugerno abludente: *Nogheres*, inquit, *Oppidum dictum S. Aegidii*, quo loco, si criticam liceat manum apponere, *Ugheres* potius reponendum putaverim. Huic porro coniecturae favent Tabulae Peutingerianae, quae in Itinere a Tolosa Arelatem *Ugernum* statuunt, a Nemauso octo ab Arelate sex milliaribus disparatum. Neque alio statuere videtur loco Gregorius Turon. dum scribit Recaredum Gothorum Regem ab Hispaniis egressum

apud Caput Arietis (*Castelnaudari*) castra obtinuisse, mox direpto Tolosano pago invasisse *Ugernum*, Arelatense castrum, resque cunctas diripuisse, sicque sese infra urbis Nemausensis inclusisse muros. Gregorio concinit Ioannes Biclariensis in Chron. ubi agit de eadem Recaredi in Gallias irruptione, scribens castrum, quod *Ugerno* vocatur, tutissimum valde in ripa Rhodani fluminis cepisse. Quae quidem *Orgoni* nullo modo possunt convenire, uti Papyrius Massonus, Catellus et alii, qui Ugernum cum Ernagino perperam confundunt, interpretantur. Ernaginum quippe ad Druentiam fluvium statuunt Antoninus in Itiner. et vetus haec Inscriptio: PATRONO. NAVTARVM. DRVENTICORVM. ET. VTRICVLARIORVM. CORP. ERNAGINENSIVM. Belle vero describitur Orgoni situs in Itinerario Gregorii XI. PP.

In Orgone terra abundans lapidibus, die tertia Petrus iacitur,
Sed in humo petrea spinosaque granum inane seritur,
Arcta est via, ex uno latere alveo Druentiae clauditur,
Ex altera ripa saxea macerie inexpugnabili modo protegitur.

Praedictis addo locorum intervalla; nam Aegidianum oppidum tribus Francicis milliaribus ab Arelate distat, quae sex milliaribus Peutingerianis conveniunt, numeratis in singula duobus, aut amplius, Romanis milliaribus. Deinde sicut Ugernum in Rhodani ripa collocatur a Scriptoribus, ita constat Aegidianam urbem haud procul ab Hispaniensi Rhodani alveo, seu potius ostio, quod hodie *la Robine* Incolae vocant, distare. Scio aliter videri de Ugerno viro docto et in Geographicis peritissimo, qui Bellocadrum, seu *Beaucaire*, interpretatur. Meminit Catellus lib. 4. Rerum Occit. pag. 580. castri *Ugern* dicti in Septimania, sed an ad *Ugernum* pertineat, non temere definio.

C *Τῆς ψυχῆς ὑπανοίξας πύλας*] Comitem S. Aegidii propter egregias animi dotes cultum impensius ab Alexio testantur praeter Annam Albertus Aq. lib. 2. cap. 20. lib. 8. cap. 5. et 7. Tudebodus lib. 5. et Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 779. Ab eo tamen nequaquam adduci potuit, ut quod verbis conceptis Alexio praestiterant hominium Hugo, Gothofredus caeterique Francorum Proceres, ipse perinde profiteretur, *Contentus iurasse Alexio vitam et honorem quod nec per se, nec per alium auferret*, uti habent Raymundus de Agiles pag. 141. Robertus Monach. lib. 2. Baldricus, Tudebodus, Willelm. Gemetic. etc.

Pag. 306. A *Ἐδεδίει γάρ*] Sollicitatus a Raimundo et aliis Comitibus Imperator, ut una cum Francis in sacram Expeditionem proficisceretur, sicut convenerat, hac se texit excusatione: *se*

nimirum praemetuere Alemannos et Hungaros et Comanos aliasque feras gentes, quae Imperium suum depopularentur, si ipse transitum cum peregrinis faceret. Raym. de Agil. Robert. Mon. lib. 2.

IN LIBRUM XI. ALEXIADIS NOTAE.

ΚΙΒΩΤΟΝ] Vide Not. ad pag. 174. Pag. 309. A

Πλῆθος ἀναρίθμητον] Fulcher. Carnot. lib. 1. cap. 4. de Obsidione Nicaena: *Tunc de exercitibus plurimis unus illic exercitus effectus est, quorum centum millia loricis et galeis muniti erant: quem qui de numero sapiebant, sexies centum millia ad bella valentium esse aestimabant, exceptis inermibus, videlicet Clericis, Monachis, mulieribus et parvulis.* A

Καὶ τὰς μεταξὺ κορτίνας] Raymundus de Agiles pag. 141. *Hanc igitur talem civitatem Boemundus obsedit a Septentrione, Dux et Alemanni ab Oriente, Comes (S. Aegidii) et Episcopus Podiensis a meridie* etc. Caeterum *Cortinas* appellant nostri, ut et Graeci recentiores, murorum loricas inter binas turres, uti hic usurpat Anna, a Cortibus, sive rusticis aeis, quae muris incingebantur, fortassis dictas. Has *Curtes clausas* vocant Chartae Alemannic. apud Goldast. N. 60. 64. *Cortina* N. 33. et aliud Diploma in Bibl. Sebus. Centur. 1. cap. 78. Thwroczius in Salom. cap. 52. *Milites autem Ladislai agmina Salomonis tanquam in cortinis concluserunt.* Atque inde ipsi qui areas claudunt muri *Cortinae* dicti videntur, ut et ab iis aulaea, peripetasmata, vela quibus aut lecti ambiuntur, aut loca circumcluduntur. Anastas. in Leone 3. *Fecit Cortinam sericam habentem periclysim* etc. Vide Meurs. B

Τὸ δὲ λάχος] Alb. Aq. lib. 2. cap. 24. B

Σουλτάνον] Solymannum. Alb. Aq. lib. 2. cap. 21. Tyr. lib. 3. cap. 2. 3. C

Κομητούρας] Apud Graecos I. C. *κομητοῦραι* sunt districtus et praefecturae vicorum. Constantinus Porph. Nov. *περὶ δυνατῶν* etc. *πρὸς τὰ ὑπὸ τὴν αὐτὴν μητροκωμίαν χωρία, ἤτοι ὑπὸ τὴν αὐτὴν κομητοῦραν.* Hic vero Stationes intelliguntur Comitibus, Proceribus et potissimis exercitus ductoribus in castris ad Nicaeam assignatae: Galli dicimus *Quartier*; unde censet eruditus Interpres a Comitibus *κομητοίρας* dictas, et hocce vocabulo intellexisse Annam militiam propriam cuiusque Comitis ad obsidionem Nicaenam: cui sententiae favet vox ipsa cum *o* scripta. Sic *Comitias* et *Cometias* Comitum districtus, seu ipsos Comitatus vocant Pag. 310. C

non semel Scriptores Latini aetatis mediae, Specul. Saxon. lib. 3. art. 64. Ius Feudale Sax. cap. 36. Arnoldus Lub. lib. 2. cap. 8. Chronicon Aulae Reg. cap. 1. 5. 9. etc. Caesarius Heisterb. lib. 8. cap. 26. Historia Archiep. Brem. A. MCXXXIII. MCXLIV. et MCCCL. et Diplomata varia apud Browerum lib. 15. Annal. Trevir. et Freherum in Orig. Palat. part. 1. cap. 11. et pag. 81. 82. At Iurisconsultis Graecis, seu potius Graeculis Byzantinis, videntur dictae *κομητούραι* pagi et vici aliquot uni Metrocomiae subditi; nam ut Metropolis caput materve est Provinciae, ita Metrocomia mater vicorum. Igitur cum a Comitibus inferioris et tertii ordinis regerentur illae, eorumque essent obnoxiae Iurisdictioni, inde Comiturae appellatae sunt: nam et Metrocomias a Comitibus seu Iudicibus gubernatas probabile est, ut sunt etiamnum illi quos *Comites Parochiales* et *Parochianos* vocant Decreta Calomani, Andreae et Sigismundi Regum Hungariae et *Comites Pagi* Lupus Abbas Ferrar. Epist. 24. Proinde *κομητούρα* erit districtus Comitis Pagensis, seu Vicani, vel potius convicanorum coetus et conventus, uti Metrocomia accipitur *tit. non licere habit. Metroc.* etc. *lib. 11. Cod. Iust.* Dicuntur autem et Convicani *κωμῆται in Nov. 38.* unde et *κομητούρας* etymon posset accersi, si cum *ω* scripta vox reperiretur. Verum ut sese res habeat, Anna *κομητούραν* usurpavit *μεταφορικῶς* pro Statione militari certo in loco assignata, certisque limitibus, ut sunt Metrocomiae, definita et circumscripta.

Pag. 311. A *Τὴν νίκην*] Tudebod. lib. 2. Alb. Aq. lib. 2. cap. 27. Tyr. lib. 3. cap. 4. et al.

B *Μανουήλ*] Vide Nicephorum Bryennium lib. 1. N. 1. et Stemma Comnen.

D *Χελώνην*] Vide Albert. Aq. lib. 2. cap. 31. et Rigalt. ad Onosandr. pag. 57.

Pag. 312. A *Κλιθῆναι*] Tudebodus lib. 4. pag. 781. Albert. Aq. lib. 2. cap. 36.

D *Λίμνης*] Rem narrant Albertus Aq. lib. 2. cap. 32. Raymundus de Agiles pag. 141. 142. Robert. Mon. lib. 7. pag. 40. Baldric. lib. 1. pag. 96. Guibertus lib. 3. cap. 8. Tyrius lib. 3. cap. 6. et 7.

Pag. 313. A *Κίου*] An *Κιβωτοῦ*? ita Albertus Aq. lib. 2. cap. 32. Guibertus et alii.

A *Βύκινα*] Infra pag. 314. *μετὰ βυκίνων καὶ τυμπάνων.* Occurrit non semel apud Nicetam.

D *Γυναικὶ τοῦ Σουλτάνου*] Quae a Gallis post turris casum, dum per lacum urbe elabi niteretur, capta cum duobus

filiis Constantinopolim ducta fuerat. Alb. Aq. lib. 2. cap. 36. 37. Tyr. lib. 3. cap. 8. 10. 12.

Εἴσω Νικαίας] Capta est Nicaea post 7. Hebdomadum et 3. dierum obsidionem. Robertus Monach. lib. 1. 20. Iunii An. MXCVII. Albertus Aquensis lib. 2. cap. 37. Tudebodus lib. 2. Tyrius lib. 3. cap. 12. et al. Pag. 314. B

Αὐτῷ ζητεῖσαι] Ex Turcis Nicaecensibus, qui tum Alexio fidem dederunt eiusque adhaeserunt partibus, fuere parentes Ioannis Axuchi, qui cum Ioanni Alexii filio, cui aequalis erat, datus esset in collusorem, posthaec Ioanne imperante ad praecipuas Imperii dignitates pervenit. Nicet. in Ioan. N. 3. Pag. 316. A

Δουκὸς Νικαίας] Nam Ducis titulo gaudebat Nicaeae Praefectus. Vide Not. ad Villhard. A

Δωρεῶν] Robertus Mon. lib. 3. pag. 40. Tudebod. lib. 2. pag. 785. Fulcher. lib. 1. cap. 4. C

Ταγγρῆς] Albertus Aq. lib. 2. cap. 19. Guibertus lib. 4. cap. 4. Tancredus Odonis Bonimarchisi filius, Boemundi ex sorore nepos, ut et Rogerii Siciliae Comitis, cuius Diploma pro fundatione Ecclesiae Cathedralis Scylacensis A. MXCIII. subscribit, apud Ughellum. D

Τὰς Λευκάς] *Christiani post biduum itineris copias partiuntur.* Alb. Aq. lib. 2. cap. 38. Fulcher. lib. 1. cap. 4. Guibert. lib. 3. cap. 9. Baldric. lib. 2. Robertus Mon. lib. 3. Tyrius etc. Pag. 317. C

Δορυλαίου] Dorylaeum, Phrygiae oppidum Geographis. In Dorylaei campis impetitum a Solymanno Boemundum ait Anna. At Albertus Aq. lib. 2. cap. 38. *in valle Dorgoganhi;* quae eidem cap. 43. et Tyrio *Gorgon* nuncupatur. C

Μετεπέμπετο] Albert. Aq. lib. 2. cap. 40. 41. et alii. D

Τὴν νικῶσαν] Alb. Aq. lib. 2. cap. 42. 43. Fulcher. lib. 1. cap. 5. Tudebod. lib. 2. etc. Commissum hoc praelium Kal. Iul. A. MXCVII. autor est Baldricus lib. 2. et Tudebod. pag. 783. D

Κατὰ τοὺς Ἑβραϊκούς] Haud procul ab Iconio alteram hanc Turcorum cladem accidisse narrat Tudebodus lib. 2. pag. 784. De tertia ad Agrustopolim silent Scriptores. Pag. 318. A

Ταυισχάν] Idem qui pag. 365. *Ταυισμάν*, Solymanni Nicaeae Principis frater. Nec enim diversus est a Donimanno Nixandriae urbis Principe, cuius meminit Albertus Aq. lib. 9. cap. 35. quo quidem Nixandriae vocabulo Neocaesaream intellexisse eumdem Albertum recte coniectat Rineccius. *Dalimannum* vocat Ordericus Vital. lib. 10. pag. 796. et seq. *Danisman.* Tyr. lib. 9. cap. 21. et Autor Gest. Expugn. Hierus. pag. 579. 596. Idem etiam cum Tanismane Turco seu A

Persarmenio, qui tum Cappadocia potiebatur, de quo Nicetas in Ioan. N. 5. et 6. et Cinnamus lib. 1.

A *Ἀσάν*] Qui Tyrio lib. 5. *Axianus*, Raimundo de Agiles et aliis *Cassianus*. Vide Annam lib. 14.

B *Ἀγρουστόπολιν*] Ita Editio Hoesch. An *Ἀὐγουστόπολιν*, quam in Phrygia statuit Suidas? Vide Annam pag. 478.

C *Ὀξέως ῥόμου*] Fernam fluvium, seu *Farfar*, qui et *Orontes* dicitur, intelligit, qui eo loco quo Galli copias suas traduxerunt, rapidissimus est. Conferendus Albertus Aq. lib. 3. cap. 32. Porro Antiochiam pervenerunt nostri 12. Kal. Novemb. 4. Feria A. MXCVII. Tudeb. lib. 2. Robert. Mon. lib. 3. Albert. Aq. lib. 3. cap. 38.

C *Σελήνιακαῖς τρισί*] Atqui per 9. mensis durasse obsidionem Antiochenam tradunt Albertus Aq. lib. 4. cap. 25. Otho Frising. lib. 7. cap. 2. et alii; seu, ut habet Robertus Mon. lib. 7. octo menses, diem unum. Sane obsessam civitatem 11. Kal. Novemb. captam vero 3. Non. Iun. refert Raimundus de Agiles.

C *Ἀρμένιος*] Pyrrhus nomine, seu ut est apud Tyrium lib. 5. cap. 11. et 19. *Emir Feirus*, id est, Dominus Pyrrhus. Hunc de genere Turcorum fuisse scribunt Tudebodus lib. 2. pag. 792. Fulcherius lib. 1. cap. 9. Robertus Mon. lib. 5. pag. 53. Albert. Aq. lib. 4. cap. 16. et Baldricus lib. 2. pag. 109. contra quam Anna, quae Armenium facit. Sed haec conciliat Raimundus de Agiles pag. 148. et 149. qui *Pyrrhum unum de Turcatis* fuisse ait, hoc est, *de Armeniis et Graecis Antiochiae incolis, quos Turcae capta paulo ante urbe pro penuria domesticorum Turcaverant, datis ex sua gente uxoribus*. Adde Guibertum lib. 6. cap. 17.

Pag. 319. A *Κορπαγάν*] Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 19. *Corbagath, quem nostri vulgariter Corbaran appellant.* Robertus Monachus lib. 6. Tyrius lib. 5. cap. 14. Fulcherius lib. 1. cap. 14. Albertus Aq. et alii *Corbaham* et *Corbalam*, Haytonus *Corbanam*, Vincentius Bellov. *Corbegath* vocant.

A *Τατίκιον*] Fugam Tatticii et discessum ab obsidione Antiochena narrant Albertus Aq. lib. 3. cap. 38. et 40. Robertus Mon. lib. 4. pag. 48. Baldricus lib. 2. pag. 103. Raimundus de Agiles pag. 146. Tyrius lib. 4. cap. 23. Guibertus lib. 4. cap. 10. De Boemundi consilio silent omnes.

B *Λιμόν*] De difficultate annonae in castris Francorum agunt Albertus Aq. lib. 4. cap. 50. Rob. Mon. lib. 4. Guibertus lib. 4. cap. 6. et alii.

B *Χρυσίνοις*] *Χρύσινος*, nummus aureus. Concil. Chalced. Act. 12. *τροφῆς ἕνεκα καὶ παραμυθίας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀνὰ διακοσίους χρυσίνους λαμβανέτωσαν.* Ita Dositheus

lib. 3. Synes. Epist. 129. Constant. Manasses pag. 101. 224. Edit. Meurs. Vide Leuncl. Pand. N. 18.

Σουδί] Sic vocant Orontis fluvii ostium. *Portus Soldini* C
dicitur Sanuto lib. 3. part. 3. cap. 1. *Castellum et Portus Souhaidiae* Aldherisio 5. part. clim. 3. et 4. *Σουέτιον* eidem Annae pag. 412. Postmodum a S. Simone Stylite Iuniore, quem *Θαυμαστοφίτην* vocant Graeci, *Portus S. Simeonis* appellationem sumpsit, quod in vicino Tauri monte Monasterium olim idem Divus extruxerit et in eo cum discipulis vitam exegerit, uti narrat Ioannes Phocas in Descr. Terrae Sanctae N. 2. quo nomine donatur passim a Scriptoribus, Alberto Aq. lib. 3. cap. 42. lib. 4. cap. 27. 36. Tyrio lib. 4. cap. 10. Arnold. Lubec. lib. 2. cap. 4. Atque ex his emendandus Eugesippus de Distantia Locor. Terrae S. *Pharphar per Syriam tendit Reblatam, id est, Antiochiam, labensque secus muros eius decem milliaria ab Antiochia in portu Solim ortu scilicet S. Simeonis, Mediterraneo mari se commendat.* Ubi loci nemo non videt legendum, *portu Sodin,* aut *Soldin, portu scilicet S. Simeonis.* A Francis *Golfum Antiochiae* appellatum autor est Willebrandus ab Oldenborg in Itin. Vide Annam pag. 341.

Κείσθω καὶ ἄθλον] Tudebodus pag. 792. Baldric. lib. 2. Pag. 320. A
pag. 108. 109. Tyrius lib. 5. cap. 16.

Κουλᾶ] Acropolis Antiochena, infra pag. 321. *Praesi- B
dium magistrae arcis in monte situm*, apud Albertum Aq. lib. 3. cap. 38. lib. 4. cap. 24. *Castrum quod civitati imminet*, apud Robertum Mon. lib. 6. pag. 55. Adde Tyrium lib. 6. cap. 1. et Benjaminum Tudel. pag. 34. Edit. Plantin. Acropolis Antiochenae nomen pariter prodit Raimundus de Agiles: *In colle autem Septentrionali castellum quoddam est, et in medio collis castellum aliud, quod lingua Graeca Colax vocatur.* Ut et Scylitzes in Nicephoro Phoca: *ἴσχυσε λαβεῖν τὸ μέτρον ἐνὸς τῶν πρὸς δύσιν τῆς Ἀντιοχείας πύργων Καλᾶ τοὔνομα.* Sed legendum *Κουλᾶ* Anna nostra satis convincit. Verum fueritne propria Acropolis Antiochenae appellatio, iure controverti potest, cum eamdem Anna arci Laodicensi pag. 339. et 340. Theorianus in Legat. statim initio, quibusvis arcibus, seu potius *Clusuris*, Nicetas in Bald. N. 3. Acropoli Thessalonicensi, Chronicon denique Veneto-Byzantinum pag. 198. arci Patrensi tribuant. Hinc enim patet *κουλᾶ* in universum Acropoles Graecis dictas; voce fortassis mixobarbara a Latio ducta, a colle scilicet, quia in collibus et editioribus tumulis aedificantur potissimum Acropoles et Castella; unde et nostris sequioris aevi *motae*, id est tumuli et colles, quaevis castra aut castella dicuntur. Acropolim Antiochenam Oro-

cosiadem olim appellatam videtur innuere Procopius lib. 2. de Bello Pers. pag. 54. prior. Edit. Mons vero cui imminebat adeo altus esse traditur a Willebrando ab Oldenborg, *ut suo cacumine nubibus innitens cursum Planetarum putetur impedire.* Duos intra Antiochenae civitatis ambitum montes mirae celsitudinis existere autor est S. Antoninus 2. part. Hist. tit. 16. cap. 13. qui valle profundissima, sed angustissima separantur, per quam torrens dimissus per medium influit civitatem. In horum alterius vertice, qui videtur eminentior, situm est praesidium munitissimum, inquit Fr. Quaresmius lib. 7. Elucidat. Terrae Sanctae.

C *Τὴν Ἀντιόχου*] Capta est a nostris Antiochia 3. Iun. An. MXCVIII. uti habent Albertus Aq. lib. 4. cap. 25. et alii passim: nam falli constat Lupum Protospatham, qui mense Aprili captam refert.

C *Πολιορκεῖν*] De obsessa a Turcis Antiochia agunt Scriptores omnes.

C′ *Τὴν νικῶσαν*] Albertus Aq. lib. 4. cap. 27.

D *Κουλᾶ*] Capta enim urbe, Turci in Acropolim fugerant, a qua non pauca Francis illata damna ab obsidentibus.

Pag. 324. A *Λάμπην*] Paulus Episcopus *Λάμπης* interfuit Concilio Ephesino, ut ex Actis constat; sed urbs ista in Cretensi Provincia fuit, ut ibi innuitur parte 2. Act. 1.

B *Φιλομήλιον*] Urbs Phrygiae Geographis nota. Hinc tandem docemur oppidi nomen, quod mire depravatum legitur apud Scriptores Rerum Hierosolym. Tudebodo enim lib. 4. *Philemia* dicitur; Alberto Aq. lib. 4. cap. 40. lib. 8. cap. 38. et Tyrio lib. 4. cap. 20. lib. 6. cap. 10. *Urbs Finiminis:* Roberto Monach. lib. 6. Baldrico lib. 3. Guiberto lib. 5. cap. 26. Sanuto lib. 1. part. 2. cap. 6. et Epist. 17. *Philomela:* denique Iacobo de Vitriaco lib. 1. cap. 99. et Autori Hist. Exped. Asiat. Frider. *Philomena.*

C *Γραντεμανῆ*] Willelmus *de Grentemaisnil*, Hugonis ex Aleide Yvonis Bellimontani Comitis nata filius, Nobilis Normannus, cui uxor fuit Mabilia Roberti Wiscardi filia, Boemundi soror. Cognominis etymon prodit Epitaphium Hugonis, Willelmi parentis, apud Ordericum Vitalem lib. 8.

Mansio Grentonis munitio dicitur eius,
Unde fuit cognomen ei multis bene notum.

De Willelmo agunt Tudebodus lib. 4. pag. 796. Albert. Aq. lib. 4. cap. 37. Ordericus. lib. 8. et 9. Baldricus lib. 2. pag. 114. Guibertus lib. 5. cap. 15. Tyrius lib. 6. cap. 5. 10. 11. Malaterra lib. 4. cap. 21. et Raimundus de Agiles pag. 152. ubi perperam *de Granduna* cognominatur. Extant Mabiliae et Guillelmi Grantimaisnilii filii Diplomata A. MCXXII. et

MCXXXII. pro Monasterio Deiparae *Ὁδηγητρίας*, quod *de lo Patire* vocant Itali, Ordinis S. Basilii, haud procul a Rossano, quod Rogerius Comes Siciliae ipsaque Mabilia multis beneficiis ditarunt. Habentur illa apud Ughellum Tom. 9. Italiae Sacrae pag. 387. et 680.

Στέφανος] Stephanus Comes Blesensis et Carnotensis, C
de cuius discessu ab Antiochia agunt Fulcherius lib. 1. cap. 8. Tudebodus pag. 799. Albertus Aq. lib. 4. cap. 13. Robertus Mon. lib. 6. pag. 59. Fulco lib. 1. Viae Hier. pag. 892. Baldricus lib. 3. pag. 1118. Guibertus lib. 5. cap. 25. et Tyrius lib. 5. cap. 10. lib. 6. cap. 10. Cur vero vocetur ab Anna *Κόμης Φραγκίας*, multis diximus ad Ioinvillam Dissert. 14.

Διαβεβαιοῦνται] Robertus Monach. lib. 6. pag. 59. Ty- C
rius lib. 6. cap. 11. et alii.

Διὰ τὸ ὅπλων βάρος] Vide Not. ad Villhard. N. 212. Pag. 325. B

Μὴ προσωτέρω χωρεῖν] Albertus Aquens. lib. 4. cap. 40. C
41. Baldricus lib. 3. et alii.

Παΐπερτ] Urbs in Armenia apud Scylitzem. Pag. 326. B

Πέτρῳ] Petrum Eremitam cum altero Petro perperam C
hic confundit Anna; Petro enim, cui revelata est Lancea Dominica, Clericus fuit de terra Provinciae, cognomento Bartholomaeus, uti passim asserunt Scriptores Rerum Hierosol. Raimundus de Agiles pag. 150. 151. 152. 156. Albert. Aq. lib. 4. cap. 43. 47. 52. lib. 5. cap. 32. Guibertus lib. 7. cap. 31. Fulcherius lib. 1. cap. 10. 15. Tyrius lib. 6. cap. 14. et Ordericus Vitalis, qui Petrum Abraham cognominatum tradit lib. 9. et 10. pag. 739. 741. 779.

Τὸν ἅγιον ἦλον] Atqui sacra Lancea, qua Christi latus D
perforatum fuit, asservabatur eo aevo Constantinopoli, si qua fides Scriptoribus Byzantinis, nisi *λόγχης*, seu lanceae vocabulo, ferrum ipsius lanceae intellexerint, quod sua tempestate extitisse Constantinopoli profitetur diserte Anna, quod admodum probabile est. Neque enim si lancea ipsa extitisset Constantinopoli, omnino siluisset. Vide Not. ad pag. 242. et 415.

Σαγγέλῃ] Sacram Lanceam in praeliis a Comite S. Ae- Pag. 327. A
gidii praelatam tradunt praeterea Raimundus de Agiles, Albertus Aq. et alii.

Ὁ Φλάντρας] Vide Albertum Aq. lib. 4. cap. 55. A

Ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν] Vide Dissertat. 11. ad Ioinvillam. B

Τὴν Ἀντιόχου] *Cruce signati*, inquit Albertus Aq. D
lib. 5. cap. 2. ut et Robertus Mon. lib. 7. *Boemundum Dominum et Advocatum urbis constituerunt, eo quod multum*

in traditione urbis expendisset, plurimumque laboris pertulisset. Cuius quidem urbis *Princeps* appellatus est, *quoniam*, ait Tyrius lib. 6. cap. 23. *apud suos nomine dignitatis Princeps dictus fuerat*, Tarenti scilicet, ut est in libro vernaculo, *les Familles d'outremer*, et apud Sigonium lib. 9. de Regno Ital.

D *Διὰ μέσης*] Capta est Hierosolyma 15. Iul. Feria 6. A. C. MXCIX. obsessa vero die 6. Iun. Tudebodus lib. 5. Albert. Aq. lib. 6. cap. 6. Tyrius lib. 8. cap. 24. Urbis autem Gubernator erat Zahradaula filius Gajusci, qui timore perculsus fugit, ut est in Chronico Orientali.

Pag. 328. A *Ῥῆγα ὠνόμασαν*] Verum Rexne appellatus fuerit Gothofredus, iure ambigitur. Certe a plerisque Scriptoribus hoc titulo donari palam est, quibusdam etiam coaevis. Quippe Robertus Mon. lib. 9. *Regem* perpetuo vocat. Baldricus lib. 4. *Et ecce te Regem post Deum designamus.* Tudebodus lib. 5. pag. 815. *Dux autem Gothofredus, qui iam electus erat ad Regem in Hierusalem.* Nec discrepant Raimundus de Agiles pag. 179. Baldricus lib. 7. cap. 13. Autor Gest. Exp. Hier. cap. 30. Willelmus Malmesb. lib. 4. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 757. et alii non pauci. At cum Balduinus, Gothofredi frater et successor, primus Hierosolymorum Rex dicatur apud Iacobum de Vitriaco lib. 1. cap. 38. ipseque *primum Francorum Regem in Hierusalem* sese inscribat in Diplomate, quod extat apud Tyrium lib. 11. cap. 12. iure, inquam, ambigitur an Regem se Hierosolymitanum inscripserit Gothofredus. Constat praeterea Regum Hierosolymitanorum seriem ab eodem Balduino vulgo auspicari Scriptores; Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 26. de Balduino II. Rege, Balduini I. successore, *Rex quidem Hierosolymorum futurus, et a primo Rege secundus.* Sic Fulco Andegavensis, Balduini II. successor, *tertius Rex Hierosolymitanorum* dicitur apud Willelmum Gemetic. lib. 8. cap. 34. Sic etiam Balduinus III. Fulconis filius et successor in Diplomate A. MCLI. quod extat apud Duchesn. in probat. Hist. Bethuneae pag. 370. *Per Dei gratiam in Sancta Hierusalem Latinorum Rex quartus*, Amalricus denique Balduini frater, *per Dei gratiam in Sancta civitate Hierusalem Latinorum Rex quintus* in altero A. MCLXIX. quod ab Ughello refertur in Archiepiscopis Pisanis, inscribuntur. Rem conciliat Tyrius lib. 9. cap. 9. scribens Gothofredum Regem quidem fuisse electum, *promotum autem humilitatis causa corona aurea, Regum more, in Sancta civitate noluisse insigniri, ea contentum, et illi reverentiam exhibentem, quam humani generis reparator in eodem loco usque ad Crucis patibulum pro nostra salute spineam deportavit. Unde qui-*

dam, subdit idem Tyrius *in catalogo Regum, non distinguentes merita, eum dubitant connumerare.* Et sane admodum vero videtur simile Gothofredum Regium abnuisse nomen, memorem consilii ab Episcopis dati, qui post captam urbem urgentibus nostris, ut aliquis in Regem eligeretur, qui eam custodiret, responderunt, *non debere ibi eligi Regem ubi Deus passus et coronatus est* etc. *sed esset aliquis Advocatus, qui et civitatem custodiret, custodibus civitatis tributa regionis divideret et reditus.* Haec Raimundus de Agiles, quibus consentanea sunt quae habet vetus Scriptor To. 4. Hist. Franc. pag. 92. *Factis itaque crebris letaniis et ieiuniis, unanimi consilio eligunt Ducem Gothofredum sibi praeesse, qui promptior caeteris Ducibus et manu et consilio probatus fuerat; cauti in hoc quod nequaquam ei licere iudicant, Regium Diadema infra eamdem urbem portare. Solus enim Christus eius urbis Rex digne iudicatur, qui pro peccatis nostris in eadem suscepit coronam spineam.* Denique Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperial. part. 2. *Dux quoque Godofredus Regnum suscipiendum in excusationem duxit, praetextu sanctae humilitatis, asserens se indignum illic corona aurea insigniri, ubi Christus corona spinea pro nostra salute voluit coronari.* Nec alia videtur motus ratione Regnum Hierosolymitanum sibi a Proceribus primum delatum recusasse Raimundus Sanctaegidianus Comes, cum, ut Autor est idem Raimundus de Agiles, illis reposuerit, *nomen Regium se perhorrescere in illa civitate, praebere tamen se illis consensum, si id alius acciperet.* Abstinuit igitur a Regio titulo Gothofredus, et ut est in illius Epitaphio apud Rineccium,

Rex licet electus, Rex noluit intitulari,
Nec diademari, sed sub Christo famulari.

Unde evidenter patet adulterinum prorsus et suppositium esse Gothofredi sigillum, quod proferunt Doutremannus in vita Petri Eremitae, et Malbrancus in libb. de Morinis, in quo Regis titulo donatur. Verum non ab omnibus aeque probatum, quod Gothofredus corona Regia insigniri abnuerit; unde re prudentius considerata, post eius excessum, Balduinum fratrem in Regem honorifice sub sacra unctione sublimandum et coronandum decreverunt Proceres Galli, *quod fratri suo non fecerant, quoniam noluit,* inquit Fulcherius lib. 2. cap. 5. *quid enim obest,* aiebant illi apud eumdem, *si Christus Dominus noster in Hierusalem tamquam scelestus aliquis convitiis dehonestatus, et spinis est coronatus, cum etiam ad ultimum mortem pro nobis pertulit volens? Corona quidem illa, quantum ad intellectum eorum, non fuit honoris, nec Regiae dignitatis: immo ignominiae et dedecoris. Sed quod*

illi truces ad improperium ei fecerunt, gratia Dei ad salutem nostram et gloriam versum est etc.

A *Βαβυλῶνος Ἀμερμυνῆ*] Ἀμερμουμνῆς dicitur Cedreno et Zonarae in Theophilo et Constantino Porph. de Adm. Imp. cap. 25. qui Annae Ἀμερμνῆς. Sic autem supremos, quibus parebant, Principes indigitabant Turci et Saraceni, quos inter primum obtinuit locum Amermumnes Asiaticus Bagdatensis, seu Babylonius, qui imperabat universae Africae, Aegypto, Syriae et Arabiae Felici, quibus Provinciis totidem Praefecti erant Amerades, seu Amiralii. Ab illius Imperio avulsa primum Africa, deinde Persis, seu Chorozan, denique Arabia Felix, quarum Amerades, excusso Bagdatensis iugo, Amermumnes se inscripserunt. Ita Porphyrogenitus loco citato. At Alexii aevo, Syria partim Principi Bagdatensi, seu Chorozano, partim Aegyptio Sultano parebat. Unde in Historia Belli Sacri passim Principis utriusque mentionem fieri observare est. Hierosolymam enim et urbes adiacentes paulo ante Francorum in has plagas Expeditionem Persico, vel Chorozano, ademerat Aegyptius, seu Babylonius, ut pluribus narrat Albertus Aq. lib. 6. cap. 31. 32 et 33. Otho Frising. lib. 7. cap. 4. Tyrius lib. 1. cap. 2. 3. et seq. et lib. 7. cap. 9. Is *Babyloniorum Amirabilis* dicitur eidem Alberto lib. 3. cap. 59. et Mathaeo Paris. An. MCCXXXVI. *Amiravisus* Tudebodo lib. 5. pag. 814. *Admiraldus* Othoni Frising. Antiochia vero et Damascus adhuc Chorozano Principi suberant, qui promiscue *Soldanus* et *Princeps Turcorum* vocitatur ab Alberto Aq. lib. 4. cap. 2. a Chalipha Bagdatensi diversus, penes quem titulo tenus summa rerum erat, vel saltem Religionis Mahumetanae, uti pluribus narrant Tyrius lib. 4. cap. 11. et Benjaminus Tudel. in Itiner. Unde *Apostolicus Turcorum* dicitur Tudebodo, et *Papa Turcorum* Raimundo de Agiles et Iacobo de Vitriaco lib. 3. eoque nomine Alcoranum e collo pendentem torquis instar gestabat, ut autor est idem Porphyrogenitus. Habitabat ille in Bagdat, perinde ac Sultanus. Ita Albertus Aq. lib. 8. cap. 7. Hinc est quod non semel legimus ab his Principibus Antiochenorum auxilio missum Corbagath. Quemadmodum igitur Bagdatenses Sultani Ἀμερμουμνῆς nuncupati sunt, seu ut habent Annales Franc. A. DCCCI. et DCCCII. *Almiralmumminin*, ubi de Aarone Persarum, seu Chorozani Rege, vel Sultano, ita eadem appellatione Africanos Principes, excusso Persici, seu Chorozani, Imperio, postmodum donatos constat ex Zonara in Michaele Balbo: quam vocem varie efferre solent Scriptores. Nam *Amiralmuminin* dicuntur apud Isidorum in Chron. *Mirammemini* apud Rodericum Tolet. lib. 3. de Reb. Hisp. cap. 20. *Murmelini*

Mathaeo Paris. *Miramomelini*, vel contractius *Miramolini* apud caeteros Hispanicos Scriptores. Fredegarius Schol. A. DCCLXVII. *Amermuni* habet, vocabulo magis ad Graecum accedente. Denique Chronicon Orientale *Amir-almumanina* praefert notatque primum Homarum Chalipham hancce sibi arrogasse appellationem. At cum variae diversaeque hae appellationes unum idemque sonent, constat etiam eiusdem esse originis, et *Credentium Principem*, seu *Fidelium Imperatorem* significare apud Arabes: quod pridem docuerunt Rigordus A. MCXCV. Sanutus lib. 3. part. 3. cap. 5. Io. Mariana de Reb. Hisp. lib. 6. cap. 11. Leunclav. in Pand. Turc. Victor Caietan in Paradigm. quatuor Linguar. Watsius in Gloss. D. de Marca Tolosan. Archiep. in Hist. Beneharn. lib. 2. cap. 2. N. 2. et Abraham Echellensis.

Συναγηοχώς] Vide Albertum Aq. lib. 6. cap. 41. Fulcher. lib. 1. cap. 19. Baldric. lib. 4. Guibert. lib. 7. cap. 15. Othon. Frising. lib. 7. cap. 5. A

Ἰάφα] Quae et *Ioppe*. Urbs nota. B

Ῥάμελ] Rama, quae *Ramula* et *Rames* promiscue Scriptoribus dicitur. *Miliariam* olim cognominatam docet vetus Inscriptio Trevirensis apud Brouver. in Proparasc. Annal. Trevirens. cap. 16. FL. GORDIO RVFINO. ELIB. H. HORTIS. RAMAE. MILIARIAE. IN. SYRIA. GENITUS. IN. ASIA. TRALLIS. DEFVNCTVS. AVG. TR. LVCIA. AFRANIA. VALENTINA. CONIVGI. KARISSIMO. VIVA. FECIT. Desertam a Turcis Ramam paulo ante ceperant Franci, uti habent Albertus Aq. lib. 5. cap. 42. Guibertus lib. 8. cap. 1. Baldricus lib. 4. pag. 130. et Tyrius lib. 10. cap. 16. 17. De Rama urbe quaedam observant non contemnenda Benjaminus in Itiner. Edit. Plantin. pag. 48. et 49. et Belonus lib. 1. Observationum cap. 80. B

Γεώργιος] Haud procul a Rama urbe Martyrio sublatus fuit D. Georgius, quo in loco, qui uno ab urbe milliari distat, extructum postmodum Templum Divo sacrum, quod describitur a Ioanne Phoca in Descript. Terrae S. N. 29. Epiphanio Hagiopolita de Locis Sanctis, Anonymo de Locis Hierosol. et Willebrando ab Oldenborg in Itiner. Terrae Sanctae. Agunt etiam de eo Robertus Mon. lib. 8. extremo, Baldricus lib. 4. pag. 130. Guibertus lib. 7. cap. 1. Albertus Aq. lib. 9. cap. 2. Fulcherius lib. 2. cap. 13. Tyrius lib. 7. cap. 22. Willelmus Malmesbur. lib. 4. de Gest. Angl. Glaber Rodulfus lib. 3. cap. 7. Gesta Franc. Expug. Hier. cap. 22. et 46. Franciscus Quaresmius lib. 4. Elucidat. Terrae Sanctae cap. 3. et 4. denique Ioannes Seldenus libro vernac. *Titles of* B

honor, 2. part. cap. 5. §. 42. et seq. ubi quae de hocce Divo ab antiquis Scriptoribus observata sunt, fuse pariter ac erudite suo more congessit.

B *Καὶ τὴν νικῶσαν*] Commissum hoc praelium prid. Id. Aug. An. MXCIX. haud procul ab Ascalona refert Albertus Aq. lib. 6. cap. 1.

B *Τῇ δὲ μετ' αὐτήν*] De hac Gallorum postridie commissi praelii clade silent Scriptores nostri, quam ex iis quae proxime sequuntur perperam confundere Annam constat cum ea quae accidit circa festum Pentecostes A. C. MCII. post extinctum Gothofredum, Balduino tunc regnante, quo vix fuga elapso Saraceni Ramam obsidione cinxerunt. Albertus Aq. lib. 9. cap. 2. et seq. Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 18. Gesta Franc. Exp. Hier. cap. 48. Tyrius lib. 10. cap. 20. et seq.

C *Πολιορκίαν τοῦ Ἰάφα*] De obsessa Ioppe post praedictum praelium agunt Albertus Aq. lib. 9. cap. 23. 25. Fulcherius lib. 2. cap. 20. Gesta Francor. cap. 50. Tyrius, etc.

C *Ἧττησε*] Albertus Aq. lib. 9. cap. 12. Tyrius lib. 10. cap. 18.

D *Ἥλιν τοῦ Γοντοφρέ*] Hic pariter hallucinatur Anna; Gothofredus enim a Saracenis captus nusquam legitur.

D *Ἄτερ τιμῆς τοὺς Κόμητας*] In his Arpinum Bituricensem Comitem in Ramensi praelio captum, Alexii opera liberatum, scribit Order. lib. 10. pag. 795.

Pag. 329. A *Λαοδίκειαν*] Laodiceam, Syriae oppidum, expugnarat paulo ante Winemarus Pirata, de terra Bononiensi et de domo Comitis Eustachii, captamque Comiti Tolosano tradiderat. Ita Albertus Aq. lib. 3. cap. 14. lib. 6. cap. 55. 59. et Tyrius lib. 3. cap. 23. lib. 7. cap. 21. Graecis ademptam a Winemaro ait idem Tyrius cap. 16. sed probabilius a Turcis Albertus Aquens. lib. 6. cap. 55. cui Anna videtur consentire. At Guibertus lib. 7. cap. 34. et Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 778. scribunt Edgarum Edwardi Danorum Regis filium cum ea quam regebat Winemarus classe appulisse Laodiceam, eiusque loci incolas Edgari tutelae sese commisisse, qui oppidum posthaec Normanniae Duci Roberto tradiderit; Roberto vero Hierosolymam profecto, Laodiceam a Graecis expugnatam, faventibus ipsis incolis. Verum istiusmodi narrationi repugnat hoc loco Anna, quae Alberto Aq. omnino consentit. De Laodicea, eius origine et descriptione nonnulla habent Benjaminus in Itiner. pag. 34. Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Robertus Mon. lib. 8. pag. 72. Gesta Ludovici VII. cap. 2. Cinnamus lib. 1. initio et Willebrandus ab Oldenborg pag. 130.

Μαραπέως] *Maraclea* Scriptoribus Rerum Hieros. *Ma-* A
raccas perperam dicta in Itinerario Hierosol. quae prima de urbibus Phoenicis a Septentrione venientibus occurrit, haud procul ab Antarado et Castello Arcas. Tyrius lib. 7. cap. 17. lib. 22. cap. 3. Hanc autem Turcis dedentibus paulo ante expugnarant nostri, ut pluribus narrant Robertus Mon. lib. 8. Baldricus lib. 4. Guibert. lib. 6. cap. 20. Maracleae dominorum seriem damus in Familiis Hier.

Βαλανέως] *Valenia* Tyrio lib. 7. cap. 17. lib. 10. cap. 5. A
lib. 11. cap. 14. et Iacobo de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Urbs sub oppido Margat haud procul a Maraclea sita *Balanicus* Alderisio, *Valenium* Fulcherio lib. 1. cap. 21. *Valonia* Sanuto lib. 3. part. 14. cap. 2.

Ἀντάραδον] Antaradum, quae postea Tortosa dicta, B
nobilis civitas in Phoenice Provincia sita, iuxta se Insulam habens modicam, quasi per duo distantem milliaria, ubi antiqua et per multa saecula insignis civitas Arados nomine fuit. Haec Tyrius lib. 7. cap. 15. 17. lib. 10. cap. 14. lib. 22. cap. 3. Describitur praeterea a Iacobo de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Willebrando ab Oldenborg in Itiner. T. S. pag. 130. Roberto Mon. Autisiod. An. MCCII et Rogero Hoved. pag. 708. A Constantio Imp. conditam, et de eius nomine Constantiam nuncupatam autor est Cedrenus. Hanc autem obtinuit, expulsis Saracenis, Raimundus Sanctaegidianus Comes post captam Antiochiam, uti narrant Fulcherius lib. 2. cap. 16. Albertus Aq. lib. 5. cap. 31. Raimundus de Agiles pag. 169. Robertus Mon. lib. 8. pag. 72. Tyrius locis citatis et Gesta Franc. cap. 47.

Ἀταπάχας] Malim *Ἀπαπάχας*, sic enim legendum cen- B
seo apud Annam et Nicetam. Imperabat enim ea tempestate, hoc est, ante Gothofredi excessum, Damascenae urbi *Ababacas Tegtakin Dahiroldin*, non supremo quidem iure et tanquam Dominus principalis, sed Praefecti loco, seu *Procuràtoris*, quemadmodum Damascenorum Principum Vicarios et Ministros non semel vocat Antistes Tyrius lib. 15. cap. 7. lib. 16. cap. 7. lib. 18. cap. 27. aut *Amiralis*, ut Ordericus Vitalis. Damasco vero imperarunt circa ea tempora *Tageoldulus Nisus*, qui Annae *Tutuses*, Gelaloldulae Magni Turcorum Sultani frater, pulso et exacto Isaro Principe A. Heg. CDLXXII. Chr. MLXXXIX. Caeso et sublato e vivis Tageoldulo, successit in eumdem Principatum *Phacherolmaduc Rodoan*, Tageolduli filius, A. Heg. CDLXXXVIII. Christi MLXXXV. quo in ordinem acto, Damascum obtinuit eodem anno *Sansolmaluc Decac*, Phacherolmaduci frater. Is Soubequino primum, cuius opera urbem invaserat et Principatum, supremam

rerum administrationem commisit, quo interfecto, *Ababacam Tegtakin*, cognomento *Dahiroldin*, Vicarium et Procuratorem constituit. Obiit autem Decacus A. Heg. CDXCVIII. Chr. MCIII. ante quem annum expugnatam Tortosam Scriptores nostri commemorant. Decaci meminit Fulcherius lib. 1. cap. 14. et lib. 2. cap. 1. cui *Melec-Ducac* et *Duchat*, seu potius *Duchac* nuncupatur. Extincto Decaco Principatum Damascenum arripuit *Ababacas*, cuius frequens occurrit mentio apud Scriptores Rerum Hieros. varie tamen huius elata Principis nomenclatura. *Tuldequinum* enim vocat Fulcherius lib. 2. cap. 51. *Daldequinum* Tyrius lib. 11. cap. 20. 23. 25. lib. 12. cap. 6. 8. 12. 16. lib. 13. cap. 9. 16. 26. lib. 15. cap. 7. *Doldequinum* Gauterius de Bell. Antioch. vocabulis haud multum a Tectakini voce abludentibus. Interdum *Meieredin* eidem Tyrio lib. 16. cap. 8. *Hertoldin* Alberto Aq. lib. 11. cap. 1. *Duodechin* et *Dochin* eidem Scriptori lib. 12. cap. 7. 9. et 19. appellatur, quae videntur nomina ad *Dahiroldin* spectare. Denique *Tegel-Melec* interdum dicitur Tyrio lib. 14. cap. 17. Vide eumdem Tyrium lib. 27. cap. 26. lib. 21. cap. 7. et Nicetam in Ioan. N. 8.

D *Τριπόλεως*] Tripolitanae urbis situm et adiacentem oppido regionem pluribus describunt praeter rerum Hieros. Scriptores Ioann. Phocas et Willebrandus ab Oldenborg in Descript. T. S. Gabriel Sionita et Ioann. Hesronita in Syntag. de nonnullis Orient. Urbib. cap. 10. post Georg. Nub. ut et Dom. *de Breves* in Itiner.

Pag. 330. A *Ὀχύρωμα*] Raimundus, capta Tortosa, anxius quomodo Christiani nominis hostes a finibus istis propulsaret, consilium cepit de obsidenda Tripoli, cumque parum in eo conatu proficeret, quod civibus subinde auxilium submitteretur a Babylone, Ascalone et Sagitta et Sur, novum praesidium, secundo ab urbe milliari, in colle quodam fieri decrevit, a quo semper urbi adversaretur, et ad quod sui assidue protectionis causa ab hostili impetu repedarent. Praesidio nomen inditum *Montis Peregrinorum*, eo quod peregrinis et Christianis militibus illic maximum contra gentilium vires semper haberetur. Haec ferme Albertus Aq. lib. 9. cap. 32. Tyrius A. MCIII. lib. 10. cap. 27. Fulcher. lib. 2. cap. 33. Graecos Raimundo in illo aedificando operam suam locasse silent prorsus nostri.

D *Κατὰ τῆς Λαοδικείας*] Laodiceam Graecis redditam tentarat Boemundus, ut autor est Albertus Aq. lib. 6. cap. 55. 56. et seq. eamque tandem, dum idem Princeps detineretur in vinculis, expugnavit Tancredus sub A. MCII. Albertus Aq. lib. 10. cap. 9. Guibertus lib. 7. cap. 34. Fulcher. lib. 2. cap. 12.

Gesta Fr. cap. 51. 53. Hist. Hieros. pag. 605. Tyrius lib. 10. cap. 23. Iacob. de Vitr. lib. 1. cap. 44.

Μετεκαλοῦντο τὸν Σαγγέλιν] Post Gothofredi mortem Regnum Hierosolymitanum Raimundo delatum non tradunt nostri, si bene memini, sed captis statim Hierosolymis, quod ille respuerit, uti narrant Raimundus de Agiles, Albert. Aq. lib. 6. cap. 33. et Tyrius lib. 9. cap. 3. At Villharduinus N. 136. Regio isti titulo inhiasse Raimundum scribit, antequam Gothofredus in Principem electus esset. D

Εἰς τὴν Μεγαλόπολιν] Quo una cum Normanniae et Flandriae Comitibus, qui reditum in patriam parabant, secesserat sub A. MC. paulo ante extinctum Gothofredum. Albertus Aq. lib. 6. cap. 53. lib. 8. cap. 5. 6. 7. Fulcher. lib. 1. cap. 20. Orderic. Vital. lib. 10. pag. 779. D

Φλάντρας] Expeditionem Longobardorum intelligit, quibus adiuncti non pauci e Germania et Gallia Comites, qui ea tempestate Constantinopolim pervenerunt. De hac Albertus Aq. lib. 8. cap. 5. 6. et seq. Tyrius lib. 10. cap. 12. et 19. Mathaeus Paris. et alii. At nullos ibi e Normannia Comites agnoscunt Scriptores, neque exercitus Ductores Flandrenses duos, quos hic Anna comminiscitur; nisi fortassis in ista fuerint Expeditione Philippus et Willelmus, Roberti Comitis Flandriae fratres, de quibus Meierus A. MCIV. et MCIX. D

Χοροσάν] Albertus Aq. lib. 8. cap. 7. *Dicentes se etiam Regnum Chorozan vi intrare, ac Boemundum de captivitate Turcorum, aut extorquere et liberare, aut in virtute sua civitatem Baldach, quae est caput Regni Chorozan, obsidere et destruere.* Pag. 331. A

Σαγγέλιν] Consulendus praeter Albertum Aq. lib. 8. cap. 7. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 789 et seq. ubi totam hanc Longobardorum et Aquitanorum Expeditionem variasque a Turcis, nostris illatas clades accurate commemorat. A

Δευτέρα δὲ ἦν] Accidit clades ista circa Iunium mensem An. MCI. Albert. Aq. lib. 8. cap. 15. et seq. C

Τὴν βασιλεύουσαν] Albertus Aq. lib. 8. cap. 17. 22. Ordericus pag. 792. lib. 10. Pag. 332. B

Νόσῳ θανασίμῳ] Moritur Raimundus Comes Tolosanus in Castro Montis Peregrinorum pridie Kal. Mart. A. MCV. Tyr. lib. 11. cap. 2. Albert. Aq. lib. 9. cap. 32. Fulch. lib. 2. cap. 29. et 38. Gesta Franc. cap. 54. Hist. Hieros. A. MCV. Catellus lib. 2. Hist. Tolos. cap. 1. C

Γελίελμον] Willelmus, cognomento Iordanis, Raimundi Tolosani Comitis ex sorore nepos, ab avunculo in Montis Peregrini dominio haeres constituitur. Albert. Aq. lib. 9. cap. 50. Gesta Fr. cap. 54. Hist. Hieros. An. MCV. Tyrius C

lib. 11. cap. 2. Willelmi familiam attigit idem Albertus dum *Comitem de Sartengis* nuncupat: hoc enim vocabulo expressit Gallicum *de Cerdaigne*, vel Hispanicum *de Cerdaña*, seu *Ceritaniam*. Duxerat quippe in uxorem Willelmus-Raimundi, Ceritaniae in Hispaniae limite Comes, Pontii III. Tolosani Comitis filiam, Raimundi Sanctaegidiani sororem. Ex quibus nuptiis nati Willelmus-Iordanis Dominus Montis Peregrini et Bernardus-Willelmi Ceritaniae post fratrem Comes. Obiit vero Willelmus A. MCVIII. uti habent Albertus Aq. lib. 11. cap. 15. Fulcher. lib. 2. cap. 39. Hist. Hieros. A. MCVIII. Tyrius lib. 11. cap. 9. Surita in Ind. A. MCIII. et Andreas *Bosch* lib. *del Titols de honor de Catalun.* lib. 2. cap. 22. Miror viros eruditos et oculatos, qui Stemma Comitum Tolosanorum contexuerunt, de Comitis Sanctaegidiani sorore siluisse. Comitatus vero Ceritaniae terminos hic damus, uti describuntur in Charta Iacobi Regis Aragonum 10. Kal. Sept. An. MCCLXII. qua Iacobo filio Regnum Majoricarum et Comitatus Rossilionis et Ceritaniae concedit: *Est etiam sciendum quod termini Ceritaniae sunt isti, videlicet de Pincen usque ad Pontem de la Corba, et tota Vallis de Rippis cum suis terminis et baiulia est de dominatione Ceritaniae, et extenditur ex parte Barguadani usque ad Rocam Sanczam, et totum dominium de Valespir cum pratis est de pertinentiis Comitatus Ceritaniae, et extenditur usque ad Collem Bares, et sicut Serra hoc scindit usque ad Collem de Pavissars, et de ipso Colle de Pavissars usque ad Caput de Crucibus.*

Pag. 333. A *Ὑποσχόμενος*] Spoponderat enim Alexius Cruce signatos assecuturum se cum idoneo exercitu, ut est apud Guibertum lib. 3. cap. 3. idque Alexio non semel obiectum a nostris, et quod pacta conventa violaverat prior, narrant Baldricus lib. 4. pag. 122. Tyrius lib. 7. cap. 20. et Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 11.

A *Ἀντιόχειαν*] Albertus Aq. lib. 5. cap. 2. *Iuraverunt enim sibi* (Alexio) *ut si caperetur Antiochia, quia de Regno eius erat, sicut Nicaea, cum omnibus Castellis et Urbibus ad Regnum eius pertinentibus sibi suaeque Maiestati reservarent.* Hinc falli constat Guibertum lib. 3. cap. 3. scribentem Boemundo promissam ab Alexio Antiochiam, dum adhuc Constantinopoli moraretur. Vide Tyr. lib. 14. cap. 23. et infra pag. 405.

D *Μιχαήλ*] Dignitate Pincernam, de quo pag. 242.

Pag. 334. A *Τὴν Ἀττάλου*] *Ἀττάλειαν*, Pamphyliae Metropolim in Themate Orientali apud Constant. Porphyrog. quam demum

expugnavit Iconiensis Sultanus An. MCCXII. ut est in Chron. Altisiod. Describitur vero a Tyrio lib. 16. cap. 26. Vide Leunclav. Pand. cap. 180.

Τὸ Μαράσιν] *Marasis* Guiberto lib. 4. cap. 2. *Marusis* Tudebodo lib. 2. *Marafis* Baldrico lib. 2. pag. 101. et Tzetzae Chil. 12. N. 652. *Marasia* Tyrio lib. 3. cap. 18. *Maresch* in Hist. Hieros. A. MCXIV. et apud Albertum Aq. lib. 3. cap. 27. *Mariscum* Fulcherio lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. 50. Denique *Μαράσιον* Cinnamo lib. 1. C

Ἐπισκόπῳ Πίσης] Dagoberto, Daimberto, seu Daiberto Pisano Episcopo, qui postmodum captis Hierosolymis in Patriarcham electus est. De Dagoberti ad Laodiceam appulsu agunt Albertus Aq. lib. 6. cap. 56. et seq. Gesta Fr. cap. 33. Fulcherius lib. 1. cap. 21. Tyr. lib. 11. cap. 14. Multa etiam de hoc Pontifice habet Ughellus in Archiep. Pisan. Tom. 3. Ital. Sacrae. Pag. 335. A

Ἑτέρους δύο] Pisanis adiuncti erant duo ex eadem maris ora populi, Etrusci scilicet, qui et Toscani, et Genuenses. Fulcher. lib. 1. cap. 21. Hist. Hier. pag. 594. B

Κατασκευάζων] Hos Dagoberti et Pisanorum, priusquam Laodiceam appellerent, cum Alexianis conflictus et hostilitates attigit Tyrius lib. 11. cap. 44. *Iter ergo aggressi, et oram sequuti maritimam, nonnisi hostium reperiunt urbes, unde cum maxima difficultate et alimentorum inopia viam poterant incoeptam conficere.* A

Ζώων κεφαλάς] More veterum fecit Alexius, qui beluarum capita auro exornata navium rostris aptabant. Virgil. lib. 10. Aeneid. B

Aerata Princeps secat aequora tigri.

Hoc est, ait Servius, *cuius rostrum erat in similitudinem tigridis: namque solent naves nomina accipere a Tutelarum pictura.* Sed de Tutelis multa Vowerenus ad Petron. Meursius ad Lycophr. Delrius ad Senec. Trag. Turnebus, Alexander ab Alex. caeterique criticorum filii commentati sunt. Tantum addo quae habet perelegans Scriptor in Encomio Emmae Reg. Angl. lib. 1. *Aggregati tandem turritas ascendunt puppes, aeratis rostris Duces singulos videntibus discriminantes. Hinc erat cernere leones auro fusiles in puppibus, hinc autem volucres in summis malis venientes, austros suis signantes versibus, aut dracones varios minantes incendia de naribus: illinc homines de solido auro, argentove rutilos, vivis quodammodo non impares, atque illinc tauros erectis sursum collis protensisque cruribus, mugitus cursusque viventium simulantes. Videres quoque delphinos electro fusos, ve-*

teremque rememorantem fabulam de eodem metallo centauros, etc. Idem lib. 2. *Ardebat aurum in rostris, fulgebat quoque argentum in variis navium figuris.*

C *Περιφανεστάτην κεφαλήν*] Nova dignitas inventa ab Alexio admodum solerti in excogitandis istiusmodi dignitatibus Palatinis.

C *Λαντούλφῳ*] Occurrit Landulfus iste non semel infra cum perhonorifica mentione, cuius nomenclatura natione et origine Latinum prorsus fuisse arguit. Nec scio an idem qui Falconi Beneventano *Landulfus de Graecia* dicitur in Chr. ad An. MCXIII. *Landulphus Graecus* M. Antonio Marsilio Columnae in vita et rebus gestis S. Mathaei cap. 8. qui reversus postmodum in Apuliam *Comestabilis Beneventanorum* creatus est: quam quidem sortitus sit appellationem, quod diu in Graecia et apud Alexium moratus fuerit. Verum, ne id affirmem, facit ipsum Landulphi cognomen, quod in plerisque Codd. Falconis *de Graeca* scribitur; qua appellatione occurrit, ni fallor, Castrum aliquod in agro Beneventano. Vide Ughellum Tom. 6. Italiae Sacrae pag. 457.

Pag. 336. A *Κόμης τις Πελοποννήσιος*] Non Comes in Peloponneso, sed dignitate, seu officio in classe Comes, origine Peloponnesius. Vide supra pag. 291.

C *Σεύτλῳ*] *Seutlos*, Ioniae insula circa Rhodum, Plinio *Seutlusa*, Stephano *Ταύτλουσσα*.

D *Βαϊμούντου ἀδελφιδοῦν*] Quis ille Boemundi nepos, vel affinis, quem cum Pisanis navigasse ait Anna, ex nostris Scriptoribus haud liquet. Vide pag. 394.

Pag. 337. C *Συκήν*] *Sycae*, hodie *Galata* et *Pera*, olim urbis CP. XIII. Regio. Vide Hist. nostram Gallo-Byzant. lib. 5. N. 32.

D *Κούρυκον*] Ciliciae urbs, in qua Iustinianus Imp. balneum et *πτωχεῖον* renovavit, ut autor est Procopius lib. 5. de Aedif. Iust. extremo, *Curcum* Sanuto lib. 2. part. 4. cap. 26. *Curca* Tagenoni Patav. *Corycus* in notitia Graec. *Curc* Willebrando ab Oldenborg in Itiner. T. S. ubi describitur: hodie *Curco*. Eiusce oppidi, quod sub Armeniae Regibus munitissimum fuisse testantur Scriptores, dominus fuit Aithonus, autor Histor. Orientalis sub A. MCCCV. pater, ni fallor, Ossini Comitis Curchi, qui Leone IV. Armeniae Rege imperante florebat. Vide Odoricum Raynald. A. MCCCXXII. N. 33. et 46. et Iosephum Barbarum in Itinerario Persic. pag. 461.

Pag. 338. A *Τοῦ Κανικλείου ἀξίας*] *Ὁ ἐπὶ Κανικλείου* dictus, penes quem erat vas, in quo asservabatur sacrum Encaustum, quo Imperatores Diplomata vel Epistolas subscribebant. Anastasius Bibliothecarius ad Act. 10. Octavae Synodi: *Praepositus*

Caniculi apud Graecos est qui curam et custodiam gerit Caniculi, id est Atramentarii, ex quo Imperator foeniceas literas scribit in chartis. Ita vero dictum *Κανίκλειον*, quod Caniculi formam effigiemque prae se ferret, uti supra observatum ad pag. 62. Huius dignitatis crebra est mentio apud Scriptores Byzantinos, apud Scylitzem in Michaele Rhang. et Constantino Leonis F. Zonaram in Theophilo, Leonem Grammatic. in Constantino, Nicetam in Man. lib. 1. N. 3. in Alex. Man. F. N. 18. in Alex. Ang. lib. 2. N. 4. Acropol. cap. 79. et Codin. de Orig. CP. pag. 52. Edit. Reg. et lib. de Offic. Extat, inquit Seldenus lib. de Titul. honor. part. 1. cap. 6. N. 6. in Bibliotheca Regis Christianis. *Ἰωάννου τοῦ Καματήρου τοῦ ἐπὶ Κανικλείου περὶ τῆς οὐρανίας τῶν ἀστέρων διαθέσεως ἐν συνόψει, διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν Βασιλέα τὸν πορφυρογέννητον.* Codice nempe 149. et 559. *Κανικλείων* dicitur Gregentio in Disputat. pag. 201. *Κανίκλης* Leoni Grammatico pag. 461. 491. *Caniclinus* Tyrio lib. 22. cap. 6 et Gunthero lib. 8. Ligur. Nec diversus fuit *ὁ ἐπὶ Κανικλείου* a Logotheta, penes quem autor est Nicetas in Man. lib. 4. N. 4. fuisse vas illud Purpuramentarium, gemmis et auro distinctum, in quo scilicet asservabatur Encaustum, quo Aureas Bullas obsignatas et subscriptas testatur Codinus de Off. cap. 5. N. 18. quo Nicetae loco Codex Barbarograecus habet, *Χρυσόβουλλον μετὰ λίθων λαμπρῶν*, hoc est, Bullarium, seu Typum Sigillarium, quo Bullae ipsae imprimebantur: unde colligitur, et *Encaustarium* et *Bullarium* penes Logothetam fuisse. Id praeterea observo ex Leone Grammatico et Scylitze scribentibus in Michaele, Bardam, Theoctisto Logotheta extincto, Caniclei dignitatem in se transtulisse, hoc est, Logothetae Dromi, qua functus fuerat Theoctistus, ad quam, officii iure, Aureae Bullae subscriptio spectabat. Unde recte Radevicus lib. 3. de Gest. Frid. *Caniclinum*, Nicetas vero in Man. lib. 7. N. 1. Logothetam *Cancellarium* interpretantur. Quippe penes Cancellarium Atramentarii Regii cura extitit: Concilium Duziacense I. parte 2. cap. 33. *Ego autem iussi Odonem ire ad Cancellarium Regis et accipere ab illo Pergamenum et Atramentarium, et scriberet illum cito.* Atque ex iis emendandus Rogerus Hoved. pag. 596. *Qui fuerat Cancellarius Imperatoris, quem Graeci vocant Laucete.* Legendum enim *Logothetam.* Sed et videtur idem fuisse cum *Protoasecretis* in VIII. Synodo, Act. 10. *Τὸ δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χριστοφόρου Πρωτασηκρήτου καὶ ἐπὶ Κανικλείου.* Vide praeterea Cujac. ad. Leg. 2. Cod. de Petit. bonor. subl. lib. 10. Meurs. in Gloss. Gretzer. et Goarum ad Codinum.

A *Σελεύκειαν*] De hac urbe praeter Geographos consulendus Guibertus lib. 6. cap. 16.

C *Γενούσιος στόλος*] Will. Tyrius lib. 10. cap, 28.

Pag. 339. C *Μαρκάπιν*] Legendum *Μαρκάτιν*; est enim urbs maritima, vicina Maracleae, Valeniae, Gabulo etc. quam *Castrum Margath* vulgo vocant Iacobus de Vitriaco lib. 1. cap. 44. Tyrius lib. 7. cap. 17. Sanutus lib. 3. part. 14. cap. 2. et Aithonus cap. 59. Describitur vero sat pluribus a Willebrando ab Oldenborg in Itiner. pag. 130. Eiusce Castri Dominos damus in Famil. Hieros.

C *Γάβαλα*] *Gabulum*, urbs Coelesyriae maritima, a Laodicea 12. milliaribus dissita, ut habent Iacobus de Vitr. lib. 1. cap. 44. et Tyrius lib. 7. cap. 17. lib. 13. cap. 27. lib. 18. cap. 4. lib. 20. cap. 19. *Giabala* dicitur Alderisio pag. 195. et in Chronico Orient. *Gebal* Benjamino Tudel. *Gavala* in Itiner. Hier. et Arnoldo Lubec. lib. 5. cap. 3. *Gabelum* Iacobo de Vitr. lib. 1. cap. 99. *Gibellum*, *Gibel* eidem et Roberto Mon. lib. 8. pag. 72. Tudebodo pag. 808. Alberto Aq. lib. 5. cap. 34. lib. 6. cap. 55. Guiberto lib. 2. cap. 21. *Zibellum* Raimundo de Agiles pag. 165. et Ioanni Phocae N. 7. *Zebel* eidem Annae pag. 413. unde *Pelles Zebellinae*, quod inde Marturinae pelles in Europam a mercatoribus inveherentur. Ex laudatis porro Scriptoribus constat Gabuli obsidionem a Duce Gothofredo et Flandrensi Comite tentatam, posthaec omissam propter supervenientes Saracenos, ob idque cum Principe civitatis inita foedera. Proinde recte Anna dixit Saracenis ablatum ab Alexianis Gabulum, quod in Francorum ius nondum venerat. Est praeterea in eodem tractu oppidum aliud *Gibelet*, seu *Gibelot* iisdem Scriptoribus dictum, *Byblus* olim appellatum, cuius dominium adeptus est Hugo Embriacus Nobilis Genuensis. Gabulum vero, seu *Giabalensem urbem*, concessit postmodum Raimundus-Rupini Princeps Antiochenus Hospitalariis Militibus, a quibus in recuperando Principatu auxilium non mediocre submissum fuerat, ut est in Tabulario Monoscensi in Provincia.

D *Κόμητος*] Erat ea tempestate Laodiceae Comes Martinus. Albert. Aq. lib. 6. cap. 41.

Pag. 340. D *Λογγινιάδα*] Longinias, Tarsus, Adana, Mamista, urbes Ciliciae, quas Boemundo ab Alexianis ereptas intelligit Autor Gestor. Franc. Exp. Hier. cap. 52. Longiniadem, quae Alberto Aq. *Longinach* nuncupatur, regebat Bernardus, cognomento Extraneus, gente et familia, ni fallor, Anglica, cuius Stemma delibavit in Aspilogia eruditus Spelmannus, aut etiam forte Gallica; nam et apud nos extat etiamnum pernobilis hac appellatione.

Ἄδαναν] De Adana, Ciliciae urbe, quaedam habent D
Scylitzes pag. 656. Constant. lib. 1. de Them. cap. 2. Zonaras in Rom. Diog. pag. 226. Nicetas in Ioan. *Athena* dicitur Tudebodo pag. 784. Roberto Mon. pag. 44. Guiberto lib. 3. cap. 12. *Addena* Raimundo de Agiles pag. 146. Adanam et Tarsum accurate describit Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. Vide Ioseph. Barbarum in Itiner. Persic. pag. 461. Leuncl. Pand. N. 61. et Godefr. Henschenium in vitam S. Theophili Vicedom. 4. Februar.

Μάμιστραν] *Mamista* etiam Glycae in Niceph. Phoca, D
et Raimundo de Agiles pag. 146. 151. *Mamistra* Baldrico lib. 2. pag. 100. Gauterio de Bell. Ant. A. MCXV. Alberto Aq. lib. 3. cap. 59. Tyrio lib. 3. cap. 21. *Malmistra* Sanuto lib. 2. part. 4. cap. 26. (ubi totum hunc Ciliciae Tractum describit) et Benjamino Tudel. pag. 39. *Massisa* Alderisio part. 5. clim. 5. eadem quae olim *Μοψουεστία*, ut autor est Glycas. Perperam vero *Manistere* pro *Mamistere* dicitur Willebrando, qui eam describit. Porro Tarsum, Mamistam et alia Ciliciae oppida, a Saracenis antea occupata, expugnarant Balduinus Gothofredi frater et Tancredus, ut pluribus narrant Albertus Aq. Tudebodus et alii locis citatis. Haec postmodum Boemundus in Ciliciam profectus receperat, et custodes singulis imposuerat, ut habet Tyrius lib. 7. cap. 2. Taticio illa Boemundo Principi concedente, ut autor est Raimundus de Agiles pag. 146. Ast illa rursum in Graecorum potestatem redierunt Ioanne imperante, qui iis Calamanum Hungarum consanguineum Praefectum statuit, uti refert Tyrius lib. 14. cap. 24. lib. 19. cap. 9. et Nicetas in Ioan. N. 6. unde *Mamistrensis Dux* appellatur in Epistolis aliquot, quae extant in Gest. Dei etc. pag. 1182. et Tom. 4. Hist. Franc. pag. 695. et 701. Fuit autem Calamanus filius Boritii, Calamani Hungariae Regis nothi, cuius mentio est apud Thwrocz. part. 2. cap. 61. Vide Not. ad Cinnamum.

Τῷ τοῦ Μαρκέσῃ Ταγγρέ] Boemundus de captivitate Pag. 341. A
post biennium redux, ut habet Albertus Aq. lib. 9. cap. 16. seu quadriennium, ut Tyrius lib. 10. cap. 25. dum de adeunda Italia et Gallia cogitat, Tancredo ex sorore nepoti Antiochiam tuendam committit. Fulcherius lib. 2. cap. 25. Tyrius lib. 11. cap. 1.

Μαρκέσῃ] Tancredus *sororis Boemundi filius* dici- A
tur Alberto Aq. lib. 2. cap. 19. *Marchisi filius* Tudebodo lib. 1. et 2. *Odonis Boni Marchisi filius* Orderico lib. 8. pag. 717. et lib. 9. pag. 724. qui quidem Odo Bonus Marchisus *Sororius Willelmi de Grentemaisnil* nuncupatur eidem Orderico lib. 7. pag. 645. Idemque ille est qui subscribit Diploma Rogerii Siciliae Comitis A. MXCIII. pro fundatione

Ecclesiae Scyllacensis, apud Ughellum Tom. 9. Ital. Sacrae pag. 593. Duxerat autem Willelmus Wiscardi filiam, ut supra a nobis indicatum. Falluntur igitur qui Tancredum eiusdem Willelmi filium faciunt, aut Wiscardi ipsius, ut Hovedenus pag. 710. Vide infra pag. 366. et Familias nostras Normannicas.

A *Λάρναξ*] De hoc Boemundi stratagemate, et ut de illo mortuo in vulgus fama sparsa sit, silent nostri, attigerunt vero Zonaras et Glycas ab Anna mutuati. Sed nec etiam videtur probabile Boemundum in sarcophago inclusum, ut mortuum, Antiochia excessisse, quae nullis premebatur ingruentibus hostibus; nisi forte id tentaverit, ne, qua ille in Italiam vehendus erat, navis ab Alexiana classe impeteretur, a qua forte commeatus impetratus fuerat a suis, specie efferendi Boemundi cadaveris in Italiam, ibique avito tumulo recondendi. Arte simili expugnatum ab Alamannis Casinense Castrum tradit Mathaeus Paris. A. MCCXXXIX. *Per excogitationem qua se mortuum simulavit, in feretro in illum delatus, castra Monachorum subito occupavit.* Eodem stratagemate usum Tancredum Siciliae Regem videtur innuere Ioannes Monachus in Chronico Ceccanensi A. MCXCII.

Rex Capuam venit, feretro se ponere fecit,
Et Dux multorum lecto defertur equorum.

Eodem denique dolo Hastingus Normannus Episcopum, a quo baptizatus fuerat, fefellit, apud Math. Westmonasteriensem An. DCCCLXXXVII. Vide Guillel. Apul. lib. 2. de Gest. Norman. pag. 17. 18. et Othonem Frising. lib. 1. de Gest. Frid. cap. 33.

IN LIBRUM XII. ALEXIADIS NOTAE.

Pag. 346. A *ΓΥΝΑΙΚΑ*] Boemundus multo aeris alieni pondere fatigatus, ut ad debiti solutionem se pararet, et ut de partibus ultramarinis maiores militum secum traheret copias, Principatus sui cura Tancredo commissa, in Apuliam transiit An. Chr. MCIV. ut pluribus narrant Tyrius lib. 11. cap. 1. Fulcherius lib. 2. cap. 25. Albertus Aq. lib. 6. cap. 47. Hist. Hieros. hoc A. Gesta Franc. cap. 52. Ex Apulia deinde in Galliam transiit, et Constantiam Philippi I. Francorum Regis filiam obtinuit in uxorem. Nuptias post Pascha Carnuti magno apparatu celebratas A. MCVI. tradunt passim nostri, Sugerius in Lud. VI. cap. 9. Ordericus lib. 5. et 11. Guibertus lib. 3. cap. 2. lib. 7. cap. 34. Fulcher. lib. 2. cap. 28. Tyrius lib. 11. cap. 1. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cas. cap. 50.

Chron. Andeg. apud Labeum Tom. 1. Biblioth. pag. 289. et vetus Scriptor Tom. 4. Hist. Franc. pag. 94. et 98. Perperam igitur Albericus nuptias Boemundi in A. MCIII. coniicit. Vide Eadmerum lib. 4. Hist. Novor. pag. 88.

Τὴν ἑτέραν] Tyrius loco laudato de Boemundo: *Qui* A
postquam in Apuliam pervenit, modico tempore in sua regione moram faciens, assumpto de suis fidelibus honesto comitatu, Alpes transiens ad Dominum Philippum Illustrem Francorum Regem pervenit, a quo inter caetera duas eius obtinuit filias, unam de legitimo natam matrimonio, Constantiam nomine, quam sibi foedere coniugali sociavit in uxorem: alteram, nomine Ceciliam, (quam ei Andegavensium Comitissa, quae spreto marito ad eumdem Dominum Regem se contulerat, uxore adhuc vivente pepererat) quam Domino Tancredo nepoti suo ex Apulia missam destinavit uxorem. Nupsit illa post Tancredi mortem Pontio Tripolitano Comiti. Albertus Aq. lib. 12. cap. 19. Vide Sammarth. in Hist. Geneal. Fr. Reg. et Notas Acherii ad Guibert. pag. 590.

Κόμητας] Conferendus Albertus Aq. lib. 10. cap. 38. et 39. B

Παγάνον] Vide Not. ad pag. 367. Pag. 347. D

Λαοδίκειαν] Nam Laodicea ab Alexianis paulo ante Pag. 348. B
capta fuerat, Gallis Acropolim adhuc obtinentibus: supra lib. 11. pag. 339.

Ταῖς Μόψου] Mopsuestiam, seu Mamistam, Alexius pa- Pag. 349. B
riter expugnaverat, supra pag. 340.

Σάρωνι] Saron, qui et Sarus Ptolemaeo lib. 5. et Pro- B
copio lib. 5. de Aedif. Iust. Ciliciae fluvius Mopsuestiam veterem, seu dirutam, et novam suo cursu dirimebat. Alsheriph Alderisius 5. part. clim. 4. *Massisa Graece dicitur Mamisteria, estque haec duas in urbes divisa, positas in ambabus ripis fluminis Gihon* etc. A Sarone fluvio dictus Saronius sinus, de quo Eustathius ad Dion. pag. 60. et 61.

Ἐπινεμήσεως ιδ'] Alexius Byzantio proficiscitur Indict. Pag. 351. A
14. mense Sept. hoc est ineunte Indictione, quam a Kal. Sept. auspicabantur Graeci. Cadit autem Indictio 14. hoc mense in An. Chr. MCV. quo Boemundus adhuc in Gallia morabatur, ut et proxime sequenti, ubi auxilia conquirebat. At perperam scripsisse videtur Anna hanc Indictionem fuisse vicesimum Imperii Alexii annum, qui illud iniit Indict. 4. A. MLXXXI. ut ipsamet tradit pag. 64. etsi in eodem errore versetur Codin. de Orig. pag. 24. Edit. Meurs. ubi 4. Indictionem A. M. iuxta Graecos VIMVICXIV. *εἰκοστὸν ἔτος τῆς βασιλείας τοῦ Κυρίου Ἀλεξίου* fuisse perinde observat. Caeterum miror viros eruditissimos in Exegesi praeliminari ad 3.

Tom. Martii cap. 4. Indictionem apud Graecos, seu Byzantinos Scriptores, non alia voce, quam *ἰνδικτιῶνος* efferri, nequaquam vero *ἐπινεμήσεως*: quod non modo ex pluribus Annae, sed et aliorum Scriptorum locis haud aegre refelli potest.

D *Νόσημα τῶν ποδῶν*] Vide Zonaram pag. 239.

Pag. 355. A *Κομήτης*] Apparuit Cometes iste A. C. MCVI. a mense Febr. in Martium, uti passim referunt Scriptores, Codinus loco cit. Albericus et Sigeb. hoc A. Gesta Franc. cap. 58. Hist. Hieros. pag. 607. Tyrius lib. 11. cap. 5. Willel. Gemetic. lib. 8. cap. 13. Fragm. Hist. Tom. 4. Hist. Fr. pag. 94. Ordericus lib. 5. pag. 589. lib. 11. pag. 816. Chron. Andeg. Tom. 1. Bibl. Lab. pag. 282. 283. 289.

B *Ἐπαρχίας τοῦ Βυζαντίου*] Edit. Hoesch. *Βυζοτοῦ*, Urbsne Byzotus, et cuius Provinciae, incompertum prorsus. Proinde probabilius Basilium urbis Constantinopolitanae Praefecturam egisse, qua dignitate functum posthaec sub Alexio Xerum scribit pag. 360. Nam Praefectum urbi Byzantinae instituit Constantinus, uti habent Sozomenus lib. 2. cap. 41. Nicephor. Callist. lib. 9. cap. 44. et Chron. Alex. pag. 666. de cuius officio est. tit. 28. lib. 1. Cod. Iust.

C *Τέμενος δέ*] Duo potissimum Templa D. Ioanni Evangel. sacra recensent Scriptores Byzantini; prius in Dihippio, alterum in Hebdomo. Alterutrum intelligit hic Anna.

Pag 356. B *Στρούμπιτζαν*] Strumpitza, urbs Macedoniae munitissima, in praerupto et editiore colle aedificata. De hac agunt Gregoras lib. 8. et 9. Cantacuzenus lib. 1. cap. 48. 55. lib. 4. cap. 21. Scylitzes pag. 712. Nicetas in Alex. Ang. lib. 3. N. 1. Theophylact. Epist. 32. et Excerpta Georg. apud Allat. in Not. ad Acrop. cap. 24.

C *Πρωτοτόκος*] Ioannes Comnenus, Alexii filius, uxorem duxit, parente superstite, filiam Regis Hungariae, ut autor est Zonaras. Ex his nuptiis plures prodiere masculi, quorum primogenitus fuit Alexius, natus Indict. 14. circa Balabistam, eodemque partu nata filia, Maria nempe, quae Ioanni Rogerio Caesari nupsit. Vide Stemma Comnenicum.

D *Ἀνδριάς*] Urbem exornaturus Constantinus M. et de vetere Byzantio Novam Romam conditurus Forum extruxit, quod ex suo nomine appellari voluit Constantinianum, in ea urbis parte, ubi antea moenia et portae Byzantii veteris erant, Porticibus, Fornicibus, Statuis aliisque illustrioribus Antiquitatis monumentis undecumque advectis et e variis Gentilium Templis ablatis exornatum, ut pluribus produnt Themistius Orat. 13. Zosimus lib. 2. et Eusebius lib. 3. de vita Const. cap. 52. In medio Foro ingentem statuit Colum-

nam ex lapide Thebaico et purpureo, Roma advectam, non ex unico tamen lapide, quod falso quidam, atque in iis Glycas, credidere. Columnae praegrandem Apollinis ex aere Statuam, in cuius vertice eminebant radii, imposuit; quam, ut autor est Cedrenus, Phydiae opus, Athenis, seu ut est in Chronico Alex. ex Phrygia; vel denique, ut scribit Zonaras, Ilio, vel Heliopoli, in eadem Provincia, allatam in suum ipsius nomen transfudit. Gestabat illa manu dextra *σκῆπτρον* secundum Annam seu ut habet Cedrenus *λόγχην* vel hastam, quam terrae motu A. XIV. Iustiniani collapsam idem Scriptor testatur: laeva vero *σφαῖραν*, seu globum, in cuius vertice infixa Crux eminebat, ut est apud Nicephorum Call. lib. 7. cap. 49. lib. 8. cap. 4. Statuam ipsam profano prius cultui dicatam purgavit Constantinus, immissis in eam variis Reliquiis. In capite enim ex clavis, quibus transfixus est Christus, positum unum scribunt Cedrenus, Zonaras, Codinus in Orig. Anonymus de Invent. S. Crucis apud Gretzerum Tom. 2. de S. Cruce et Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 6. Particulam praeterea Dominicae Crucis a matre Helena Hierosolymis inventae in eadem Statua reconditam testantur Socrates lib. 1. cap. 17. et Paulus Diac. lib. 11. Hist. Misc. Locum designat in vola manus Scriptor incertus vitae Constantini et Helenae. Addit Nicephorus in Statuae basi ab ipso Imperatore positos 12. cophinos et 7. sportas et reliquias 7. panum, quibus benedictione consecratis Christus multitudinem pavit et Dolabram, qua Noe Arcam construxit. Denique urceolum unguenti, quo Christus unctus est, positum refert Suidas. Statuae pretiosis adeo munitae reliquiis inscriptionem posuit, qua Urbem Christi tutelae committit, quaeque apud Cedrenum descripta legitur. Atque inde manasse arbitror piam, sed futilem et credulam nimis opinionem, quam recitat Ducas Hist. cap. 39. ad hanc scilicet Columnam descensurum Angelum de caelo, qui Turcos in urbem irrumpentes fugaret et in Persidem usque persequeretur. Ab his Reliquiis, seu ab eo potius, quo Constantinum, ut Divis adscriptum, prosecuti sunt cultu Byzantini, veneratio illa profluxit in Columnam purpuream, ad quam quotannis Kal. Sept. Patriarcha cum Clero et Imperatore procedere solebat, uti refert Codinus de Off. cap. 15. N. 1. Cuius supplicationis meminit etiam Gregoras lib. 8. sub fin. Ad Statuam Constantini peractas preces et non modica patrata miracula variasque factas morborum curationes scribit Nicephorus lib. 8. cap. 55. quam quidem Christianorum *θρησκείαν* in Constantini Imaginem Porphyreticae impositam Columnae arguit Philostorgius lib. 2. cap. 18.

Pag. 357. A *Ἀνθήλιον*] Quasi *ἀντὶ ἡλίου*. Hesychius Milesius de hac Columna, *ἐφ' ᾧπερ ἱδρῦσθαι Κωνσταντῖνον ὁρῶμεν δίκην ἡλίου προλάμποντα τοῖς πολίταις.*

A *Ἔρριψαν*] Duravit et stetit Constantini M. Statua usque ad Alexii tempora, quo imperante, vento vehementiori perflante, decidit diffractaque et in multas partes comminuta obvios aliquot interemit. Quem Statuae casum observant etiam Zonaras in Constantino M. et in Alexio et Michael Glycas, qui id sub vernum tempus accidisse narrant, Sole, ut ait Anna, tum in Tauro posito. Diem vero et annum tantae ruinae indicat Codinus in Orig. Meursianis, 5. videlicet April. 14. Indict. A. M. iuxta Graecos VIMDCXIV. Chr. MCVI. *Τοῦτο γοῦν τὸ ἄγαλμα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κίονος, καὶ φόνον τῶν ἐκεῖσε εὑρεθέντων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ὡσεὶ δέκα εἰργάσατο, κατὰ τὴν πέμπτην δηλαδὴ Ἀπριλλίου μηνός, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ἰνδικτιῶνος τοῦ ἑξακισχιλιοστοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους, εἰκοστὸν ἔτος ἀγούσης τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη, ὅτε γνόφος ἐγένετο, καὶ βίαιος νότος ἔπνευσε σφοδρόν, τοῦ κομήτου ἀστέρος τοῦ ἀκοντίου ὀλυθέντος, καὶ τὸν τοιοῦτον τοῦ ἀέρος τάραχον ἐξειργασμένου, τοῦ φανέντος κατὰ τὴν Ἑσπέραν τῆς παρασκευῆς τῆς πρώτης ἑβδομάδος.* Columnae Porphyreticae *ζωστῆρας*, seu circulos, quibus illa continebatur, paulo ante, sub Botaniata scilicet, fulmen dissecuerat, uti tradunt Scylitzes et Zonaras. Hos Theodosio imperante positos docemur ex Chronico Alexandr. ad 9. eiusdem Theodosii. Cum enim ex inferiore Columnae parte noctu avulsus fuisset lapis grandior, ne universa lapidum dissolveretur compages, circulis ferreis revincta atque illigata est. Loco igitur disruptarum zonarum Manuel Comnenus (non Palaeologus, ut opinatur vir doctus) Spondylum eiusdem crassitudinis ex multis lapidibus superaedificavit, et in summo Inscriptionem posuit, quae extat apud Ioann. Dousam in Itiner. CP. et Suidgerum in Hodoepor. lib. 2. Ab eodem etiam, ni fallor, Manuele erecta, quae post Statuae Constantinianae casum stetit, Crux supra ipsam Columnam. Vide praeterea quae de Columna Purpurea habent Gyllius lib. 3. Descript. CP. cap. 3. et Augerius Busbeg. in Itiner. CP.

Pag. 358. A *Εἰρήνη*] Veget. lib. 3. cap. 1. *Qui desiderat pacem, praeparet bellum.* Themistius Orat. 10. *πολέμου ἀθλον εἰρήνη.* Hinc Nummis Augustorum non semel inscriptum, MARTI PACIFERO, et Cromwelli Anglici Tyranni, PAX QVAERITVR BELLO. Prudentius in Psychomachia:

Pax belli exacti pretium est pretiumque pericli.

Sanctus Augustinus Epist. 205. *Non pax quaeritur, ut bel-*

lum excitetur: sed bellum geritur, ut pax acquiratur. Thuanus lib. 3. de Re Accipitraria:

Martis opus pax alma, tibi pax quaeritur armis.

Ἀνεμάδες] Genus ducebant Proceres isti Byzantini, ut opinor, ab Anemade Curupa, Cretensis Amerae filio, qui Ioanni Zimiscae Imperatori merens, in praelio contra Rossos caesus est. Eius virtutem insignem bellicam mire extollit Scylitzes pag. 678. 681. Meminit praeterea Theophanes Bardanii Spatharii, cognomento Anemae, vel Anemadis, A. 5. Theophili. Michaelis et fratrum coniurationem narrant pariter Zonaras et Glycas. Pag. 359. A

Ξηρός] Bardas, cognomine Xerus, Procdrus et M. Hetaeriarcha, de quo in Novell. 2. Alexii apud Balsam. in Nomoc. Phot. cap. 13. et in Iure Graeco-Rom. lib. 2. pag. 138. Pag. 360. A

Ζατρίκιον] Latrunculorum ludus, ut recte observant viri docti. Ducas cap. 16. ἐκάθητο μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἔνδον τῆς σκηνῆς παίζων ζατρίκιον, ὃ οἱ Πέρσαι Σαντρὰτζ καλοῦσιν, οἱ δὲ Λατῖνοι Σκάκον. Sed et ipsam vocem *Scacus*, vel Σκάκος, barbaram et Turcicam esse constat; Turcis enim et Persis *Scach* Rex est. Ita Leuncl. in Pand. Turc. N. 1. 102. 179. Latrunculorum vero praecipua persona (Achmeti cap. 241. πρόσωπον) Regis titulo donatur. Vide Dissertat. Ioann. Franc. Sarazini de ludo Scachorum. D

Ἀσσυρίων] Vide Iacobum Guysium in Chron. Hannon. 1. Vol. pag. 53. D

Θεομήτορος] Aedem Deiparae intra Palatii septa extruxerat Basilius Macedo, ut autor est Scylitzes. Vide Not. ad Villhard. N. 136. Pag. 361. A

Δημητρίου] Transiit postmodum eadem Deiparae Aedes Palatina in D. Demetrii nomen. Sane Cantacuzenus lib. 3. cap. 6. et 9. Aedem D. Demetrii in ipso Palatio statuit. Meminit etiam Codinus de Off. cap. 15. Templi D. Demetrii, quod Palaeologorum nuncupat; illius forte quod a Basilio Macedone renovatum tradit Scylitzes, eratque, opinor, in extremo urbis angulo, ubi olim Acropolis, hodie Sarajum Sultanicum, a quo Angulus S. Demetrii dictus. Vide Ducam cap. 38. et 39. Bondelmontium et Leuncl. Pand. N. 139. A

Τῶν λεγομένων χειρῶν] Manus aeneas Constantinopoli commemorant Scriptores, eas videlicet, quas Valentinianus Imperator ad Horreum statuit, cum Modio perinde aeneo. Tradit quippe Suidas Valentinianum Lege sanxisse, ut numismate modii 12. venderentur, quemdam contra facientem dextrae mulctatum fuisse abscissione; hinc manus aeneas ibi affixas a Valentiniano cum modio. At Codinus in Orig. Pag. 363. C

CP. autor est eumdem Valentinianum sanxisse, ut modius, non ad regulam, (*hostorium* et *radium* Latini dicunt) sed ad cumulum venderetur, cuidam contra Legem facienti manus fuisse praecisas, et in poenae memoriam manus aereas cum modio positas. Sed haec merae nugae. Modium enim aeneum, seu Ἀρχιμόδιον, ut habent Origines Constantinopolitanae Combefisii, ad horreum statuit Imperator, ut esset ἔξαμον, inquit idem Codinus, seu examen caeterorum modiorum, quibus in urbe frumentum venderetur, et *ad quem fides mensurae comprobaretur*, ut est in vet. Inscript. apud Gruter. DCXLVII. 7. nec in urbe duntaxat, sed et per mansiones singulasque civitates modios aeneos et lapideos cum sextariis et ponderibus collocari iussit idem Valentinianus, *ut unusquisque tributarius sciret quid deberet susceptoribus dare.* L. 9. Cod. de Suscept. et Arcar. lib. 10. quae etiam extat in Cod. Theod. eod. tit. Idipsum statuitur Novella Majoriani de Curialib. *A Praetoriana sede ad singulas non solum Provinclas, sed etiam civitates pondera* EXAMINATA *mittantur, quibus tam omnis exactor, quam negotiator utatur.* Quod habetur etiam in Nov. Iustiniani 128. §. 15. vetus Inscriptio: IMP. CAESARE. VESPAS. VI. T. CAES. AVG. F. IIII. COS. MENSVRAE. EXACTAE. IN. CAPITOLIO. P. X. Neque aliud fuit ἔξαμον Ἡρακλείου, cuius meminit Autor *τῶν Θεαμάτων KII.* cap. 1. A Romanis et Byzantinis transiit inde, qui idem mos servatur apud omnes fere Nationes, mensurarum examina publicis in locis proponendi. Sane in Anglia Richardus I. An. MCXCII. *iussit*, ut est apud Bromptonum, *huiusmodi regales mensuras apud singulos Provinciarum Praefectos, vel urbium Praepositos fideliter conservari, et ad probandum veras et falsas, et cum necesse fuerit, comminuendas eis tribuit potestatem.* Vide Nicolaum Trivettum An. MCXCIV. Savaronem in Orig. Claromont. pag. 279. et Innocent. Cironum lib. 4. Obser. Iur. Canon. cap. 3. Manus vero aeneae iuxta Modium positae sunt, in poenae argumentum, cum ex legibus et usu receptum esset, iis qui falsis et illegitimis vendebant mensuris manus praecidi. Sic in Legibus Aethelstani Anglorum Regis cap. 14. cautum legimus, ut praecisae monetam adulterantium manus Monetae, seu Officinae Monetariae affigantur. Erant porro Manus istae aeneae *ἐπί τινος ὑψηλοτάτης περιωπῆς, καὶ μετεώρου λιθίνης ἀψῖδος*, ait Anna: in Amastriano, ut habet Codinus: *τὸ λεγόμενον ὡρεῖον* (sic enim legendum, non *ὡρολόγιον*) *ἦν, ἤγουν τὸ ἔξαμον τοῦ μοδίου· ἵστατο δὲ ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ Ἀμασιριάνου, μέσον τῶν δύο χειρῶν, κατασκευασθεὶς ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ.* Defixas et hastis, seu pilis impositas in-

dicat Autor *τῶν Πατριῶν ΚΠ.* apud Meursium V. *ὤρδον. Ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκοῦς καὶ ὤρδον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπὶ ἀκοντίων.* Ubi nemo non videt legendum *ὠρεῖον* pro *ὤρδον*, quod magnum virum fugit: de qua voce consulendus Salmasius ad Spartianum pag. 27. Cum igitur ad Amastrianum malefici punirentur, ut docemur ex Cedreno in Theodosio, et Leone Grammat. in Michaele et Basilio, et in fornice Amastriani defixae essent manus aeneae, necessario reis praetereundae illae erant, dum ad supplicium ducebantur, quas qui praetergressus erat, nulla ratione a supplicio poterat eximi, ut qui ad ipsum supplicii locum iam pervenerat. Vix est enim ut Annae commentum amplectar, eo loci positas manus, tamquam Princeps expansas ad liberandos reos et damnatos ulnas adhuc protenderet, si veniam et gratiam iis indulgendam censeret. Regionem urbis in qua fuit Amastrianum, cuius praeterea meminit Autor *τῶν Θεαμ. ΚΠ.* cap. 5. ac proinde Modius cum manibus aeneis, vix perciperemus, nisi doceremur a Suida V. *ὠρεῖον*, stetisse Modium aeneum versus domum Crateri, quae posthaec Myrelaei dicta est. Extat in Anthol. lib. 4. cap. 23. Epigramma Iuliani Aegyptii in Suggestum Crateri Sophistae, qui idemne sit cum Cratero, cuius nomine insignis domus fuit, haud facile est divinare. Aedem Myrelaei Monasterium foeminarum fuisse indicat Glycas traditque in illud secessisse Isaacii Imp. uxorem Aecatherinam cum Maria filia, postquam coniux purpuram abdicasset. Quo loco Scylitzes habet *ἐν τοῖς παλατίοις τοῦ Μυρελαίου.* Situm vero Myrelaei hisce designat verbis Gyllius in CPoli lib. 3. cap. 8. *Supra hortorum Blanchae* (*Βλάχα* Nicetae) *nuncupatorum, olim portum Theodosiacum continentium, extremam partem ad ortum Solis pertinentem clivus a Septemtrione eminet, in quo est Templum vulgo nominatum Myrelaeos, habens intra se Cisternam, cuius camera lateritia sustinetur columnis marmoreis circiter* LX. Meminit praeterea Myrelaei Scylitzes in Romano Lecapeno, quem una cum Theodora uxore tumulo conditum in eo scribit, ut et Thevetus lib. 19. Cosmogr. cap. 3.

Ὁ τοῦ Ἀνεμᾶ καλούμενος] Turris Anemae non semel occurrit apud Scriptores Byzantinos, et in ea vice carceris inclusos saepe Constantinopolitanos Proceres passim habent. Nicetas de Andronico lib. 2. N. 2. *εἶχε τοίνυν τοῦτον ἡ τοῦ Ἀνεμᾶ λεγομένη φρουρὰ δυσὶ παχείαις ἁλύσεσι τὸν ὑψοτενῆ βαρούμενον τράχηλον.* Pachym. lib. 5. cap. 13. *καὶ εἰς φυλακὴν τὴν τοῦ Ἀνέμου πύργου τοῖς Κελτοῖς σωματοφύλαξι δέδοται.* Apud Cantacuzenum lib. 2. cap. 4. Syrgiannes *ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου, ἐν ᾧ ἐφρουρεῖτο, εἰς τὸν τοῦ Ἀνεμᾶ κα-* Pag. 364. A

λούμενον πύργον transfertur. Denique Andronicus Ioannis Palaeologi Imp. filius ipseque vicissim Ioannes et Manuel eius filius in ea turri incarcerati leguntur apud Ducam cap. 12. Sed de illius positione audiendus inprimis Leunclavius in Pand. Turc. N. 206. *Apud Leonardum Archiep. Chiensem leguntur in Epistola de capta CP. turres Aveniades, de quibus interrogatus a me Zygomalas, quaenam scilicet essent, respondebat dicendas esse non Aveniadas, sed turres Anemanis, cuius est in Historiis Graecorum mentio, planeque volebat has illas esse* v. *turres in altera urbis Acropoli, quae Pentapyrgii nomen habuere. Id autem verum esse vel ex hoc intelligitur, quod Chiensis turribus adiungit Xyloportam, quae veteribus Xylocercos dicta fuit.* Verba Leonardi ex Sansovini Italico sunt ista: *Girolamo Italiano, Leonardo de Langasio Genovese, insieme con molti altri compagni difendevano Esiloporta, e le torri che chiamavano Aveniada, rifatte et riparate alla spesa del Cardinale.* Atqui Pentapyrgium olim Magnauram dictum autor est Scylitzes. Xyloporta vero ultima fuit e Mediterraneis portis ad sinum Ceratinum, ut ait diserte Ioannes Cananus, (cuius familia, ut hoc obiter moneam, quod omisit illius editor, Byzantio Ferrariam transiit, ut est in Epitaphio Iulii Canani Cardinalis et Episcopi Mutinensis, quod refertur ab Ughello) proinde proxima Blacherniano Palatio, ubi statuitur ab Anna et Phranze lib. 1. cap. 16. Turris Anemae.

B *Γρηγόριος*] Gregorius Taronites, Gabrae et Dabateni in Ducatu Trapezuntino successor, defectionem contra Alexium molitus est Indict. 12. A. Chr. MCIV. tandemque captus in Turri Anemae custodiae mandatus est Ind. 14. A. MCVI. sed postmodum pristinae dignitati restitutus est. Gregorii in rebus bellicis peritiam variasque in Colchidem et Pontum Expeditiones praedicat Theophylactus Bulg. Archiep. Epist. 4. 26. et 37. sed et Francos ab illo non semel profligatos scribit: *καὶ τῷ τῆς Περσικῆς ἀπονοίας πύργῳ συγκαθεῖλες τὸ τῆς Φραγκικῆς ἀπονοίας ὕψωμα.* Et alibi: *ὁ δὲ Φραγκὸς ὁ τὸν τράχηλον τέως σιδήρεος, κηροῦ γλιαροῦ φανεὶς μαλακώτερος, ἐκ περιουσίας σε προσκυνεῖ.* Vide Baronium An. MLXXIII. N. 77. De Taronitarum familia pluribus agimus in Stemmate Comnenico.

B *Τήβενναν*] Vrbem Ponti Galatici, *Τεβένδαν* Ptolemaeo dictam.

Pag. 365. A *Κολώνειαν*] Porphyrogenneta lib. 1. de Them. *ἡ δὲ Κολώνεια κάστρον ἐστὶν ὀχυρώτατον καὶ κρημνώδες.* Taxara postea dictam scribit Nicetas in Man. lib. 1. N. 2. Ab hoc

castro nomen inditum Themati, quod Minorem Armeniam includit. Vide Scylitz. pag. 814.

Εἰς Ὑδροῦντα] Quod oppidum Boemundi proprium erat. Alexander Celesin. lib. 1. cap. 13. de Rogerio Siciliae Rege: *Deinde Tarentum perveniens, civibus sese dedentibus, mox eam obtinuit. Cuius post obsidionem Hydruntini cives pertimescentes civitatem et ipsi seseque submittunt. Hae quippe urbes Boemundi iuris fuerant, quas ipse omnemque terram suam, cum ad potiendum Principatum Antiochiae transmarinum peteret iter, Apostolicae prius fertur tutelae commisisse* etc. Tancredi vero fuit Brundusium, ut idem Scriptor tradit. Pag. 366 B

Πατρόθεν] Vide Not. ad pag. 341. B

Τῷ Πάπᾳ] Paschali II. non Urbano, ut vult Allatius. Pag. 367. B

Παγάνους] Scythas, inquit Anna, Latinorum more, seu recepto apud Latinos idiomate et vocabulo *Paganos* appellabat. Verum voxne Latia sit, ut dubitem facit Constantinus, qui libro de Admin. Imp. cap. 29. a Slavis etymon accersit, quibus ita indigitabantur baptismi expertes: *Παγανοὶ, κατὰ τὴν τῶν Σκλάβων γλῶσσαν, ἀβάπτιστοι ἑρμηνεύεται.* Atque hinc forte manavit, ut apud nos infantes, quorum certis ex causis differebatur Baptismus, Pagani vulgo nuncuparentur, quibus posthaec in ioculare id nominis transiit. Lambertus Ardensis: *Qui Norchoutensis Domini filium iam decennem et sine Baptismo patrum negligentia ad Gentilis imitationem squaloris adhuc permanentem et usque ad hoc et ob hoc Paganum vocatum baptizavit, et eum nomine suo vocavit Abraham.* Diploma A. MXCVI. in Tabul. S. Martini Paris. *Vir quidam egregius et Miles strenuus, Paganus appellatus, a Baptismate Walterius.* Sed an Pagani vox Slavorum propria fuerit, eamque ab illis Latini hauserint, iure controverti potest, cum longe ante Slavorum auditum nomen usurpent Scriptores Christiani, etsi in confesso sit ante Constantinum M. et Constantium vix usurpatum hac notione pro Gentilibus et Idololatris, ut pridem observatum a Baronio in Not. ad Martyrol. C

Χιμάρας] Chimera, urbs maritima Epiri, in Ceraunniis Plinio, haud procul a Corcyra Insula, hodie *Chimara.* Vide Leunclavii Pand. N. 220. Pag. 368. C

Τοῦ Βάρεως] Brundusio solvisse Boemundum scribit praeter Albertum Aq. et Fulcherium vetus Scriptor Tom. 4. Rer. Francic. pag. 94. Pag. 369. D

Τοῦ Αὐλῶνος] Fulcherius lib. 2. cap. 36. *Eo siquidem anno* (MCVII.) *postquam Boemundus de Galliis regressus est,* D

congregata gente quantumcumque potuit, in portu Brundusio, qui est in Apulia, classem suam paravit, qui cum tempus ad transfretandum expectasset opportunum, VII. *Id. Octob. naves ingressi Bulgariam navigaverunt, et Avalonis portum occupaverunt.* Eadem habent Albertus Aq. lib. 10. cap. 38. et Autor Hist. Hieros. A. MCVII. apud quem perperam irrepsit *Ascalone* pro *Avalone.* Adde Rob. de Monte An. MCVII. et MCXIX.

Pag. 370. A *Ἀπὸ τῆς Θοίλης*] Anglos intelligit, quos Boemundo tunc meruisse scribit. Videtur tamen innuere Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 316. cavisse Anglorum Regem, ne ex Anglia educeret milites Boemundus: *Qui antequam Gallias attingeret, Legatos suos in Angliam direxerat, et de adventus sui causa in Ausoniam Regi mandaverat, et quod ad curiam eius transfretare vellet, insinuaverat. At contra providus Rex metuens ne sibi electos Milites de ditione sua subtraheret, mandavit ei ne discrimen hybernae navigationis subiret, praesertim cum ipse Rex in Neustria ante Azymorum celebria transfretaret, ibique satis secum colloqui valeret, quod et ita factum est.* Certe Rotomagum venisse Boemundum autor est etiam Eadmerus.

C *Κεῖται*] Vide Notata ad pag. 99.

C *Πρὸς τοὺς Οὐέτονας*] Novum, opinor, et hactenus inauditum gentis nomen nobis aperit et obtrudit Anna, quam diserte oras Dalmaticas incoluisse innuit, dum ait Dyrrachinum tractum, qua Orientem et Septentrionem spectat, *Wetones*, seu *Oüetones*, barbaros qui terram incolebant Apuliae e diametro respondentem, ubi et sinus Adriaticus traiici solet, vicinos habuisse et conterminos. Quo verborum circuitu Narentanos indubie Piratas intellexit, qui eo aevo Mare Adriaticum et Mediterraneum incursabant, Graecis perinde ac Venetis infestos. Quod et testatur Anna lib. 14. ubi dum Graecanici Imperii hostes recenset, qui parentem lacessebant undique, Scythas nempe a Septemtrione, Gallos ab Occidente et Saracenos ab Oriente, haec subdit: *χωρὶς τῶν ἀπὸ θαλάσσης κινδύνων, ἄνευ τῶν θαλασσοκρατούντων βαρβάρων, ἄνευ τῶν πειρατικῶν ἀναριθμήτων νηῶν, ἃς ἡ Σαρακηνῶν ἐτεκτόνησε μῆνις, ἃς ἡ τῶν Οὐετόνων συνεπλέξατο πλεονεξία καὶ κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας δύσνοια.* Erant porro Narentani ex gente Slavorum, (unde Barbaros vocat Anna) eamque Illyrici oram insederunt, quam Paganiam vocat Constantinus Porphyr. de Adm. Imp. cap. 29. et 37. in qua sitam refert *Arentam* urbem, *Naronam* dictam Plinio lib. 3. cap. 20. Aethico, Tabulis Peutingeri et Vatinio in Epist. ad Cicer. demum *Narentam* nuncupatam, ut autor est Volaterranus

lib. 8. de qua Salmasius pluribus ad Vopiscum pag. 479. Hanc autem occupasse aiunt Sclavos, cum a Longobardis Italia, quam ingressi erant, exacti, regnante Arioaldo Rege, uti narrat Paulus Warnefridus lib. 4. cap. 46. Liburnicas et Dalmaticas regiones maritimas ipsumque oppidum Narentanum pervaserunt, vel certe paulo ante, quod innuere videtur D. Gregorius lib. 8. Epist. 36. ubi viribus adeo sunt in immensum aucti, ut vicinis terrori essent, maria latrociniis. continentem terrestribus infestarent Expeditionibus; et quod mirandum in modica, ut perhibent, gente, de Adriatici pelagi dominatu cum Venetis per CLXX. annos decertaverint, atque iis non semel deletis et profligatis, tributum imperaverint, quo Dalmaticum littus negotiatores Veneti tuto et impune navigarent, quod passim narrant Orbinus, Sabellicus, Petrus Iustinianus, Blondus, Paulus Morosinus, Ioannes Lucius lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 3. 4. et alii rerum Venetarum Scriptores. Varias autem Narentinorum maritimos et terrestres incursus et excursus sub Alexii tempora recitat Petrus Luccarus lib. 1. Annal. Ragusinor. At unde Narentani Slavi *Wetones* appellati sint, plane incertum, cum inter tot quae a Scriptoribus recensentur Slavicarum Gentium nomina, nullum occurrat fere, quod ad id vocabuli accedat. Neque enim a *Winitis*, quos et *Winedos* et *Winetes* dictos constat, Slavica Gente populosissima, quae, ut autor est Helmoldus lib. 1. cap. 6. et 15. Hamburgensem in Germania tractum incoluit, affirmare ausim appellatos; ita ut *Wetones* vocati sint, quasi *Wenetones*, cum in eiusmodi dubiis incertae sint plerumque admodum divinationes. Longobardos vero ipsos Winitos et Winidos antea dictos scribit Warnefridus. De Sclavorum porro in Adriatico mari latrociniis agit Ludovicus II. Imp. apud Baron. An. DCCCLXXI. 73. Sed et Anastasius Bibliothecarius in Notis ad Actionem I. Octavae Synodi *Exdavenos* videtur appellare Piratas istos Adriatici maris, vocabulo haud multum abludente ab *Wetonibus* Annaeis: etsi in eo forte mendum subsit. Ita ille: *Missi vero Sedis Apostolicae a Dyrrachio simili modo navim ingressi Anconam petebant: sed Exdavenorum Piratas incurrentes omnia quae possidere videbantur, penitus amiserunt.*

Δρίμονι] Drymon Dalmatiae fluvius, qui olim Drinus et Drinius, hodie *Drino*, ad Elyssum in mare Adriaticum evolvitur. Pag. 371. A

Λιχνίτιδος λίμνης] Vibius Sequester: *Drinus a palude Lignisti abluens Scodram oppidum Illyricorum. Λιχνιδία* dicitur Polybio, *Λίχνιτος* Stephano, *Λίχνηδος* Nicephoro Call. hodie *Lago di Locrida* ab Achride oppido vicino, Lichnido olim nuncupato, uti notatum ad pag. 109. B

B *Ἀπὸ Μόκρου*] Achridem, seu urbem, vel paludem oppido adiacentem, a Mocro Bulgarorum Rege appellationem sumpsisse docemur ex Anna. At Theophylactus Epist. 65. in qua Boemundi irruptionem in Illyricum narrat, tractum Achridensi regioni, vel urbi, conterminum, *Μόκρον* appellatum testatur hisce verbis, quae ideo hic damus, quia egent explicatione: *Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἀχρίδα πάντα φόβου μεστὰ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Μόκρου μέρος (ὁ δὲ Μόκρος τῆς Ἀχρίδος τμῆμα) παρὰ τοῦ δούλου καὶ ἀποστάτου λελήϊσται. ἡ δὲ Βάγορα (ὄρος δὲ αὐτὴ παμμέγα, καὶ τοῖς Βουλγαρικοῖς καὶ Ἀρβανιτικοῖς ὄρεσι μεσιτεῦον) παρὰ ἀντάρτου φυλάττεται, καὶ συνόλως εἰπεῖν, πάντη κακὸν κακῶς ἐστήρικται.* Quippe Boemundus describitur, qui Alexio fidem et clientelam cum sacramento professus erat, eoque posthabito, in Imperatoris fines, Apostata et foedifragus factus, irruperat. Addit posthaec Imperatorem accepto irruptionis nuntio misisse in Illyricum sororium suum Michaelem Ducam Protostratorem, qui collectis militibus, Boemundi conatibus obsisteret, quod silet Anna: *Ὁ γάρ τοι πανσέβαστος Σεβαστὸς καὶ Πρωτοστράτωρ Κύριος Μιχαὴλ παρὰ τοῦ Βασιλέως ἐστάλη ἐφ' ᾧ συλλέξαι τε ἄνδρας, καὶ τῷ καθάρματι ἀντιτάξασθαι* etc. Porro *Bagora* mons apud Theophylactum idem ille est, qui *Bagulatus* dicitur Fulcherio lib. 1. cap. 3.

C *Ἂς γεφύρας*] Mendum indubie hisce subest verbis, nemo enim pontis nomine donari fossas credat. Repono igitur, ut supra pag. 135. *ἃς στρουγὰς ὀνομάζομεν.*

C *Δεύρην*] Meminere istius oppidi Scylitzes pag. 745. Cantacuzenus lib. 2. cap. 25. et Barletus lib. 8. de Gest. Scanderbegi. Nec scio an idem cum Deuritza, de qua eodem libro Cantacuzenus cap. 20. Extat Epistola Theophylacti inscripta *τῷ Ἐπισκόπῳ Δέβρης*, quae est 67. ex Meursianis.

Pag. 372. B *Τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος*] Romanae fuisse consuetudinis calceos soleis mutare, cum accumberent mensae, pridem observarunt Benedictus Balduinus nostras in Calceo antiquo et mystico cap. 11. et Salmasius ad Hist. Aug. pag. 55.

IN LIBRUM XIII. ALEXIADIS NOTAE.

Pag. 376. A *ΕΠΙΝΕΜΗΣΕΩΣ πρώτης*] 1. Novemb. A. M. iuxta Graecos VIMDCXVI. Chr. MCVII.

A *Γεράνιον*] Occurrit hic locus apud Codinum in Origin. CP. pag. 31. Edit. Meursianae.

A *Ἐρυθροβαφῆ*] Imperatorum et Regum tentoria purpurei fuisse coloris ostendimus ad Villhard. N. 127. Vide Chron. Rotomag. apud Labeum An. MCCCXL.

Τὸ σύνηθες θαῦμα] Multa olim in Blacherniana Aede, B
ad *Ἁγίαν Σορὸν*, patrata miracula autor est Theodorus Presbyter Orat. in Depositionem Vestis Deiparae: *πᾶσα μὲν νόσος καὶ πᾶσα λύπη καὶ πᾶσα κατήφεια λαμβάνει τὴν ἴασιν.* et Codinus in Orig. CP. pag. 48. Edit. Reg. ubi de hoc Templo: *πολλῶν γινομένων θαυμάτων καὶ ἰάσεων ἐν αὐτῷ.* At de consueto isto miraculo nihil occurrit, quod sciam, apud Scriptores; nisi forte eo referendus sit Michaelis Pselli *λόγος ἐπὶ τῷ ἐν Βλαχέρναις γεγονότι θαύματι*, cuius meminit Leo Allatius in Diatriba de Simeonibus: vel miraculum illud sit, quod Eleusius in vita S. Theodori Syceotae Episcopi Anastasiopolitani commemorat, apud Surium 22. April. de lucerna perpetuo ardente in Deiparae Aede Constantinopolitana, ita ut Aedes ista Blacherniana fuerit. Narrat D. Aug. lib. 21. de Civitate Dei fuisse in quodam Veneris Templo candelabrum, quod lucernam haberet ardentem sub divo, quae nulla tempestate vel imbre posset extingui. *Sed et a multis habemus compertum*, subdit Gervasius Tilleberiensis Decis. 3. de Otiis Imperialib. cap. 4. *quod sunt cerei, quos refert antiquitas cum Christo a Beata Virgine praesentatos in Templum, qui sine consumptione, lucendique intermissione perpetuo lucent.* Ex quibus patet *τὰ συνήθη θαύματα*, seu consueta miracula appellari, quae omni die et semper, vel in quibusdam occasionibus, aut etiam quotannis, certis diebus, aut Divorum recurrentibus festis operari solet Deus ad Sanctorum gloriam, seu Templorum in quibus adoratur, vel ii coluntur, sanctimoniam publicandam. Eiusmodi vero miraculorum cunsuetorum duae species sunt: *Aliud enim est*, inquit idem Tilleberiensis, *Miraculum, aliud Mirabile, etsi utriusque finis sit admiratio. Porro Miracula dicimus, quae praeter naturam divinae virtuti adscribuntur, ut cum Virgo parit, cum Lazarus resurgit, cum lapsa membra reintegrantur. Mirabilia vero dicimus, quae nostrae cognitioni non subiacent, etiam cum sint naturalia. Sed et Mirabilia constituit ignorantia reddendae rationis quare sic fit.* Mirabilibus igitur adscribendum quod Iosephus lib. 7. de Bello Iudaico cap. 24. et Plinius lib. 31. cap. 2. de Sabbatico flumine, quod die tantum Sabbati fluebat: Autor Itinerarii Hierosolymitani de Piscina Siloae, Arnoldus Lubecensis lib. 7. cap. 10. de quodam puteo, et alii alia similia commemorant. E contra Miraculum consuetum dici potest illud quod Adamnanus lib. 1. de Locis Sanctis cap. 17. Beda, Belethus cap. 51. Leo Ost. lib. 3. cap. 30. Willelmus Malmesb. lib. 4. Albericus An. DCCCCLX. et MXCIX. Anonymus de Locis Hiefos. cap. 1. Autor vitae S. Severi Episc. Ravennatis et alii passim tradunt

de divino igne et caelitus emisso, quo ad sanctum Christi sepulchrum appensae lampades Magni Sabbathi die accendi solebant sub horam vespertinam. Eiusdem perinde generis sunt ea quae referuntur a Paschasio Episcopo Lilybitano de Miraculo in Paschate fieri solito in Sicilia, Euagrio lib. 2. cap. 14. de Stella quae in Templo S. Simeonis Stylitae die eius festo visebatur, Sanuto lib. 3. part. 14. cap. 34. de D. Ioannis Bapt. Reliquiis, Tilleberiensi part. 3. cap. 8. de Fonte Baptisterii Terdonensis, et cap. 49. de Vexillis apparentibus in die festo S. Constantini in Taurinensi Dioecesi. Denique eiusmodi sunt miracula, quae a Scriptoribus passim describuntur, Gregorio Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 24. 31. 32. 69. 74. 83. 103. lib. de Gloria Confess. cap. 51. 69. lib. 5. Hist. Fr. cap. 17. lib. 6. cap. 45. lib. 10. cap. 22. Philippo Eystetensi in vita S. Willibaldi cap. 33. 34. Ioanne Moscho in Prato Spirit. cap. 214. et 215. Bolando in Ianuario Tom. 2. pag. 1159. Buzelino in Gallofl. lib. 1. pag. 85. et aliis.

B *Ἰωάννην Ταρωνείτην*] Alterum et diversum a Ioanne Taronita Alexii Imp. ex sorore nepote, quique bello Dux eximius fuisse ab Anna perhibetur. Istius vero dotes praecipuae Legum fuere scientia et eloquentia, officium autem Secretariatus a quo ad *ἐπάρχου*, seu Praefecti urbis dignitatem promotus est ab Alexio, dum Choerebacchis ageret, qua paulo ante functum Xerum scripsit. Proinde illum esse arbitror Ioannem Taronitam, qui *Σεβαστὸς*, *Δικαιοδότης* et *Ἔπαρχος* dicitur in sententia depositionis Cosmae Patriarchae, cui interfuit A. MCXLIV. apud Allat. lib. 2. de Eccl. Occid. et Orient. perp. consens. cap. 7.

D *Ψύλλον*] *Ipsola* videtur Sophiani, ad fluvium Marizam.

D *Ἀρωνίους*] Aroniorum, seu Aaronum, Familiae Constantinopolitanae perillustri originem dedit Aaron, quibusdam Araon dictus, Bulgariae Princeps, quem Mocrus, seu Samuel, illius successor, interfecit. Extincto quippe Araonis filio Ioanne Sphendosthlavo, seu Wenceslao, qui caeso Gabriele Samuelis filio Regnum Bulgariae occupaverat, Achridem et alias quasdam urbes Basilio Porphyrogenneta expugnante perdiderat, Maria uxor cum liberis sese, et quas reliquas adhuc possidebat urbes, eidem Basilio certis conditionibus tradidit, quo pacto universa Bulgaria in Byzantini Imperatoris potestatem concessit. Ioannis filius primogenitus Prusianus Magister appellatus est; postea a Romano Argyro, quod cum Theodora, Zoes Augustae sorore, occulta agitare deprehensus esset consilia, oculorum adempto usu in carcerem coniectus est. Alter Aaron, seu Araon, dignitate Vestes, a Monomacho Aug. Baaspracaniae Praefectura donatus,

bellis ibi praeclare gestis inclaruit. Ab isto igitur Araone originem duxit nobilis Aroniorum familia.

Φάμουσα] Glossae verb. Iur. *φαμούσοις λιβέλλοις, περὶ ἀνωνύμων βιβλίων τῶν δηλούντων φλυαρίας, φάμουσος. ἄτιμος, ἀνώνυμος.* Vide Salmasium ad Histor. Aug. pag. 71. Pag. 377. B

Ἐπὶ τραπέζης] Prafectus mensae Imperatoris, dignitas Palatina, de qua Codinus de Offic. cap. 5. N. 33. cap. 7. N. 21. 23. 30. 33. Constant. Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 51. Pachymeres lib. 4. cap. 28. et alii. D

Τοῦ Ἀνθρώπου] Qui supra *οἰκέτης*. Est etiam *ἄνθρωπος* Constantino Porph. et Codino famulus. Galli *homme* dicimus eadem notione. Symmach. lib. 2. Epist. 54. *Utor in ea re testimonio hominum tuorum, qui dudum sibi Epistolam traditam tabellarii vitio distulerunt.* Pag. 378. B

Μετὰ βαρυτάτου στόλου] Fulcher. Carnot. lib. 2. cap. 26. *Habebat quidem Dominus Boemundus* V. *millia Militum et* LX. *millia peditum.* Albertus Aq. lib. 10. cap. 39. *Erant illi* XII. *millia equitum pugnatorum et* LX. *millia peditum virorum bellatorum.* Anonymus Barensis, *A.* MCVIII. *Indict.* I. MCVIII. — *deinde perrexit ad portum Brundisinum cum* XXXIIII. *millia inter equestres simul et pedestres, et Naves magnae vel parvae* CC. *et* XXX. *Galeae.* Pag. 379. D

Ἐπιδάμνου] Fulcherius: *Qui cum tempus ad transfretandum expectassct opportunum,* VII. *Id. Octob. naves ingressi Bulgariam navigaverunt, et Avalonis portum applicuerunt, et Avalone citissime capta, Duratium urbem adeuntes* III. *Id. Octob. obsederunt.* Anonymus Barensis, *decimo die intrante Octob. transfretavit pelagus, devenitque in ipsa Valona, intravit in ea pacifice, similiter et ipsa Canina, deinde perrexit Durachio, et obsedit ea, nec potuit capere, fecit pacem cum Imperatore.* Pag. 380. A

Ἔαρος] A. MCVIII. B

Ποταμοῦ Διαβόλεως] Macedoniae fluvius, qui *Diabolus* dicitur Willelmo Malmesburiensi lib. 4. de Gest. Angl. pag. 136. *Multi in vado, quod pro rapiditate Diaboli dicitur, intercepti.* Guillelmus Apuliensis: C

Dux hac digressus ab urbe,
Pervenit ad quemdam, cui nomen Divalus, amnem.

Daemoniorum fluvium vocat Malaterra lib. 3. cap. 27. ***Daemonis flumen*** Fulcherius lib. 1. cap. 3. ***Itaque Bulgarorum regiones per montium praerupta et loca satis deserta transivimus, Daemonis ad flumen convenimus omnes, quod sic ab incolis terrae vocitatur, et merito: vidimus enim in illo flumine diabolico, quamplures, dum vadare pedetentim sperabant,***

torrentis impetu diro, quod nullus cernentium iuvare poterat, mersu repentino perire. Fluvii istius fontes haud procul ab Achridis palude, ubi oppidum Diabolis, vel Deabolis, de quo supra egimus, et a quo nomen sumpsit, statuit Sophianus, qui inde in sinum Thermaicum effluit.

C *Χελώνας*] *Χελώνας χωστρίδας* habet Onosander cap. 42. *χριοφόρους* descripsit Athenaeus Mechanicus apud Turnebum in Advers. et Rigaltium ad Onosandrum. Vide Lipsii Poliorcetica.

Pag. 381. D *Σφοδρῶς ὠθοῦντες*] Robertus Mon. lib. 7. *Praecipiuntur fieri arietes, ferratae scilicet trabes, quae manibus militum funibus appensae et tractae in murum impellerentur, et sic crebris earum percussionibus muri destruerentur.*

Pag. 382. A *Οἱ περὶ τὰ Γάδειρα*] Arietem, machinam oppugnatoriam, in obsidione Gadium a Carthaginensibus repertam scribunt Vitruvius lib. 10. cap. 19. et Athenaeus Mechan. Plinius inventionem tribuit Epeo ad Troiam lib. 7. cap. 56.

D *Ἀσπάλακες*] Hinc machinae ad suffodiendos muros *Talpae* dictae Tudebodo lib. 3. Giloni Paris. lib. 5. et Gotefrido Viterb. in Frider. I. interdum *Scrofae*, ut Fulcherio lib. 1. cap. 4. et 18. Tyrio. 3. cap. 5. lib. 8. cap. 6. lib. 17. cap. 14. lib. 18. cap. 19. Autori Gest. Franc. Expugn. Hier. cap. 25. *Sues* Galberto Notario in vita Caroli Comit. Flandr. N. 96. *Truies* Froissarti 2. vol. cap. 2. 102. *Troiae* Turpino, apud quem frustra Meursius restituendum censet *Stoae*. Guntherus lib. 2. Ligurini:

Quae levibus subiecta rotis, aut fraude latenti
Suffodiat validos, aut pulset turbine muros.

A Talpis *Talparii* dicti Fossores et Cunicularii apud Monachum Altisiod. A. MCLXXXVIII. *Habebat quippe quosdam artifices, quos Fossores, vel Talparios vocant, qui ad modum Talpae subterranea fodientes quaslibet murorum et turrium firmitates ferramentis validissimis perrumpebant.*

Pag. 383. A *Χελώναις ἀκροστέγοις*] *Στοαῖς, Galeries.* Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Testudo texitur, ut sub
Illis tuta latens muri queat ima subire
Fossor, et erectis ipsum succidere parmis.

Vide Vitruvium lib. 10. cap. 12.

A *Στύλοις τισίν*] Lignis et trabibus, quibus exustis tota quae imminebat cavatae terrae congeries dissolveretur et rueret: qui erat cuniculorum effectus. Vide Cinnamum lib. 4. N. 11. Albertum Aq. lib. 2. cap. 36. Tudebodum lib. 2. pag. 781.

Tyr. lib. 3. cap. 10. lib. 13. cap. 11. Rigord. A. MCXI. Willel. Briton. lib. 2. pag. 115. Tactica Ducis Clivens. pag. 57. 119. Hist. Arturi Ducis Brit. pag. 94. etc.

Ἀπό τε τῆς πεύκης] Albertus Aq. lib. 2. cap. 36. *Faculas ardentes cum pice et adipe iactant super machinam.* B

Πύργος ξύλινος] Eiusmodi ligneae turris descriptionem sic repraesentat Robertus Monachus lib. 7. *Facta est lignea turris, lapideis turribus satis altior, et machinis omnibus quae introrsus erant eminentior. Habebat autem tria solaria, quae erant bene scutis et trochleis praemunita. In duobus superioribus erant loricati cum telis et sudibus et sagittis et lapidibus et pilis et facibus. Subtus erant nihilominus armati, qui rotas impingebant, super quas ipsam turrem constituerunt.* Ubi *Solaria*, seu Tabulata, vocat Robertus, quae *στέγας* Anna, proprio vocabulo: nam et inde *Tristegae* dicuntur turres, quae tribus constant Solariis, apud Sugerium in Lud. VII. cap. 10. et Will. Britonem lib. 4. et 7. Philipp. *Stationes* vocantur in Epist. Bald. Imp. CP. de Expugnatione Constantinopoleos. Describuntur praeterea eae turres, quas *Phalas* et *Berfredos* interdum appellant, a Guiberto lib. 6. cap. 18. Tyrio lib. 8. cap. 15. 18. lib. 20. cap. 16. Anonymo in Hist. Hierosol. pag. 1168. Vegetio lib. 4. cap. 17. 18. Vitruv. etc. Vide Notas nostras ad Ioinvillam. Pag. 384. B

Πανουργίαν] Ordericus Vitalis lib. 9. de Alexio: *Erat enim callidus et facundus, largus et fallendi artifex ingeniosus.* Pag. 387. A

Τὸν ἐκ Νεαπόλεως Μαρῖνον] Evocavit Alexius Marinum Neapolitanum, uti appellatur pag. 400. qui tum in castris aderat, non e Neapoli, quod velle videtur eruditus Interpres. Erat ille, ait Anna, ex genere *τῶν Μαϊστρομιλίων*, vel potius *Μαϊστραμίλτων*, hoc est, ex familia Principum, qui Neapoli in Italia dominabantur eo aevo, *Magistri militum* nuncupati, quae suprema tum fuit in urbe dignitas, qua olim insignis erat qui Neapolitano tractui praeficiebatur ab Imperatoribus Constantinopolitanis, ut qui Militiae Italicae Dux esset, et *Στρατηλάτης*, id est, *Magister militum*, uti hocce vocabulum interpretantur Latini Scriptores. Constantinus Porph. de Adm. Imp. cap. 27. de Ducibus Neapolitanis scribens: *ἰστέον ὅτι ὁ Μαϊστρομέλης ἑρμηνεύεται τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ Κατεπάνω τοῦ στρατοῦ.* Magistri isti militum Neapolitanum posthaec sibi asseruerunt dominatum, excusso Graecorum Augustorum iugo, retenta nihilominus dignitatis appellatione, uti passim observare est ex Gregorio M. PP. lib. 7. Indict. 2. Epist. 75. Ioanne Diacono Neapol. in Chron. B

Episcop. Neapolitan. Erchemberto cap. 26. 27. etc. Petro Damiano Card. lib. 1. Epist. 9. Authore Chronici S. Vincent. de Vulturno lib. 3. Alexandro Abbate Celesino lib. 1. 2. 3. et 4. Leone Ost. lib. 2. cap. 59. et 62. et aliis. Erat autem hac tempestate Sergius Princeps Neapolitanus, quem origine et natione Graecum fuisse testatur Rogerius Siciliae Comes in diplomate, quod extat apud Sur. 6. Octob. cuius etiam crebra apud Abbatem Celesinum occurrit mentio, apud Falcon. Benev. A. MCXXXVII. et in Chron. Casin. lib. 4. cap. 89. qui quidem Sergius ultimus fuit e Neapolitanis Ducibus; huic enim successit Rogerius Siciliae Comes. Magistrorum Militum Neapolitanorum seriem et genealogiam habet Capaccius lib. 1. Hist. Neapol. et ex eo Ughellus Tom. 6. Ital. Sacr. p. 113. Porro *Marinus* iste Annaeus ille idem est, ni fallor, qui subscribit Diploma Rogerii Ducis Apuliae, Calabriae et Siciliae A. MXCIII. pro Ecclesia Cusentina, apud eundem Ughellum in Ital. Sacra Tom. 9. hisce verbis: *Ego Marinus Imperialis Magister atque Stratigo.* Ex quibus patet Magisteriam dignitatem ab Alexio et aliquam Praefecturam obtinuisse. Certe Sebasti dignitate ab Anna infra donatur p. 416.

B *Ῥογέρην*] V. notata ad pag. 34.

Pag. 388. A *Ὅτε Ἰδὼς*] vetus Scriptor in Philippo Rege Fr. *Guido autem frater Ducis post tempus breve in langorem incidit, ita ut distitutus omnibus membris ad extrema duceretur. Ascito denique fratre, orat ut parcat quae in ipsum peccasset. Interrogante quae essent commissa, confessus est Imperatorem sibi filiam suam spopondisse cum Dyrrachio et aliis donis: saepius urbem vi aut deditione subactam nisi cives retardasset suo animatos consilio etc.* Consentit Ordericus lib. 11. p. 823. 824. *Magnanimus Dux multimodis conabatur oppidum expugnare, sed impediebant qui maxime debuissent illum adiuvare. Guido enim frater eius et Robertus de Monteforti, in quibus confidebat prae caeteris, fraudulenter conversi erant ad partes Imperatoris, et excaecati ab eo, missis ingentis pecuniae xeniis, sed callide frustrabantur molimina sui Principis etc.* Ex quibus patet, non confictas fuisse ab Alexio Epistolas, quo Comites suspectos Boemundo redderet, sed re vera iis ad defectionem sollicitasse Guidonem et alios proceres.

A *Κονβερσιάνος*] Conversanum forte Comitem intelligit Anna: floruit autem sub Normannis Apulis *Triscamus* Conversani Comes, cui ex bello quaesitis in sortem *Monspilosus* obtigit, uti narrat Leo Ost. lib. 2. cap. 68. Ille idem, ni fallor, quem Malaterra lib. 1. cap. 39. lib. 3. cap. 34. filiam

Tancredi, Guiscardi sororem duxisse uxorem scribit. Ex iis nuptiis prodiere *Gaufredus* Conversani Comes, *Guiscardi* ex sorore *nepos* dictus Orderico Vitali lib. 7. pag. 645. et *Robertus* Comes Montiscaveosi, de quo Willelmus Apul. lib. 3. pag. 31. b. 33. b. Gaufredus in Rescripto Rogerii Apuliae Ducis et Boemundi fratrum A. MXC. Apud Baronium *Comes Cupersanus* nuncupatur. Interfuit ille morti Guiscardi, uti narrant idem Ordericus lib. 10. pag. 780. et Willelmus Gemeticensis lib. 8. cap. 14. et Coenobium in urbe Cupersanensi a fundamentis extruxit, ac bonis ditavit. Gaufredi filiam *Sibyllam* uxorem duxit A. MC. Robertus Normanniae Dux, cum ab Hierosolymitana Expeditione rediret. Gaufrido alii praeterea extitere liberi, *Guillelmus* nempe Conversani Comes, *Robertus*, *Tancredus de Conversana*, qui in Rogerium Siciliae Comitem et Regem bellum movit, de quo Abbas Celesinus lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 21. 33. 46. Ordericus lib. 13. pag. 898. et Diploma Constantiae Principissae Antiochenae A. MCXVII. apud Ughell. Tom. 7. pag. 868. Praeterea *Alexander*, cuius Diploma A. MCII. pro Barensi Ecclesia extat apud Ughell. Tom. 7. Ital. Sacr. pag. 863. in quo *Comes Cupersanensis* nuncupatur. Interfuit etiam Alexander iste donationi Boemundi II. Principis Antioch. factae Abbati S. Anastasii Carbonensi A. MCXXVI. Apud Paulum Aemilium Sanctorium in Hist. Monast. Carbon. Descripsit praeterea idem Ughellus in Archiepisc. Barens. aliud Diploma *Roberti* Conversani Comitis A. MCXI. Indict. 4. qui Alexandri Comitis forte frater fuit. Denique alterius *Alexandri de Conversana*, qui Manueli Imp. meruit A. MCLXVIII. et MCLXX. W. Tyrius meminit lib. 20. cap. 14. lib. 21. cap. 16. Iam vero ut Conversanum aliquem, seu Alexandrum Comitem, seu Alexandri fratrem intellexisse Annam putem, facit *Κομερσιάνου* nomen, quod haud multum abludit a *Cupersano*, qua appellatione vocantur hi Comites in veteribus Tabulis. Occurrit etiam, ne id dissimulem, nobilis Normannus alter in eo Diplomate A. MCII. de quo supra, cuius nomen, aut dignitas, *Κομερσιάνου* appellationi Annaeae satis videtur convenire. Sic autem illius initium concipitur, uti editum est ab Ughello: *Nos Alexander Cupersanensis Comes, et Canc. Capersi, et Gavus Cantazarii Comes, et Robertus Grumi, iuramus ex praecepto et voluntate Domini nostri Rogerii Siciliae et Italiae Regis* etc. Quis autem ille *Canc. Capersi*, fateor mihi esse plane incognitum.

Ῥιχάρδος] Quis iste Ricardus Annaeus haud constat. A Tres potissimum hoc nomine sub haec tempora bellis Hierosolymitanis interfuisse tradunt Scriptores, Ricardum Praefec-

tum Maresch, alterum filium Marchisi, Tancredi fratrem, tertium *de Principatu* ,cognominatum, cuius hic Anna meminit. Unde lubens in eam sententiam irem, Ricardum hunc eumdem esse cum Ricardo de Principatu, ita ut ex viri nomine appellativo et cognomine binos fecerit, nisi quatuor in conspiratione illa Comites fuisse assereret. Proinde Ricardus, si alius fuit a *Principato*, aut ille est, quem infra Hugonis fratrem nominat, qui in praelio navali captus est a Cantacuzeno, aut Ricardus Comes Andriae, qui una cum Boemundo rescriptum Rogerii Apuliae Ducis pro Bantino Monasterio subscribit apud Baron. A. MXC.

A *Πριγκιπάτος*] Idem qui foedus Alexium inter et Boemundum ex parte Alexii subscripsit, ad quem cum Willelmo Clareto transfugerat, pecunia et blanditiis Imperatoris corruptus, ut infra narratur. Ricardum hunc *Principem Salerni* de genere Normannorum et proximum Boemundi et Tancredi fuisse scribit Albertus Aq. lib. 3. cap. 15. lib. 7. cap. 28. Robertus Mon. lib. 1. *Principem* vocat. Baldricus lib. 1. et Tyrius lib. 2. cap. 13. lib. 3. cap. 17. 24. *de Principatu* cognominant. Guibertus denique lib. 3. cap. 2. et 9. *de Prima civitate*, quibus verbis reddidisse Italicum videtur *de Princittà;* nam et *Ῥιντζάρδον τὸν Πριντζίπαν*, (nisi mendum subsit, legendumque sit *τὸν Πριντζίπαν*) sese ipsemet videtur appellare in praedicto foedere. Ricardum Willelmi cognomento Ferrebrachii, Roberti Viscardi fratris primogeniti filium perperam facit Tyrius, cui imposuit Willelmi Ricardi patris nomen. Nam Ferrebrachius absque liberis extinctus est, ut autor est Malaterra istius saeculi Scriptor. Fuit vero Ricardus filius Willelmi alterius, Capitanatae Comitis, Wiscardi perinde fratris, qui a fratre Umfredo Principatus Comes creatus est, liberosque aliquot superstites reliquit, ut constat ex Malaterra, quos inter, praeter Ricardum, fuit *Robertus* Comes Principatus, pater Guillelmi, qui in Charta A. MCI. pro Monasterio S. Trinitatis Venusino, *Gulielmus Comes Principatus, filius bonae memoriae Roberti Comitis de Principatu* inscribitur apud Ughellum Tom. 7. Ital. Sacrae pag. 222. Guillelmus vero pater fuit Nicolai Comitis Principatus, qui suo Diplomate A. MCXXXI. in quo cognatus Rogerii Regis Siciliae dicitur, multa beneficia contulit Cavensi Monasterio. Idem Nicolaus in aliis Tabulis An. MCXLI. sese *Comitem de Principatu et Guillelmi Comitis haeredem* nuncupat. Extant illae apud Ughellum eodem Tomo pag. 562. in quibus meminit Guillelmi Comitis fratris sui. Ex Willelmo praeterea Roberti Guiscardi fratre prodiit Ranulfus, qui cum fratre in Expeditionem Hierosolymitanam profectus

est, de quo Baldricus lib. 1. et Petrus Diac. lib. 4. Chronic. Casin. cap. 11. Denique filia elocata a Wiscardo patruo, Dominico nobili Veneto in mercedem proditi Dyrrachii. Vide Malat. lib. 1. cap. 15. 24. 31. 32. lib. 3. cap. 28. Ricardi filius fuit Rogerius Antiochiae post Tancredum Princeps. Sed de Gulielmi Comitis Principatus posteris agimus fusius in Familiis Normannicis.

Τὰ πεμπόμενα βιβλία] *Βιβλίον* pro *γραμματεῖον*, seu *Tabellis* usurpari annotant Grammatici; Suidas, *βιβλίον, ἐπιστολή*. Sic Themistius Orat. 14. Epistolam Constantii ad Senatum *βιβλίον* vocat. Vide Cinnamum lib. 5. N. 10. sub finem. Hic vero *Schedulam* significat, quam inde *billam* appellant Scriptores aetatis mediae. Willelmus Thorn. cap. 41. *Porrectae fuerunt billae et petitiones Domino Regi. Billa excusatoria* apud *H. de Knighton* A. MCCLXII. Hinc *Billeta* in Monast. Anglic. Tom. 1. pag. 654. nostris *Billet*. Spelmannus a Saxonico *Bille* deducit, Somnerus ex *Libellus* corruptum putat: ego ex *βιβλίον*. D

Κονοσταύλους] Comites Stabuli vulgo Franci vocant supremos exercituum Duces. Marbodus Diaconus, postmodum Episcopus Redonensis, in vita S. Licinii Episcopi Andegavensis: *Factum est ut a Rege flagitantibus cunctis Tribunus militum crearetur, qui nunc more nostro Comes Stabuli nuncupatur*. Vide Duchesnium in Hist. Gentis Monmorenciacae. At *Κονοσταύλων* vocabulo innuit hoc loco Anna non totius exercitus Praefectos, uti hodie vox ista usurpatur, sed Centuriones, et quos Tactici *Τουρμάρχας, Δρουγγαρίους, Κόμητας, Κεντάρχους* vulgo nuncupant, notione apud Gallos istius aevi passim recepta. Willelmus *Guiart* A. MCCCIV. Pag. 389. C

Et chascun suit son Connestable.

Hinc *Conestablie* pro cohorte, seu turma militari, apud eumdem non semel. A. MCCV.

Des Reaus ot cinq Conestablies.

Idem A. MCCXCVI.

Tuit se queurent apareillier
Par diverses Conestablies,
Li grant Seigneur et leur mesnies.

Froissartes 2. vol. cap. 67. *Et les sachées de Pain furent departies par Conestablies.* Et cap. 142. *Ils s'estoient tous partis par Conestablies.* Vide Litletonem Sect. 379. et ibi Cokum et Monstrelet. 1. vol. cap. 195. Nec alia notione Duces Francorum, qui in Palatina custodia militabant, *Κονοσταύλους* vocabant Byzantini, ut qui erant Capitanei Francicae cohortis, Palatii et Imperatorum custodiae addictae,

Capitaines des François, quod ita Centuriones et Turmarum militarium Praefecti apud Gallos indigitarentur. Vide Notas ad Villhard. N. 210.

Pag. 390. A *Σαρακηνόν*] De Comite Saraceno diximus supra ad pag. 137.

A *Κοντοπαγάνον*] *Κοντὸς* Graecis interdum est *Comes*, interdum *brevis*, ita prima vocis notione Contopaganus erit Comes Paganus, Italice *il Conte Pagano*: altera *parvus Paganus, il piccolo Pagano*. Paganos aliquot sub haec tempora recensent Scriptores Rerum Hieros. *Paganum Belvacensem* Robertus Monach. lib. 7. *Paganum de Garlanda* Albertus Aq. lib. 2. cap. 27. *Et Paganum de Sororgia* idem lib. 11. cap. 22.

B *Φόνον*] De hac Alexianorum clade Albertus Aq. lib. 10. cap. 41.

Pag. 393. A *Ἐξουσιοκράτορα*] Dignitas, ut videtur, Palatina, qua Alanorum foederatorum, qui Byzantinis Augustis merebant, Duces donabantur. Nam ut Acoluthi Barangorum, Primicerii Bardariatorum, Conostauli, vel Conestabiles Francorum; sic Exusiocratores Alanorum Praefecti appellati sunt, quod videlicet ita indigitarentur ipsi Alaniae Principes, quos *τῆς Ἀλανίας Ἐξουσιάζοντας* vocat Bryennius lib. 2. N. 1. *Ἐξουσιάζοντα*, *Potestatum*, ut Itali nuncupant, interpretatur alicubi Acropolita. Alanos vero conductitios Graecis militasse testantur etiam Claudianus de Bello Getico, Godefridus Mon. S. Pantal. A. MCLXXXIX. et Anonymus de Expedit. Asiat. Frider. I. Imp. apud Canisium pag. 71.

A *Τρέπει κατὰ κράτος*] Albertus Aq. lib. 10. cap. 42.

B *Τὸν τε Οὖβον καὶ ἀδελφὸν Ῥιτζάρδον*] Hugonem forte cognomento Buduellum, qui cum Richardo et caeteris fratribus ob caesam a se Mabiliam Rogerii de Montegomerico, Comitis Belismensis, uxorem exul de Normannia in Apuliam fugerat. Vide Ordericum Vital. lib. 5. et 9. pag. 578. 584. 753.

Pag. 394. B *Τίμορον*] *Φρούριον* vicinum Balagritis, nec procul a Caninis, Cantacuzeno lib. 2. cap. 32.

C *Ἰλῶτταν*] Vide Glossar. Annaeum.

C *Βαϊμούντου ἐξάδελφον*] Illius forte, cuius meminit pag. 336.

Pag. 397. C *Χιτὼν σιδηροῦς*] Lorica annulis et maculis contexta, nostris *Cotte de maille*.

D *Θυρεός*] *Θυρεοὶ* dicuntur *σκουτάρια μεγάλα ἐπιμήκη* apud Leonem in Tact. cap. 5. §. 3. cap. 6. §. 25. 32. 37. cap. 14. §. 103. Expressit Anna lib. 5. pag. 140. Scuti Gallici

magnitudinem, hic formam exhibet, qualem Scuto Samnitum tribuit Livius lib. 9. *Scuti summum latius qua pectus atque humeri teguntur, fastigio aequali, ad imum cuneatior mobilitatis causa.* Certe Scuti Gallici longiorem formam fuisse autor est Diodorus Siculus, cuiusmodi fuit illius, quod Graeci θυρεὸν vocabant, quod Polyaenus lib. 4. Strateg. Gallis attribuit. Addit Anna ἀπὸ πλατυτάτου εἰς ὀξὺ, a latiore forma in acutam desinere, quod firmatur praeterea ex Hygino Fab. 277. dum ait, Cypri insulae figuram similem esse Scuto Gallico. Quippe Cyprus, ut diserte habet Constantinus Porph. lib. 1. de Themat. litterae Δ speciem praefert: est enim triangularis figurae, quae fuit Scutorum Gallicorum, quam repraesentant passim sigilla cerea Militum, seu Equitum Francicorum Diplomatibus appensa. Vide Gosselinum in Histor. vet. Gall. cap. 48. Cluver. lib. 1. Germ. Antiq. cap. 44. et Marcum Zuerium Boxhornium in Orig. Gallic.

Στίλβων] Albertus Aq. lib. 2. cap. 41. *Iam dies clarissima illuxerat, Sol radiis fulgebat lucidissimis, cuius splendor in clypeos aureos et vestes ferreas refulsit.* lib. 3. cap. 37. *In splendore clypeorum coloris aurei, viridis, rubei, cuiusque generis.* lib. 4. cap. 6. *Horum ferreae vestes, clypei auro et gemmis inserti variisque coloribus depicti.* Atque inde forte colorum in insigniariis Scutis origo. Vide Dissertat. 1. ad Ioinvillam. Pag. 398. A

Κελτὸς γάρ] Vide pag. 140. A

Τὰ περὶ εἰρήνης] Ordericus lib. 11. pag. 824. Albertus Aq. lib. 10. cap. 41. 42. 43. 44. Pag. 399. A

Γελίελμος ὁ Κλαρέλας] Agunt de hac Comitum Boemundi ad Alexium defectione Albertus Aq. lib. 10. cap. 43. et 44. et Ordericus loco citato. Addit Albertus Willelmum *Claret*, qui *Κλαρέλας* Annae, et Widonem filium sororis Boemundi, Willelmi *de Grentemaisnil* forte ex Mabilia, Boemundi sorore, filium, pecunia et blanditiis Imperatoris corruptos Boemundum ad sanciendam cum Alexio pacem fuisse cohortatos; in castra vero Alexii transiisse illos ante initum foedus, non tradit. Willelmus *Claret* in Franciam postea reversus pactis interfuit Alfonsum Tolosanum inter et Raimundum Barcinonensem Comites sancitis A. MCXXV. ut est in Historia Comitum Tolos. Catelli lib. 2. pag. 190. Nam Willelmus Raimundi vel Alfonsi vassallus, seu cliens erat propter Comitatum et Marchionatum Provinciae, in quo situm est Castrum *de Claret, infra Bailliviam Sistarici*, ut est in veteri Charta An. MCCCX. transiit illud postmodum in Familiam *de Agouto.* A

Pag. 401. C *Πρὸς τῇ κεφαλῇ*] Vide Notata ad Cinnami lib. 2. N. 17. et Dissertat. 27. ad Ioinvillam.

C *Μετὰ δύο χλαμύδων*] Interpres ad verbum, *cum duplici chlamyde.* At chlamys hoc loco sumitur pro milite sagato. Instabat porro Boemundus, ut sibi liceret in conspectum Alexii admitti in comitatu duorum militum, seu equitum, Galli dicerent, *avec deux cottes d'armes*; qua loquendi formula utitur Froissartes 4. Vol. cap. 77. *Car à la bataille de paravant il avoit perdu trente-trois cottes d'armes de son lignage*; hoc est, 33. Milites, seu *Chevaliers*, ex sua cognatione. Monstreletus 2. Vol. An. MCCCCL. *Et furent pris plusieurs autres Capitaines et Gentilshommes Anglois portans cottes d'armes.* Solis quippe Militibus, vel saltem Nobilibus, sagum militare deferre licebat. Unde Masuerus in Practica Tit. de Talliis N. 19. nobilitatis esse argumentum dixit, *si ipse nobilis, et alii praedecessores sui, consueverant portare vestes en devise*, id est, saga militaria armorum insignibus distincta, cuiusmodi vulgo Franci nostri loricati superinduebant. Quod vero eiusmodi sagis militaribus ab invicem discernerentur Milites, et per ea innotescerent, *Cognitiones*, nostris *Cognoissances*, Anglis *Cognizance*, vulgo saga ista appellabantur, quemadmodum Graecis *δείγματα* dicebantur *signa clypeorum.* Vegetius lib. 1. cap. 18. De militibus: *diversis coloribus diversa in scutis signa pingebant, ut ipsi nominant, δείγματα, sicut etiam nunc moris est fieri.* Oraculum Leonis Imp. de Andronico Comneno Tyranno, qui Agnetem Philippi Regis Franciae filiam uxorem duxerat:

Ὁ τῷ ξένῳ δείγματι συγκεκραμένος.

Id est, ut monemus in Notis ad Cinnamum, *qui familiae extraneae se commiscuit.* Mathaeus Paris. A. MCCL. *Cum viderent hostes Christi armis, vexillis et cognitionibus picturatis, quas bene noverant, cum derisionibus superbire,* ubi *cognitiones picturatae* sunt saga ipsa armis et insignibus distincta. Willelmus Brito lib. 11. Philipp.

Quaeque armaturae vestis consueta supremo
Serica, cuique facit certis distinctio notis.

Willelmus Guiart in S. Ludovico, ubi de Manfredo Siculo Rege occiso:

En la chace est Mainfroi tué,
Mes onc nus hom ne pot à dire
Pour certin qui le pot ocire,
Car le jour de celes nuisances
Porta estranges connoissances.

Id est, ea die qua caesus est, Manfredus non suum ac solitum, sed alterius sagum induerat, ne agnosceretur. Et infra,

ubi de Henrico Cosentino, qui Caroli Regis arma induerat in praelio, in quo Conradinus fusus est:

El premerain pour le conduire
Est le preus Henris de Cosances,
Cel jour porta les connoissances
Du Roy, parquoy plustost peri.

Nam Regibus, quoties in praelia procedebant, adesse solebant egregii et fortissimi Milites, iisdem quibus ille, induti sagis, tum ut essent *ad eius custodiam in ipso praelio specialiter deputati*, ut loquitur Rigordus A. MCCXV. ubi de pugna Bovinensi, tum etiam ne in Regem, si ex sago et insignibus singulariter agnosceretur, tota praelii vis incumberet. Idem Guiartus de Stephano de Longo Campo, uno ex iis qui Philippum Augustum in eo praelio comitabantur:

Tost aprés, ce dist la Chronique,
Fut d'un cop, qui li fut rué,
Estienne de Longchamp tué,
Qui le jour avoit fait merveilles,
Ses armes estoient pareilles,
A celles du Roy proprement.

Quae quidem de sago militari intelligenda sunt; nam alia huius usus in nostrate Historia prostant exempla. Vide Dissertat. 1. ad Ioinvillam.

Σεργεντίων] Laudat hunc Annae locum Cujacius ad L. 7. Cod. de Iure fisci lib. 10. ubi quos vulgo appellamus *Sergeants* et *Serians*, seu Apparitores, a *Caesarianis* deducit. Sed vox est pura puta Gallica, vel potius a Latio deducta *servire*, nostris *servir*. Apparitores enim famuli sunt quodammodo Iudicum, cum eorum Decreta exequuntur; unde in Edictis Principum et Regum nostrorum *Servientes* dicuntur, qua appellatione indigitantur etiam bellatores pedites et milites infimi ordinis, quod Equitibus vel Armigeris deservirent, seu potius militarent. Sunt igitur *Σεργέντιοι* hoc loco Pedites. Sed haec nota. D

Οὖβος] Hugo Buduellus, de quo supra. Pag. 402. A

Τὴν εἰρήνην] Consentit Ordericus pag. 824. dum Proceres Francos ab Alexio corruptos Boemundum alloquentes inducit: *Fac igitur, quaesumus, pacem cum Imperatore, antequam comprehendaris, vel morte condemneris.* B

Ἐτριχομάνει] Nam Normanni caeteri, ut et Franci, teste Orderico Vitali lib. 8. *Capillos a vertice in frontem discriminabant, longos crines veluti mulieres nutriebant, et summopere curabant.* Idem An. MXCII. *Eo tempore Militares viri mores* Pag. 404. B

paternos in vestitu et capillorum tonsura dercliquerunt, quos paulo post burgenses et rustici, et pene totum vulgus imitati sunt. Et lib. 11. *In nutrimento autem comarum mulierum sequaces aestimantur.* Gallos veteres et Francos comam nutrivisse palam est ex Cedreno pag. 453. et ex iis quae notant Salmasius ad Solinum, Gosselinus in Histor. veter. Gall. Hotomannus et Matharellus in Francogall. contra quam Graeci, qui caput tondebant, ut est in Epist. Adriani PP. ad Carol. M. ex iis quas edidit Gretzerus. Angli etiam ea tempestate comam nutriebant, quo nomine ab Anselmo Cantuariensi Archiepiscopo non semel carptos autor est Eadmerus lib. 1. 3. et 4. Hist. Novor. et ex eo Willelmus Malmesburiensis.

Pag. 406. A *Εἶχε δὲ οὕτως*] De pace firmata inter Alexium et Boemundum agunt praeterea Fulcherius Carnot. lib. 2. cap. 37. Albertus Aq. lib. 10. cap. 44. Ordericus et Mathaeus Paris. A. MCIX. Vetus Scriptor Tom. 4. Hist. Fr. pag. 95.

C *Λίζιον*] *Vassallus Ligius*, nostris vox nota. Ioan. Cinnamus lib. 2. *καὶ λίζιον αὐτὸν ἐποιήσατο.* Idem lib. 5. *καὶ δοῦλος, οὐ βίᾳ τὸν ζυγὸν ὑποδὺς, — ἀλλὰ δοῦλος ἐθελόδουλος· ἑρμήνευει δέ σοι τοῦτο τὸ λίζιον.* Eiusmodi servos *δούλους ἐν ὅρκοις* apposite vocat Pachymeres lib. 6. cap. 6. quos lib. 5. cap. 10. *λιζίους* appellat: *ἄλλως δὲ καὶ παρέσπα, καὶ ἰδίους ἐποίει, λυσίους* (scrib. *λιζίους*) *εἶπεν ἄν τις, ἐκείνων ταῖς εὐμενείαις*; ubi *ἴδιος* idem sonat ac *solidus homo*, in eo hominio quod recitatur in vita Beati Oldegarii Episc. Barcinonensis: *Iuro ego Robertus Tarraconensis Princeps tibi Domino meo Oldegario eiusdem civitatis Archiepiscopo, quod ab hac die et deinceps fidelis homo et solidus ero tibi et Ecclesiae tuae.* Iacobus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Catalaniae MSS. quae extant in Bibliotheca Thuana fol. 61. *Duplex est homagium, videlicet homagium solidum, et non solidum. Homagium solidum est quasi gerens legalitatem et fidelitatem: nam homo solidus adversus omnes gerit fidelitatem Domino suo, et ita in homagio solido nullus excipitur* etc. *Homagium autem non solidum est, quando aliquid excipitur faciendo homagium, cum dicitur; Facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam debeo Domino meo solido* etc. Ligium a ligando dictum sunt qui putant; quo sane videtur alusisse Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Esse tenebatur homo ligius atque fidelis,
Et tamquam Domino iurando iure ligari.

Et Dudo lib. 2. de Morib. et Gest. Norm. *Dedit omnem terram suae ditionis filio suo Willelmo, atque inter manus Wil-*

lelmi adolescentis manus suas mittentes Principes conligavit illi coniurationis sacramento. De aliis vocis etymis consulendus Brodaeus in Consuet. Paris. interim dum alius de iis disputandi sese offerat locus.

Ῥητῶς] Nominatim, expresse. Occurrit saepius apud Harmenopulum. Pag. 407. A

Διὰ τεσσαρακονθημέρου] Iuxta nempe feudorum receptas apud Latinos Leges, quibus delinquens vassallus a Domino superiore, seu feudi, bello impeti non poterat, nec feudo privari, nisi post 40. dies, intra quos ab ipso Domino requisitus noxam expiare tenebatur. *In omnibus enim negotiis*, ut ait Otho Frising. lib. 1. de Gest. Frid. I. cap. 34. *apud Francos solent quadraginta fere dies et quadraginta noctes praescribi.* Fori Bigorrenses Art. 6 apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 9. cap. 5. *Quod si in neutro profecerit, audito quod patitur in communi, quadraginta dies postea praestoletur, ut legali inquisitione et expectatione peracta, legaliter si voluerit discedere, discedat.* Sed et duplicem interdum quadragesimam ad purgationem et excusationem vassalli concessam a Dominis observo in Pacto, quod inter Rogerum Episcopum Bellovacensem et Franconem de Gerboredo sancitum est, ubi Episcopus sic ait: *Franco, non tibi ero in damno de Castello Gerboredo, ut tu illud perdas me sciente, nisi contra me forisfeceris; et si contra me forisfeceris, postquam nomine huius sacramenti emendare te submonuero, aut per me, aut per meum missum, duabus quadragesimis emendationem tuam expectabo, aut emendationem tuam accipiam, aut tibi perdonabo.* Binas istas quadragesimas observatas docet praeterea vetus Charta Hugonis Cameracensis Castellani A. MLXV. apud Ioann. Carpentarium, 4. part. Hist. Cameracensis pag. 9. *Et si Hugo consanguineus noster contra te peccaverit, et ni infra duas quadragesimas emendaverit* etc. ut et alia Sancii Reg. Aragon. apud Marcam lib. 9. Hist. Beneharn. cap. 5. N. 3. Vide Loisellum lib. 5. Institut. tit. 3. art. 51. et Brodaeum in Consuet. Paris. art. 7. Pag. 410. D

Καβαλλαρίους] A Caballo *Caballarii* Equites dicti, apud Monachum Egolism. in Carolo M. cap. 18. Hincmarum Tom. 2. opusc. 5. et al. *Καβαλλάριοι* Simocattae lib. 5. cap. 13. Hic vero intelliguntur, non Equites, sed militari cingulo donati, quos Galli vulgo *Chevaliers*, Latini Scriptores proprio vocabulo *Milites* nuncupant; qua ratione *Καβαλλαρίους* dixit Pachymeres lib. 4. cap. 31. Cantacuzenus lib. 1. cap. 20. 42. lib. 3. cap. 27. Idem Pachymeres lib. 12. cap. 11. *καὶ γάρ τινες ἐξ ἐκείνων καβαλλαρικαῖς τιμαῖς ἐτιμοῦντο παρὰ Βασιλέως*; i. *Militiae cingulo donati fuerant ab Imperatore. Θρῆ-* Pag. 411. C

νος τῆς KII. MS. *Ῥηγάδες, Κόντοι, Πρίγκιποι, Λουκάδες, Καβαλλάριοι.* Neque enim Equites omnes apud nos Caballarii erant. Fulcher. lib. 2. cap. 31. *Milites nostri erant quingenti, exceptis illis qui militari nomine non censebantur, tamen equitantes.*

Pag. 412. C *Ἡ στρατηγὶς μετὰ τῶν* etc.] Crebrius hocce in foedere observare est voces, *στρατηγὶς* et *στρατηγάτον*; eiusdemne vero notionis plane incertum, etsi vero simile: mox enim pag. seq. *τά τε στρατηγάτα Βαλανέως καὶ Μαρακέως, καὶ ἡ Αντάραδος μετὰ τῆς Ανταρτοῦς, στρατηγίδες γὰρ ἀμφότερα.* Certe constat *στρατηγάτα* fuisse praefecturas maiorum oppidorum, quibus varia suberant castra, seu, ut vocat Anna, *πολίχνια*; his enim qui praefecti erant, *Stratigati* dicuntur Scriptoribus aevi medii. Gesta Innocentii III. PP. *Confoederabat Comitatus et Baronias, instituebat Iusticiarios, Camerarios, et Stratigatos.* Quae quidem vox ut et Stratigatorum dignitas occurrit passim apud Malaterram, Leonem Ost. Hugonem Falcandum et caeteros Rerum Neapolitanarum Scriptores. Sed et hodie adhuc in Sicilia Stratigatos esse palam est.

C *Λάρισσαν*] quae Syris *Ζίζαρα*, teste Stephano. Fulcherius lib. 2. cap. 43. *Contra Turcos progressi sunt, qui ante urbem, quam dicunt Sisaram, castra metati sunt, quam urbem litteratorie nominare nescio, sed Cesar incolae regionis eam vulgariter vocitant, quae ab Apamia* VI. *millibus distat. Saisar* etiam dicitur Alsheripho Aldrisio in Geograph. 5. part. Clim. 4. pag. 195. *Seser* Nicetae in Ioanne N. 8. et Cinnamo lib. 1. *Caesarea* Tyrio lib. 15. cap. 1.

C *Καυκᾶ*] *Caucabam* in hoc tractu habet Chronicon Orientale pag. 100. Verum idemne locus cum *Cauca*, non ausim affirmare.

C *Λουλοῦ*] Occurrit locus iste apud Constantinum Porph. lib. 1. de Themat. cap. 2. et in Basilio cap. 32. et 35.

D *Ῥουπενίων*] Leonem et Theodorum, seu Thorusem Armeniae Toparchas intelligit, cognomento Rupenios, a quibus Armeniae Regum familia prodiit, quam damus in opere nostro de Famil. Hierosolym. Cum Leone, qui aliis *Levo*, Nicetae et Cinnamo *Λεβούνης*, bellum gessit Ioannes Comnenus Alexii filius, Ciliciam ingressus. Alter Theodorus, Tyrio *Toros*, eidem Nicetae *Τορούσης* dictus utramque Ciliciam Manueli abstulit. Sed de iis pluribus in laudato opere.

Pag. 413. A *Πατριάρχης*] Vel inde patet eiusce pacti pleraque capita nusquam fuisse executioni mandata; praesertim quod de eligendo et instituendo in urbe Antiochena Patriarcha Graecanico cautum in eo legitur. Nam Bernardus, natione Gallus,

qui abeunte hinc Ioanne Graecorum Patriarcha ad hanc fuerat promotus dignitatem, ea potitus legitur usque ad Annum MCXXXIV. qui fuit XXXV. promotionis eiusdem, ut ex Tabulario Manoscensi discere est: unde electum fuisse colligitur A. MXCIX. Idipsum Manuel Alexii ex filio nepos a Renaldo Antiocheno Principe, quem ille in ordinem redegerat, obtinuit: *καὶ δὴ καὶ ἀρχιερέα ἐκ Βυζαντίου εἰς Ἀντιόχειαν κατὰ ἔθος πέμπεσθαι τὸ παλαιόν*, ut autor est Cinnamus lib. 4. Verum idne praestitum sit, iure controverti potest, cum constet Patriarchas Antiochenos ex Romanis Latinis semper electos fuisse, Graecanicos vero ab ipsis Augustis institutos, nomine tenus dignitate potitos. Vide Notas ad Cinnamum.

Ποδανδόν] Podandum vicinum Tarso statuit etiam Con- B
stantinus in Basilio, et a nomine fluvii loco appellationem inditam scribit, cap. 36.

Τοῦ Δουκάτου] Ducatus Antiocheni; nam Antiochiae Pag. 414. A
Praefectos Ducum titulo insignes fuisse ostendimus ad lib. 1. *Δουκάτον* neutro genere non semel efferunt Scriptores Graeci, Porphyrogenneta de Adm. Imper. cap. 50. lib. 1. de Themat. cap. 1. Nilus Doxapatrius, *τὸ Δουκάτον πάσης Λογγιβαρδίας*. *Ducatum* neutro etiam genere dixit Leo Ost. lib. 1. cap. 6. *Comitatum* Ioannes VIII. PP. in Epist.

Ἐτήσια τάλαντα] Talenti vox varie apud aevi medii C
Scriptores accipitur; interdum enim pro Centenario, hoc est, centum libris auri signati, ut apud Theophanem A. IX. Nicephori Logoth. *τάλαντα δὲ ἦν ιγ'. γινόμεναι λίτραι χίλιαι τριακόσιαι, Erant autem talenta tredecim, mille et trecentas libras conficientia.* Apud Annam vero pro libra usurpari, ex iis quae mox sequuntur satis colligitur: cum enim dixisset Boemundus ab Alexio promissa sibi annua talenta, *τὰ ἐτήσια τάλαντα*, subdit; *λέγω δὴ τὰς διακοσίους λίτρας τῆς Μιχαηλάτου χαραγῆς*. Quas quidem ducentas libras infra Talentorum vocabulo donat: *ὀφείλω λαμβάνειν κατ' ἐτησίαν δόσιν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν τάλαντα διακόσια, τοῦ προβεβασιλευκότος Κυροῦ Μιχαὴλ ποιότητά τε καὶ χαραγὴν ἀποφέροντα*. Sic apud Latinos Scriptores non semel eadem usurpatam notione Talenti vocem observare est. Tabularium Monast. Bellilocensis in Lemovicibus N. 66. *Coactus iudiciali potestate secundum Legem componat auri talentorum pondera centum:* quod in aliis passim Chartis his concipi verbis solet, *sociante fisco auri libras centum* etc. *argenti pondera* etc. *coactus solvat.* Charta A. DCCCCXCIII. apud Duchesn. in Hist. Luxemb. pag. 8. et 9. *Coactusque thesauro Regis centum libras auri et mille talenta persolvat argenti.* Alia

ibidem: *Coactusque aerario Regis* X. *auri et* C. *argenti libras persolvat.* In quibus chartis, *pondus*, *libra* et *talentum* idem sonant. Ita apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 108. *Ideo homines dicti communis — in* L. *libris duximus condemnandos solvendis hinc ad diem* X. *Martii — sub poena duplici moderata poena* C. *talentorum* etc. In Speculo Saxon. lib. 3. artic. 45. §. 3. art. 51. §. 2. art. 64. §. 2. 3. et' in Iure feudali Saxon. cap. 26. §. 1. talentum pro libra et *marca* promiscue sumitur, et XX. solidos, quot libra et marca, appendere dicitur. Qua porro significatione accipiendum constat apud Greg. Tur. lib. 7. Hist. cap. 40. Uspergens. A. DCCCCXXXVII. in Trad. Fuld. lib. 3. cap. 35. apud Caesarium Heisterbach. lib. 2. Miracul. cap. 7. in Epist. Adelberti Abbat. Heidenheimensis pag. 356. et in vita B. Mariani Abbatis Ratispon. cap. 4. N. 19. apud Bolandum 9. Febr. At secus de Talenti pretio scribit Chronicon Laurisham. pag. 84. 89. et 95. ubi Talenta 14. et dimidium, marcas 15. tantum confecisse annotatur.

C *Μιχαηλάτου*] Nummi aurei, Michaelis Ducae Imper. imagine insignes, *τοῦ προβεβασιλευκότος Μιχαὴλ*, ut infra ait. *Michaelitas* nuncupat Tyrius lib. 11. cap. 12. *Quaerit quae sit debiti summa, cui responsum est* XXX. *millium Michaelitarum, quod genus Aureorum tunc in publicis commerciis erat celebre, a quodam Imperatore Constantinopolitano, qui eam monetam sua fecerat insignem imagine, Michaele nomine, sic nuncupatum.* et lib. 13. cap. 15. *Dicitur autem summa pro se pactae pecuniae fuisse centum mille Michaelitarum, quae moneta in regionibus illis in publicis commerciis et rerum venalium foro principatum tenebat. Michalati* dicuntur in Diplomate Rogerii Siciliae Regis An. MCXXXIII. apud Ughellum in Archiepisc. Brundusinis N. 19. in altero Radulphi Comitis Montiscabiosi et Severinae A. MCV. apud eumdem in Archiep. Acheruntin. N. 1. et Leonem Ost. in Chron. Casin. lib. 3. cap. 57. lib. 4. cap. 17. cuius nuperus editor Angelus a Nuce, et ante eum Brolius haud bene divinarunt, dum censuere ita nuncupatos, quod D. Michaelis Archangeli effigiem praeferrent, eosque esse, aut sane iis persimiles, quos *Angelots* appellamus. Vidi qui *Michaelatum* effictum putarent ab Octavio Strada a Rosberg pag. 355. ubi perperam nescio cui Michaeli Palaeologo adscribitur, cum esse Michaelis Ducae videatur arguere Inscriptio hisce characteribus concepta ωIXAHL. S. CONSTANT. i. *Michael et Constantinus*, quorum in nummo conspiciuntur effigies, ita ut prior, maior et altior, Michaelem, altera brevior, Constantinum infantem et adolescentulum, quem superstes pater corona donaverat, ut Anna lib. 3. et Zonaras tradunt, reprae-

sentent. In aversa nummi parte Crux visitur gradibus insistens cum hisce characteribus, VICTORIA AVGGGh. CONOB. Verum quominus hanc amplectar sententiam, prohibent et nummi effigies et characteres, ipsaque aversae partis Inscriptio, quae non sunt seculi Michaelis Ducae. Sed potius Michaeli Theophili et Theodorae filio adscribendum suadet nummus alter simili conspicuus Inscriptione, quem in Familiis Orientalibus enucleamus. Profert idem Strada pag. 330. nummum alium, in quo tres figurae stantes, media caeteris altior, cum Stemmatibus Crucigeris, dextra gladio innituntur, cum hisce characteribus; ..... IOANN ... CONSTAN. quem quidem nummum, si tamen est genuinus, Michaeli Ducae, cuius nomen erasum est, adscribendum censuerim; ita ut ab illo cusus sit, postquam Romano Diogene in ordinem acto, Ioannis Ducae Caesaris patrui opera Imperii gubernacula rursum adeptus est. Ex quo forte haud aegre a Michaele Ioannes obtinuerit, ut effigies sua in nummis repraesentaretur, una cum Michaelis et Constantini Porphyrogennetae Michaelis filii figuris. Sed id merae coniecturae est, qua ut plurimum in hisce postremi aevi Imperatorum Monetis enucleandis utendum constat. Ut Michaelis Ducae nummi *Michaelitae* appellati sunt, ita Constantini Ducae Michaelis parentis *Constantinati* hac aetate nuncupabantur. Horum passim mentio habetur in veteribus Chartis, quae extant in Chronico Monasterii Beneventani Sanctae Sophiae. Una Meinardi Arianensis Episcopi A. MLXXX. *At partem eiusdem Monasterii pro parte mille solidos Constantinatos componere* etc. Alia Roberti Guiscardi Ducis Apuliae A. MLXXV. *Aut si hoc removere non quaesierimus, octoginta solidos Constantinatos aureos bonos — ad partem eiusdem Ecclesiae et ad eius Rectores componere obligamus.* Occurrit denique in alia Eremberti Comitis A. MXCIX. in eodem Chronico.

Ἐφεῖταί μοι παραπέμπειν] Si in feudum, seu beneficium, ab Alexio concessus est Boemundo Ducatus Antiochenus, potuit illum Boemundus ex usu in eiusmodi feudis recepto transferre, sive in haeredem, sive alium, iisdem possidendum conditionibus, quibus ipsi infeodatio facta est. Sed haec pugnare videntur cum iis quae paulo ante habentur, concessum Boemundo usufructuario iure, post illius obitum ad Imperii ius rediturum. Id constat, in Germania praesertim, hac tempestate feudorum hanc fuisse legem, ut a Principe omnino dependerent: primusque Henricus II. Imperator, uti scribit Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperialibus parte 2. *Legem instituit apud Teutones, ut Militiae, more Gallorum et Anglorum, successionis iure devolverentur ad proxi-* C

miores agnationis gradus, cum antea penderent ex Principis gratia.

Pag. 415. B *Τῷ νῷ*] Iurabat nempe Boemundus, praestito ad haecce sacra Christi Passionis *λείψανα*, quae tum, ut videtur innuere Anna, aberant, mente illa comprehendens tantum. Asservabantur quippe Constantinopoli Crucis Dominicae particulae variae, Spinea Corona, Clavi ac Lancea qua Christi perforatum fuit latus: quod satis superque indicat, cum ait, sacramentum sese praestare manibus sacra Dei Evangelia *corporaliter*, ut aiebant, contingentibus, mente vero Passionis Christi comprehendentem mysteria. At vetus Scriptor in Philippo Rege Franc. Tom. 4. Hist. Fr. ab Alexio ad id, et consulto, Byzantio allata scribit: *Statuta ergo die qua haec iuramento corroborarentur, Imperator urbe regia egressus, venit obvius Boemundo et Ducibus via dierum fere* XV. *Impositis itaque manibus ipse et* XII. *primi suae civitatis sacris pignoribus, Cruci videlicet Dominicae, cum aliis quae secum attulerat, astante Ioanne filio eius, iuravit omnia quae proposita sunt, absque fraude conservaturum omni quo superstes tempore foret, Boemundo illi se subdente et fidem promittente, quandiu iurata servaret.* Nec omnino abnuit Anna lib. 14. pag. 419. quae sacramentum a Boemundo praestitum ait, *τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων προτεθέντων καὶ τῆς λόγχης* etc. ut et Fulcherius lib. 2. cap. 37. *Iuravit Boemundo Imperator super reliquias pretiosissimas* etc. Crucem, Coronam Spineam, Clavos, Ferrum Lanceae et alia Dominicae Passionis instrumenta ea tempestate Constantinopoli in Palatio asservata testatur Willelmus Tyrius lib. 12. cap. 25. et 26. quibus tactis sacramenta praestabantur in rebus maioris ponderis ac momenti. Raimundus de Agiles: *Imperatori iuravimus super Dominicam Crucem et Spineam Coronam et super multa alia Sancta.* Vide Gretzer. Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 12. et Ioannem Ferrandum lib. 2. Disquisit. Reliquiariae cap. 3. art. 4. quae quidem sacrosancta *λείψανα* in Galliam, S. Ludovico regnante, postmodum allata constat. Vide Historiam nostram Gallobyz. lib. 4. N. 11. 12. 13.

D *Κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον*] Firmata pax Alexium inter et Boemundum in urbe Diaboli, mense Septembri Indict. 2. ineunte Anno M. iuxta Graecos VIMDCXVII. Christi MCVIII.

Pag. 416. A *Παρὰ τοῦ Πάπα*] Paschali II. quocum ea tempestate magna erat et Henrico Imperatore simultas. Vide Petrum Diac. lib. 4. cap. 48.

A *Σεβαστὸς ὁ Μαρῖνος*] Qui supra *Μαϊστρομίλιος* et Neapolitanus appellatur.

Ῥογέρης ὁ Ταχουτέρτου] Scribendum *Ταχουπέρτου*, ut sit Rogerius Dagoberti, de quo nos quaedam ex Alberto Aq. ad pag. 35. *Tagobertum* enim vocat Ratbertus lib. 1. de Orig. Monasterii S. Galli, quem caeteri Scriptores Dagobertum; id etiam nominis ita scriptum in Diplomatibus Dagoberti I. Regis Fr. observare est apud Coccium in Dagob. cap. 15. et Henschenium de tribus Dagobertis, quod alias *Tagabreht*, *Tagapreht*, *Tagebret*, *Tagabrhat* et *Tagapret* efferebant veteres Germani, ut est in Catalogo propriorum nominum, quem ex Codice S. Galli descripsit Goldastus. A

Ὁ Γαντζῆ] An Willelmus *de Gant*, seu de Gandavo, frater Balduini *de Gant*, qui Gothofredum in Expeditionem Sacram pergentem comitatus est, uti scribunt Albertus Aq. lib. 2. cap. 2. et 29. et Tyrius lib. 3. cap. 5. De utroque agit Duchesnius in Hist. Gandav. lib. 3. cap. 3. An vero Gislebertus *de Gant*, quem sub ea tempora memorat Willelmus Gemeticensis lib. 7. cap. 38. nam Gallum fuisse satis constat. A

Πριντζίπας] Qui alias *Principatus*. Vide Not. ad pag. 388. A

Ἰοσφρὲ Μαλῆς] Forte *Ioffroy de Mailli*. Tres porro nobilissimas Familias hocce cognomine agnoscimus in Gallia, primam in Picardia, alteram in Burgundia, tertiam in Turonibus, vel Andibus. B

Γραούλ] Malim *Ῥαοὺλ*, ut sit Humfredus, Radulphi, de quo ad p. 35. filius. Porro floruit eo aevo Radulphus de Loretello, frater Guillelmi de Altavilla, qui subscripsit Diplomati Rogerii Siciliae Comitis An. MXCVIII. pro fundatione Ecclesiae Scyllacensis apud Ughellum, cuius filius Raimundus vivebat A. MCXVIII. uterque ex eadem familia et stirpe qua caeteri Loretelli Comites, de quibus supra egimus. Rodulphi meminit Malaterra lib. 4. cap. 10. 11. sed malim *Comitem* istum *Raulem* hic intelligi, a quo *Comites de Molisio* originem duxere. Meminit enim Petrus Diaconus lib. 4. Chronic. Casin. cap. 25. sub A. MCIII. *Ugonis Comitis de Molisio, filii Comitis Raulis.* B

Κράλη] De voce *Κράλης* consulendi Sigismundus Herbersteinius in Comment. Rer. Moscovit. pag. 11. et Leunclavius in Pand. Turc. N. 54. Aderant in comitatu et castris Alexii, cum pax ea inita est, Legati Regis Hungariae, qui *συμπένθερος* Imperatoris dicitur, quia paulo ante Hungariae Regis filiam in uxorem duxerat Ioannes Comnenus, Alexii filius primogenitus, uti narrant Zonaras et Cinnamus. Imperabat autem Hungariae eo anno MCVIII. Rex Calamanus, seu Calomanus, unde sequeretur Ioannis uxorem, filiam fuisse Calamani, qui regnum adiit An. MXCV. obiitque An. MCXIV. B

At cum Calamanus Busillam Rogerii Siciliae Comitis filiam A. tantum MXCVII. uxorem duxerit, ut autor est Malaterra lib. 4. cap. 25. Ioannes vero ante A. MCV. nuptias inierit, sequenti filium procreaverit, non potuit Ioannis uxor ex Calamani coniugio prodiisse, quae eo, quo primum enixa est partum, anno, vix decennium attigerat. Chronicon Weingartense cap. 10. sororem eiusdem Calamani Ioannis uxorem facit. Sed potior videtur eorum sententia qui filiam fuisse Ladislai Regis asserunt, in quibus sunt Cinnamus lib. 1. Thwroczius parte 2. cap. 63. Bonfinius Decade 2. lib. 4. et ex iis Pistorius, qui Pyriscam nuncupatam scribunt. Cinnamus vero Irenes nomen tribuit. Sic nempe solebant Graeci barbara, vel quae suo aegre poterant efferre idiomate Augustarum nomina aliis mutare. Fuit autem Ladislaus Belae Regis, cognomento *Benin*, filius, Geizae Regis frater, Calamani et Almi Regum patruus, excessitque e vivis A. MXCV. ut est in Chronico Hildesheimensi et apud Thwroczium: ex quibus perspicuum fit perperam ab Anna Regi Hungariae, qui tum regnabat, *συμπενθέρου Βασιλέως* titulum tribui.

B *Ῥισκάρδου Σινισκάρδου*] De Riscardo, aut Ricardo, cuius Legati huic interfuere foederi, saepius animo revolventi nihil sani fere primum subiit quod augurari liceret. Nullus siquidem hac tempestate Princeps ista nomenclatura mihi occurrebat, qui eiusmodi et tantae fuerit dignitatis, ut Legatos et Apocrisiarios ad Imperatorem mittere potuerit: si tamen Ricardus II. cognomento Iunior, Capuae Princeps, et Aversae Comes excipiatur, qui eo aevo, perinde ac caeteri Normannici Principes, supremo iure in ista Italiae parte imperitabat. Verum ne protinus coniecturam hanc, seu sententiam amplecterer, non pauca videbantur remorari. Primo enim iure potest in dubium revocari, idemne sit *Ῥισκάρδος* ac *Ῥικάρδος*, seu *Ricardus*; cum id nominis Annae efferatur per *Ῥιντζάρδος*, verbi gratia in Ricardo Principatus Comite, qui huic perinde foederi subscripsit, et in Ricardo Hugonis fratre pag. 393. Deinde quid sibi vellet Siniscardi cognomen, quod a nemine, ut opinor, Scriptore Ricardo Capuano Principi attributum constat, haud plane percipiebam. *Iuniorem* appellatum testatur Willelmus Gemeticensis lib. 7. cap. 43. *Secundum* non semel indigitat Petrus Diaconus, ipseque Ricardus in Diplomate, quod descripsit Ughellus in Episcopis Puteolan. ita se inscribit: *Nos Secundus Ricardus Capuanus Princeps, proles bonae memoriae D. Iordani magnifici Principis.* Sed error irrepsit in annum, qui perperam fuisse MCXXXV. annotatur. At Siniscardi appellatio Ricardo Capuano attributa non legitur. Non minimum praeterea scrupulum movebat

Ricardi obitus, quem in mensem Ianuarium anni MCVI. quidam ex Scriptoribus coniiciunt, proindeque multo ante hoc pactum foedus. Denique cum Basilios, Constantinos, Nobilissimos, Eunuchos et Notarios hic commemoret Anna, nemo erit qui prima fronte istiusmodi nomina et dignitates Graecum Principem sapere non statim profiteatur. Haec etsi haud levioris viderentur momenti, ne Ricardum Capuanum Principem intellexisse Annam existimarem, ab hac tamen sententia non omnino demovebant praeallata. Nam ut priorem solvam nodum, constat *Ῥιτζάρδος* et *Ῥιχάρδος* idem esse; quippe Ricardus Principatus Comes priore, hic altera appellatione donatur ab Anna pag. 388. quae prima Gallicum *Richard*, altera Italicum *Ricardo* extulit. Iam vero quod *Ῥισχάρδου* scribitur, proclivis Librariorum lapsus ex unius additione elementi coniici potest, ut et in voce *Σινισχάρδου*: nam legendum *Σινιχάρδος* censebam, ut Sinicardus ille nobilis Italus, quo cognomine occurrit alter in Historia nostra Gallo-Byzantina lib. 8. N. 23. primus fuerit ex Ricardi Legatis. De anno demum quo excessit Ricardus haud bene constat. Serius enim quam A. MCVI. mortuum par est credere, cum A. tantum MCVIII. sub mensem Iunium Robertus, fratre demum imprule extincto, universam illius ditionem occuparit et suo iuri addixerit, ut est in Chronico Ceccanensi. Quo quidem anno, quo foedus istud Alexium inter et Boemundum initum est, potuerunt Ricardi, recens demortui, Legati adhuc apud Alexium morari. Iam vero quod spectat ad Graecanicas appellationes et dignitates Ricardi Legatis attributas, nemo nescit non Apuliam modo et Calabriam, haud multo ante Alexii tempora Graecis paruisse, sed et a Longobardis et Normannis posthaec expugnatas servasse in plerisque Graecum idioma, in dignitatibus praesertim et Palatinis officiis, quod longe postea sub Germanicis et Andegavensibus Principibus obtinuit, ut in Logothetis, Stratigotis, Catapanis, Protonotariis, Sebastis, Spathariis, Nobilissimis, Protonobilissimis, Dishypatis et aliis eiusmodi Dignitatibus, ut videre est apud Ugellum Tom. 7. Italiae Sacrae pag. 411. 412. 559. 977. 1071. etc. Denique de Eunuchis ita Melchior Incoferus in Dissertatione de Eunuchismo ad Allatium: *Ethnicum fuit iuventutem evirare, fluxit haec Secta ab Assyriis ad Persas, a Persis ad Graecos, ab his demum ad Latinos, hodieque late in Europa viget: tametsi apud Septemtrionales haud dum obtinuerit, turpe existimantes nisi bruta castrare.* Haec etsi primo intuitu haud improbabilis videretur sententia, non omnino tamen arridebat, cum Sinis-cardi cognomen unico contextu nullaque praevia virgula

Ricardo tribuatur apud Annam, ita ut unus idemque fuerit Ricardus et Sinicardus. Cum igitur anceps animi dubiusque haererem, commode occurrit *Ricardus Senescallus*, qui eo aevo floruit, maximaeque fuit autoritatis inter Normannicos Apuliae Principes, quos proxima attingebat affinitate, adeo ut inter Siniscardum et Senescallum, vel Senescalcum, nullum esse discrimen existimari posse confidam. Fuit porro Ricardus iste Drogonis Comitis filius, proindeque Guiscardi Ducis Apuliae et Rogerii Siciliae Comitis ex fratre nepos. Drogo vero Ricardi pater Ducatum Apuliae obtinuerat post excessum Guillelmi Ferrebrachii fratris primogeniti, ut est apud Guillelm. Apul. lib. 2. pag. 11. 13. Malaterram lib. 1. cap. 12. 13. Ordericum lib. 3. pag. 472. Leonem Ost. lib. 2. cap. 68. 73. 81. lib. 3. cap. 15. et Guillelmum Gemeticens. lib. 2. cap. 30. Unde in Charta A. MLV. pro Monasterio Venusino S. Trinitatis: *Dux et Magister Italiae Comesque Normannorum totius Apuliae atque Calabriae* inscribitur; in subscriptione vero *Vir Imperialis* nuncupatur propter supremam dominationis, qua pollebat, autoritatem. Occurrit igitur primo Ricardus Senescallus in Tabulis A. MC. Indict. X. apud Ughellum in Anglonensibus Episc. in quibus *Albenda* illius uxor et *Robertus* filius subscribunt. Prostat apud eumdem Ughell. in Episcopis Neocastr. Diploma ipsius Ricardi, in quo *Comitis Drogonis filium, atque Roberti Guiscardi Calabriae et Apuliae et Siciliae Ducis, atque filii eius Rogerii et ipsius haeredis Dapiferum* sese inscribit et Guiscardum Ducem et Rogerium Comitem patruos vocat. Ex quibus patet unde Senescalli ei dignitas, quae suprema semper fuit apud Reges et Principes, accesserit, nempe ex concessione Roberti patrui. In alio Diplomate An. MCVIII. Indict. VII. apud Ughellum in Archiepiscopis Barensibus *Ricardus Senescalcus filius bonae memoriae Domini Drogonis magnifici Comitis* dicitur, in quo etiam mentio fit *Altrudae* uxoris et *Dominae Roccae* sororis Ricardi et Domini Alexandri strenui Militis filii eiusdem Roccae. Nec scio an *Altruda* eadem sit cum *Albenda*, quae Ricardi uxor fuisse dicitur in Charta laudata A. MC. Idem in alia Guillelmi Ducis Apuliae, Rogerii Ducis filii, A. MCXIII. pro Ecclesia Cusentina apud eumdem Ughellum ita subscribit: *Ego Richardus Senescalus me subscripsi*. Iam vero cum magnae adeo fuerit dignitatis Ricardus, seu forte ob eas quas possidebat ex paterna haereditate civitates, quemadmodum caeteri Normannici Proceres, seu ob natalium splendorem, ut qui supremi Normannorum Ducis filius et Boemundi ipsius Rogeriique Ducis patruelis esset, nihil sane videtur obstare, quominus Legatos suos ad Alexium mit-

tere potuerit, eaque tempestate simultatem cum ipso Boemundo exercere, adeo ut Alexii partes amplexatus fuerit iis in bellis Dalmaticis; praesertim cum Rogerii Ducis Apuliae vassallus et cliens esset, quocum et Boemundo ob paternam haereditatem non minima intercedebat controversia, uti narrant Malaterra, Willelmus Apul. Malmesburiensis, Vitalis et alii. Quod vero spectat ad nomina appellativa Graeco more efformata, nemo ignorat in ea Italiae parte, quam Magnam Graeciam vocabant, non modo ista, sed etiam hac ipsa qua vivimus aetate, linguam Graecam ut plurimum viguisse, etiamque hodie vigere; ita ut pleraque Ducum Apuliae, Comitum et Regum Siciliae Diplomata eo idiomate conscripta in Ecclesiarum et Monasteriorum Tabulariis passim reperiantur. Denique coniecturam nostram non minimum firmant tum *Ῥισκάρδου* nomen, quo Ricardi, vel Richardi appellatio exprimitur, tum illud *Σινισκάρδου*, quo Senescalli, vel Senescalci, (varie enim ea vox in laudatis Chartis scripta reperitur) dignitas; quin et forte Codex Annaeus *Σινισκάλδου*, aut *Σινισκάλλου* praetulit. Sed omnem scrupulum, aut dubitationem adimit ipsum de quo egimus Diploma ipsius Ricardi An. MCVIII. Indict. I. mens. April. quod subscribitur a *Basilio Imperiali Protonobilissimo*, qui ille idem est qui hoc ipsomet anno foederi, quod Alexium inter et Boemundum mense Septembri Indict. 2. ineunte initum est, interfuit, tamquam Legatus Ricardi. Nec est quod quis opponat Graeca nomina et dignitates Graecanicas, quibus apud Annam donantur Ricardi Legati, cum ea tempestate et Neapolitani Duces et aliquot alii Apuliae Proceres Imperatorem Constantinopolitanum ut Dominum agnoscerent, praetereaque Augusti Byzantini in eiusmodi honorariis appellationibus concedendis haud parci fuerint, praesertim erga Italos, in quibus sibi conciliandis et in suas partes alliciendis operam suam semper collocarunt, cum recuperandae Italiae spem numquam abiecerint. Memoratur denique Ricardus iste Senescallus in Diplomate A. MCXXV. apud Ughellum Tom. 7. pag. 116. et alio A. MCXXXV. Tom. 9. pag. 205.

IN LIBRUM XIV. ALEXIADIS NOTAE.

ΧΡΗΜΑΤΑ λαβὼν ἱκανά] Albertus Aq. lib. 10. cap. 44. de Boemundo: *Et sic Imperatori in magnitudine et pondere ineffabili auri et argenti et ostri pretiosi reconciliatus est.* Pag. 419. B

Ἐξ μηνῶν] Boemundus, icto foedere cum Alexio, in Apuliam reversus, dimissaque Peregrinorum turba, quae ex voto C

tenebatur iter Hierosolymitanum adimplere, ipse domi familiaribus adhuc curis detentus remansit. Aestate vero sequente, praeparatis iam ex parte ad iter necessariis, et congregato navigio, dum ad iter accingeretur, copiis undecumque convocatis, valida correptus aegritudine, in fata concessit. Haec Tyrius lib. 11. cap. 6. qui Annae concinit tradenti, sexto post solutam Dyrrachii obsidionem mense excessisse Boemundum, proindeque Anno MCIX. nam pax icta cum Alexio mense Septembri A. MCVIII. At Albertus Aq. lib. 11. cap. 48. mortuum scribit Boemundum apud Barim civitatem et ad B. Nicolai Aedem sepultum, *eo tempore quo Henricus V. Rex, Imperator IV. Romae plurimos sibi resistentes hostili impetu in ore gladii crudeliter edomuit.* Qua tempestate Rogerium Apuliae Ducem et Boemundum fratres defunctos autor est etiam Petrus Diaconus lib. 4. cap. 42. Henrici vero Expeditionem Italicam ad An. MCX. et MCXI. referunt Scriptores. Certe Boemundi mortem sub A. MCX. ponit Mathaeus Paris. in Indictionem 4. An. MCXI. reiiciunt Chronicon Ceccanense, Chron. Malleacense et Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 824. Sed errat Ordericus, cum Antiochiae obiisse scribit. Nec dissentit Falco Beneventanus, qui extinctum tradit mense Februario A. Chr. MCX. Indict. 4. quae cadit in annum sequentem. Unde, ut recte observat Camillus Peregrinus, Falconi mensis Februarius anni MCX. est ultimus eiusdem anni, cum solenne sit eidem Scriptori annos Christi a mense Martio auspicari. Anonymus denique Barensis ad mensem Martium anni MCXI. Boemundi obitum refert, cui astipulantur Emortualia Monasterii Casinensis a Caracciolo edita. Guibertus lib. 7. cap. 34. et Willelmus Malmesbur. lib. 4. Hist. Angl. pag. 151. veneno occubuisse narrant. Denique Canusiae in Apulia in Ecclesia S. Sabini sepultum asserunt alii, ad cuius sepulchrum leguntur etiamnum Inscriptiones, seu Epitaphia aliquot, quae extant apud Baronium A. MCXI.

C *Διαθέμενος*] Sequitur in Editione Hoeschel. *καὶ ἀπὸ Διαβόλεως ἀναστὰς (ἐκεῖ γὰρ ἐσκήνου, ὅτε τὰς μετὰ τοῦ Βαϊμούνδου συμφωνίας πεποίητο) τῆς πρὸς τὸ Βυζάντιον* etc.

Pag. 421. A *Ἀσάν*] Cuius meminit pag. 318. Vide Notas.

D *Κερβιανοῦ*] Regio, ut videtur, Thracensi Themati (in quo erat Smyrna, ut est apud Porphyrogennetam) vicina, *Celbianum* dicta Paulo Diac. lib. 22. Hist. Misc. Nicetae in Isaac. lib. 1. N. 4. et Acropolitae pag. 398. Edit. Genev. Vide Leuncl. N. 39.

D *Νύμφαιον*] Lydiae urbs Nicephoro Gregorae lib. 3. et 6. Acropolitae, Ducae cap. 21. Waddingo A. MCCXXXIII. N. 13. Vide Leuncl. 153.

Χλιαρά] Urbs nota Nicetae in Man. Acropolitae, Du- D
cae etc.

Ἐξέπεμψεν] Meminit istius Legationis Albertus Aq. Pag. 424. C
lib. 12. cap. 7. 8.

Λοῦζα Κύπρου] Quem circa ea tempora, aut sane sta- C
tim post Tancredi mortem, factione suorum interemptum tradit Ordericus lib. 11.

Πλεκτράννου] Bertrannum, seu Bertrandum, Comitem D
Tripolitanum, Raimundi Sanctaegidiani Comitis filium nothum, uti habent Guibertus et Malmesburiensis, qui paulo ante Tripolim adiuvantibus Genuensibus et Balduino Rege expugnarat; et priusquam in Palaestinam perveniret, Alexio Constantinopoli fidei sacramentum praestiterat, uti habent Albertus Aq. lib. 11. cap. 3. 4. et seq. Fulcherius lib. 2. cap. 38. Tyrius lib. 11. cap. 3. et seq. Hist. Hieros. A. MCVIII. et Willel. Malmesburiensis lib. 4.

Ἐπισκοπήν] *Ἐπισκοπὴ* non est Arx, sed Palatium Epis- Pag. 425. C
copale; *Ἐπισκοπεῖον* Theophani An. VIII. Constantii; *Episcopium* Leoni Ost. lib. 2. cap. 29. 51. lib. 3. cap. 22. Orderico lib. 5. pag. 551. et aliis, *Domus Ecclesiae* Cypriano et Messiano in vita S. Hilarii et Gregorio Turon. lib. 1. Hist. cap. 39. lib. 2. cap. 18. *Domus Ecclesiastica* eidem Gregorio lib. 1. de Mirac. cap. 32. de Glor. Confess. cap. 28. 80. *Domus Episcopi* D. Augustino de vita Cleric. Serm. 2. Erant autem ut plurimum Episcopia iuxta Cathedrales Ecclesias; Concil. Carthag. IV. Can. 14. *Ut Episcopus non longe ab Ecclesia hospitiolum habeat.* Est etiam *Ἐπισκοπὴ*, *Episcopatus,* in Cod. Canon. Afric. can. 124.

Συμοῦντον] Fuit is Simon, quem Anna Balduini Regis D
ἐξάδελφον fuisse ait, idem qui *filius Ducis* Tyrio nuncupatur lib. 11. cap. 12. quique in Comitatu Balduini erat hac ipsa tempestate, anno scilicet MCXI. Ideo vero Ducis filius dicitur, quod (si bene auguror) filius esset Henrici Limburgensis Ducis inferioris Lotharingiae, qui Iuntham Friderici Comitis Luxemburgensis filiam, Balduini consobrinam, uxorem duxerat. Constat enim ex Sigeberto A. MCVII. plures liberos procreasse Henricum, tametsi unicum Walerannum nominent Scriptores. Totam hanc cognationem exhibebit subiectum Stemma.

EVSTACHIVS Comes Bononiae.

Floruit etiam eo ipsomet aevo Simon alter, filius Theoderici Ducis Lotharingiae Superioris, filii Geraldi Alsatii, ex Gertrude filia Roberti Flandrensis; qui quidem Simon patri A. MCXV. mortuo successit, ita ut *Ducis filius* dici potuerit A. MCXI. quo nondum Ducatum adeptus erat. Vide Galbertum in vita S. Caroli Comit. Flandrens. cap. 15. N. 109. et Vignerium in Originib. Alsat. pag. 112. et seq.

Pag. 426. A *Τύρον*] De obsessa Tyro A. MCXI. machinis nostrorum incensis et hostium arte conflagratis, de soluta denique obsidione multis agunt Albertus Aq. lib. 12. cap. 1. etc. Fulcherius lib. 2. cap. 44. et Tyrius lib. 11. cap. 17. Vide etiam Chron. Orientale.

A *Ὑποδεξάμενος*] Albertus Aq. lib. 12. cap. 7.

Pag. 427. B *Ἄκε*] Quae veteribus *Ἄκη*, ut autor est Strabo, deinde *Acon* et *Ptolemais* dicta. Fulcherius lib. 1. cap. 17. *Post has transierunt Ptolemaidem, prius Acon dictam, quam quidam erranter solebant Accaron legere, quod nos etiam faciebamus, cum primitus terram Palaestinorum intravimus. Sed Accaron urbs est Philistaea inter Azotum et Lamniam, prope Ascalonem. Acon vero, id est Ptolemaida ab Austro habet Carmeli montem.* Sane *Accaron* et *Acra* dicitur Alberto Aq. lib. 5. cap. 41. lib. 9. cap. 30. *Achon* Tyrio lib. 10. cap. 26. ubi de eius conditore nonnulla commemorat: *Acca* Alderisio 5. part. Clim. 3. *Ἄκη* Ptolemaeo, ut observavit Scaliger, Suidae et Nicetae in Isaacio lib. 3. N. 8. Porro Balduinum soluta Tyri obsidione Aconem se recepisse tradunt etiam Albertus Aq. lib. 12. cap. 7. et Fulcherius lib. 2. cap. 44.

B *Ἀπέλυσεν*] Albertus loco citato: *Legati vero Regis Graecorum benigne commendati donisque magnificis ampliati Constantinopolim remissi sunt.*

Ἁγίαν πόλιν] Albertus loco laudato. Pag. 428. A

Ἰατζουλίνῳ] Ioscelino *de Courtenay*, qui citra Euphratem sua habebat praesidia, inquit Tyrius lib. 11. cap. 8. et postmodum Gervasio de Basilica, seu *de Bazoches*, in Principatum Tabariae, seu Tiberiadis, demum Balduino Regitestensi, Regi Hierosolymitano effecto, in Comitatum Edessenum successit. Vide Familias nostras Hierosol. B

Πλεντράννῳ] Excessit igitur e vivis Bertrandus Comes Tripolitanus eo anno, quo soluta Tyri obsidio, MCXII. B

Ὁ δὲ υἱός] Pontius Comes Tripolitanus, Bertrandi ex nepte Mathildis Comitissae, ut est apud Malmesburiensem, seu ut Ordericus, ex Aleide filia Odonis I. Burgundiae Ducis filius. Vide Familias Hierosol. B

Εἰς σώαν πίστιν] Annales Franc. A. DCCLXXXVIII. *Et coeperunt fideliores Baiwariorum dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet.* i. quod fidem, quam Carolo professus erat, integram non servaret, seu, ut habet Chronicon Reicherspergense, *quod fidem promissam violasset.* Id porro a Pontio expetitum, ut quam Bertrannus parens Alexio fidem praestiterat, salvam et inlaesam servaret. Ita fidei salvae *fides mentita* opponitur; nam *fidem mentiri*, vel etiam *mentiri* simpliciter dicebantur, *qui post praestitum sacramentum* in Dominum insurgebant, ut est in Epist. Lud. I. Tom. 3. Hist. Franc. pag. 891. D

Καὶ αὐτῆς Ἀραβίας] Equos Arabicos commendant Nicetas in Ioan. in Man. lib. 1. N. 1. lib. 3. N. 3. lib. 6. N. 4. in Isaacio lib. 1. N. 6. in Alexio lib. 1. N. 2. Zonaras in Romano Diogene, Ducas cap. 16. 29. et 33. Theodorus Prodrom. Carm. *εἰς πρόνοιαν* et *εἰς Βαρέα*, Ioannes Leo in Descr. Afric. lib. 9. Poeta Vernac. *Le Roman de Garin:* Pag. 429. A

Hue s'en retorna sur le roux Arabi.

Et alibi:

Bien fu armé, s'ot le rox Arabi.

Equos Arabicos *φάρας* et *φαρίους* vulgo appellant Scriptores a voce *Faras*, quae Arabibus *Equum generosum* sonat. Achmes cap. 233. *ἵππος ὁ φάρας ὁ εὐγενής*. Ita rursum cap. 152. et 159. *φάρας Ἀραβικὸς* apud Nicetam in Isaac. lib. 1. Leo Imper. in Tacticis cap. 18. §. 137. ait Saracenorum equos *φαρίους* appellari. *Equos Farios* non semel commendat Raimundus de Agiles et Saracenis fuisse proprios autor est: *Assumptis omnibus pecuniis suis Caesaream et Camelam adibant, ut ibi equos Farios mercarentur.* Infra: *Coeperunt ostendere illi de parte Comitis equos Farios et divitias suas.* Eadem pag. *Qui cum accepisset a Comite Rai-*

mundo 5000. solid. et duos equos Farios optimos etc. Non desunt qui Arabes vocem hanc accepisse a Graecis censent, quibus φοράς est equa. Gloss. Gr. Lat. φοράς, ἡ θήλεια ἵππος, *equa*. Verum putant alii ita nostros appellasse equos integros, *admissarios*, quos Germani *Waran*, ut autor est Goldastus, nuncupant, Hispani, Occitani et Provinciales *Guaragnons*, qui iidem sunt quos Lex Salica tit. 4. §. 2. et 4. *Waranjones* vocat, voce forte ab Arabica *Faras* deducta. Denique non multum abludit vox Cambrobritannica *Farch*, equus, unde *Cadfarch*, equus bellicus, ut est apud Marcum Zuerium Buxhornium in Originibus Gallicis. Hinc a Francis nostris *Equos Ferrandos* Arabicos nuncupatos fuisse, voce efficta a *Faras*, probabile est. Lambertus Ardensis: *Optimum equum Ferrandum liberaliter obtulit. Cheval Ferrant*, in Testamento Balduini Comitis Guinensis A. MCCXLIV. apud Duchesnium. *Le Roman de Garin:*

Emmi la place li ont Ferrant forsmis.

Idem:

Prenés vos garde de moi et de ma gent,
Ne tendés mie as chevaus, as Ferrans,
A belle robe, a or, ne a argent.

Eidem Poetae dicuntur interdum isti equi *Auferrans:*

Mult par fu liés, quand vint a l'auferrand.

Alio loco:

En destre menent les auferrans de pris.

Rursum:

Et enseller maint auferrant coursier.

Hinc denique equos omnes, etiam indigenas, qui Arabicorum colorem haberent, *Ferrandos* vocarunt nostri. Rigordus An. MCCXV. de Ferrando Flandrensi Comite in praelio Bovinensi capto et Lutetiam adducto: *Nec verecundabantur illudere ei rustici, vetulae et pueri, nacta occasione ab aequivocatione nominis, quia nomen eius tam equo, quam homini aequivocum erat: et casu mirabili duo equi eius coloris, qui hoc nomen equis imponit, ipsum in lectica vehebant.* Albericus: *Accidit etiam casu mirabili, quod equi lecticam Fernandi trahentes essent coloris ferrandini.* Willelmus Guiart:

Ferrant portent dui auferrant,
Qui tous deus sont de poil ferrant.

Infra:

Li auferrant de fer ferré
Emportent Ferrant enferré.

Cuiusmodi autem fuerit color ille equorum Arabicorum, qui *Ferrandinus* dicitur Alberico, docet Historia Francorum MS.

ex Bibl. Memmiana in Philipp. Aug. *Nul ne porroit dire, ne deviser la grant joie que ceus de Paris firent au Roy Phelippe leur Seigneur, aprés cele victoire, lequel emmenoit Ferrant aveucques lui en une litiere, que portoient deus chevaus pommelés. Si crioit le peuple, quand Ferrant passoit, par maniere de gaber et moquer, que deus Ferrans portoient Ferrant, mais Ferrant estoit enferrez.* Vide Iulium Scaligerum Exercit. 206. in Cardanum et Menagium de Ling. Franc.

Θρακησίου] Thracesii Thematis, quod Lydiam, Cariam, C
Ioniam et aliquot alias Provincias complectebatur. Constantin. de Themat. lib. 1. et in Basilio cap. 15. et 16.

Μαδύτου] Oppidum in Chersoneso Thaciae, hodie *Maï-* D
tos, teste Leunclavio N. 24. Nec procul aberant *τὰ Κοῖλα*, portus memoratus Nicetae in Man. lib. 5. cap. 4.

Μουσουλμάνων] Vim vocis prodit Leunclavius in Paud. Pag. 432. A
N. 22. et 59.

Καθ' ὃν καιρόν] Vide Notas ad Villhard. N. 39. Pag. 433. C

Δευτέρα] His duabus *Ποδαλγίας*, seu Podagrae Alexii Pag. 434. B
parentis causis tertiam addere poterat Anna, quam Nicephorus Callist. lib. 18. cap. 40. refert, Constantinopolim nempe incolentes hac maxime vexari solitos: *ἐς δὲ τῆς νόσου εὐθυνία καθέστηκε δυσιχὴς τοῖς τὸ Βασίλειον ἅπαν κατοικοῦσι διὰ παντός.* Quod de Alexandria et Caria Coelius Aurelianus Siccensis lib. 5. Tardar. Passionum cap. 2. de Atheniensi vero tractu scripsit Lucretius lib. 7.

Attide tentantur gressus, oculique in Achaeis
Finibus.

Τὴν γλῶσσαν ἀσίμμετροι] Anna lib. 10. p. 294. *τριβο-* Pag. 435. C
μένου δὲ τοῦ καιροῦ διὰ τὸ φύσει λαλόν τε καὶ μακρηγορώτατον τῶν Λατίνων. Mathaeus Westmon. A. MCCXXXIX. Francos ut *impetuosos et magniloquos* perstringit. Britonum Armoricanorum garrulitatem sugillat Glaber Rad. lib. 2. cap. 3. Normannorum Mathaeus Paris. A. MCCVII. et Willelmus Brito lib. 5. Philipp. Provinciales etiam hoc nomine carpit Guibertus lib. 2. cap. 18. ubi de Raimundo Sanctaegidiano: *Erat autem praefatis nostris Principibus aetate maturior et exercitus, nisi quantum ad garrulos hominum Provincialium mores spectat, nulli inferior.* Horum mores graphice etiam descripsit et expressit Gervasius Tilleberiensis lib. 2. Otiorum Imper. *Est enim Gens quam Provincialem appellamus consilio perspicax, promissis fallax, opere cum vult efficax, sine armorum pondere bellicosa, pro sua*

paupertate in cibando larga, in nocendo insidiosa, inter probra taciturna, cum locus aut tempus suppetit malefecta memorat, bello navali circumspecta et victoriosa, caloris patiens ac frigoris, famis ac saturitatis, Gens in substantia tenuis, quia vult, et abundantia pacis affluens quando vult. Si Dominum continuum haberet quem timeret, nulla gens citius frangeretur ad bonum, nec ulla, quia non est a quo regatur, ad malum.

Pag. 436. B *Τῶν μεσαζόντων*] Dicuntur *μεσάζοντες*, qui rebus gerendis in Palatio praesunt, seu quibus veluti sequestris Principes res suas peragunt, *Ministri aulae*, Mamertino in Paneg. *Rerum Ministri* Manilio lib. 5. nuncupati. Nicetas in Man. lib. 1. N. 3. *ἐφρόντιζε δὲ ὁ Βασιλεὺς καὶ εἰς τὰ τῶν δημοσίων πράγματα καταστῆσαι μεσάζοντας.* Et infra: *μελεδωνὸν δὲ μεσάζοντα τῶν οἰκείων ὑποθέσεων.* Cantacuzenus lib. 3. cap. 15. *τὴν μὲν τοῦ μεσάζειν ὑπηρεσίαν ἐνεχειρίσθη.* Unde frequentes adesse Palatio ex officii debito necesse habebant. Idem Cantacuzenus lib. 4. cap. 39. *παρόντος δὲ καὶ Κυδώνη, ὃς ἔνδον βασιλείων διέτριβεν ἀεὶ, οὐ μόνον διὰ τὴν εὐμένειαν, ἣν πολλὴν παρὰ Βασιλέως ἐκαρποῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς πράγμασι μεσάζων, ἀνάγκην εἶχεν ἀεὶ συνεῖναι Βασιλεῖ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν* etc. Eiusmodi *Μεσαζόντων* meminit etiam Pachymeres lib. 5. cap. 6. Summus vero rerum Minister *Μέγας Μεσάζων* dicebatur, cuius proinde dignitas in Palatio summa, cui Ducas cap. 21. 22. et 28. Vesiriorum Turcicorum dignitatem aequiparat. *Mediatores* dicuntur S. Cypriano seu Autori de Cardinalibus operibus Christi in Prologo: *Unde haec sitis divitiarum miseris pectoribus assidet, et ambitionis salsugo bibulum animum occupat, ut per fas et nefas ad loca superiora, etiam de latebris eremi, nonnulli se ingerant: et de omni gradu ubi aliquis aditus patet anheli prodeant, discurrant ad Iudices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliarios et modis omnibus elaborent, ut sedeant cum Principibus. Μεσῖται* Pachymeri lib. 6. cap. 26. lib. 9. cap. 8. iidem qui *Mediatores* hoc loco. Vide eumdem lib. 4. cap. 3.

B *Φράγγων ὀργίλον*] Nicetas in Andronico lib. 1. de Latinis, seu Normanno-Siculis: *μόνῳ οἱ τοῦ γένους τούτου τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι οἴοσι, καὶ οἷς οὕτως ἐπιτάσσει ὀργίλως ὑπενδιδόναι πεφύκασι.* Tudebodus lib. 1. *Franci pleni erant invidia et tumida superbia.* Tyrius lib. 16. cap. 23. *Francorum fastus non ferens.* Ordericus lib. 9. *Superbi Francigenae.* Abbo lib. 2. de Obsid. Paris.

Quippe supercilium, veneris quoque foeda voluptas,
Ac vestis pretiosae elatio te tibi tollunt.

Mathaeus Westmon. An. MCCLXXII. *Galli igitur, qui nunquam indignatione et iactantia caruerunt, quorum superbia ad exterminium perveniet* etc.

Λόγον] Locus, ni fallor, luxatus. Quid enim est Alexium Nicaeam contra Turcos profectum esse et cum iis bellum initurum *τῇ δεξιᾷ χειρὶ λόγον κατέχοντα*. Nam quod vult eruditus Interpres Alexium currus, quo vehebatur, habenas dextra moderatum, nec est simile vero, neque ex Annae verbis elici potest. An igitur reponenda ea verba, quae habet lib. 7. pag. 196. *τῇ δὲ δεξιᾷ χειρὶ τῆς τοῦ λόγου μητρὸς τὸ ὠμόφορον σημαίαν* aut *εἰκόνα κατέχων*; ut sensus sit Alexium in Expeditionem illam profectum, dextra tenentem Deiparae humerale, vel imaginem; quo casu *ὠμόφορον* Deiparae in priore contra Scythas praelio deperditum haud fuerit. Sed an probabilis sit coniectura, aliis diiudicandum relinquo. Pag. 438. C

Αἰγύλλους] Locus in Bithyniae ora, qui *Αἴγυλος* Zonarae in Michaele Theophili F. pag. 131. et Scylitzae pag. 552. D

Καμύτζης] De hac Eustathii Camytzae clade agit Zonaras. Pag. 440. A

Μελαγγίνων] Oppidum ad Olympum montem (qui Mysiae cognominatur a Ptolemaeo et Constantino lib. 1. de Themat.) olim *Μελάγγεια*, aevo recentiori *Μάλαγα* nuncupatum, ut est apud Zonaram in Michaele, seu *Μαλάγινα*, ut est in VII. Synodo Oecumenica pag. 475. Edit. 1618. Occurrit prior appellatio apud Theophanem A. I. Nicephori General. Nicetam in Man. lib. 1. N. 2. lib. 3. N. 2. in Alexio lib. 1. N. 3. et Pachymerem lib. 2. cap. 8. Posterior apud Annam lib. 15. Landulfum Sagac. lib. 23. et 24. apud quem male editum *Malagma* pro *Malagna*. Montem fuisse opinatur vir magnus, at Nicetas diserte oppidum vocat. Pag. 441. A

Πύλην] Portam Magni Palatii, de qua Tyrius lib. 20. cap. 25. Pag. 443. C

Ἀριστήριον] Recte coniectat doctus Interpres *Ἀριστήριον* esse eam Magni Palatii Exedram, in qua epulabatur Imperator, quam in celsiore Palatii parte extitisse innuit, Bucoleontis appellatione donata, uti observatum supra. *Pransorium* dicunt Latini, si Ioanni de Ianua fides: *Pransorium, Domus, vel locus ubi prandetur.* Ita *Δειπνιστήριον Coenaculum* vertit vetus Glossarium. In Originibus CP. a Combefisio editis: *ἀπετμήθη εἰς ἓν τῶν σκαλίων τοῦ αὐτοῦ φόρου, ἔνθα τὰ ἄριστα τὰ πρῶτα ὑπῆρχεν, quo loco prius prandia erant,* id est locus in quo publicae plebi praebebantur epulae. Nec, opinor, alii fuit usui locus in circo *Πρανδιάρα* dictus in Chron. Alexandrino A. XII. Arcad. quod ibi nempe publica C

agerentur convivia et *Prandia*. *Delphicum* hanc Palatii Exedram proprio et genuino vocabulo nuncupabant Graeci a voce *Delphica*, quae abacum, seu mensam significat, in qua reponebantur vasa et pocula, de qua Cujacius lib. 10. Observat. cap. 13. et Turnebus lib. 27. Adversar. cap. 15. Id diserte docemur a Procopio lib. 1. de Bello Vandal. *τότε δὲ Βελισάριος ἐπεὶ ὁ καιρὸς εἰς τοῦτο ἦμεν, ἄριστον σφίσιν ἐκέλευε γενέσθαι, οὐ δὴ Γελίμερ τοὺς τῶν Βανδήλων ἡγουμένους ἑστιᾶν εἰώθη. Δέλφικα τὸν τόπον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, οὐ τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ, ἀλλὰ κατὰ τὸ παλαιὸν ἑλληνίζοντες. ἐν Παλατίῳ γὰρ ἐπὶ Ῥώμης ἔνθα ξυνέβαινε στιβάδας τῶν Βασιλέων εἶναι, τρίπους ἐκ παλαιοῦ εἱστήκει, ἐφ' οὗ δὴ τὰς κύλικας οἱ Βασιλέως οἰνοχόοι ἐτέθεντο. Δέλφικα δὲ τὸν τρίποδα καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ ἐν Δελφοῖς ἐγένετο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, καὶ ὅπη Βασιλέως εἶναι στιβάδα ξυμβαίνει, Δέλφικα καλοῦσι τοῦτο τὸ οἴκημα.* Hinc lumen accipit Victor Tunnensis in Chron. *Vitalianus Constantinopoli intra Palatium, loco quem Delphicum Graeco vocabulo dicunt, Iustiniani Patricii factione dicitur interfectus fuisse.*

Pag. 447. A *Τρίτου*] Inde patet Annam ad Manuelis Augusti tempora, viro superstitem, exacto ad minimum aetatis sexagesimo, vitam produxisse, quod etiam ex Niceta docemur; quando vero e vivis excesserit, incertum. Illius sepulchrum in Patriarchio extare scribit Martinus Crusius in Not. ad Histor. Politic. *Annae*, inquit, *sepulchrum adhuc extat in Templo Patriarchatus a D. Gerlachio visum. Est id lapideum, non insistens quatuor basibus, sed integro lapide a terra surgens altius quam mensa, ad parietem Templi, sicut alicuius Germani Principis sepulchrum, incisam habet aquilam.* At unde habuit Gerlachius Annae nostrae esse tumulum? potuit enim esse alterius Annae: nam nisi aliunde constet, ex iis probari vix potest.

Pag. 448. A *Κοσμικῆς τύρβης*] Secularis turbae. Mirum quod Anna, quae tantopere barbara se respuere vocabula passim profitetur, Historiae suae venustatem hisce mixobarbaris vocibus interdum, nulla praeeunte necessitate, aspergat.

D *Τῇ Θεομήτορι*] Deiparae forte Hodegetriae, cui non modo supplicabant Imperatores in Expeditionem profecturi, ut est apud Zonaram et Scylitzem in Michaele Theophili F. sed et post adeptam victoriam resque rite et belle confectas, gratias referebant, ut est apud Cantacuzenum lib. 3. cap. 50. et 59. Gregoram lib. 4. etc. Neque enim bene coniectarunt viri docti de hac appellatione in Notis ad vitam S. Basilii Iunioris N. 40. Vide Historiam nostram Gallobyzant. lib. 2. N. 5.

Ὀγδόης ἐπινεμήσεως] Alexius bellum in Comanos pa- Pag. 449. C
rans ex urbe proficiscitur mense Novemb. Indict. 8. quae cadit in A. Chr. MCXIV.

Βουρανιτζόβης] Malim *Βρανζόβης*, de qua urbe ad D
Istrum sita non semel agunt Cinnamus et Nicetas.

Φιλιππόπολις] Eadem habent Cedrenus, Zonaras, et Pag. 450. A
Ioel in Philippo. Sed hallucinatur Anna, dum scribit Philippopolim *Κρηνίδας* olim vocatam, id enim convenit Philippis, Thraciae perinde oppido, cui id nominis inditum a fontibus, qui circa collem, cui inaedificatum est, scaturiunt, uti diserte tradunt Appianus lib. 4. de bello civili, Diodorus Sicul. et Plethon. Vide Not. ad Villhard. N. 238.

Ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου] De Paulicianorum origine et D
autore similia narrant Balsamon ad Canon. XIX. Synodi Nicaenae, et Cedrenus pag. 432. Porro Anna Paulicianos appellatos velle videtur, vocabulo ex Paulo et Ioanne confecto, quasi *Παύλοι καὶ Ἰάννοι*. Sic etiam Zonaras in Michaele: *κατὰ τὴν ἑῴαν δὲ τὸ τῶν Μανιχαίων πλῆθος ἦν πολὺ, οἳ καὶ ἀγροικότερον παρὰ τοῦ δημώδους ὄχλου καλοῦνται ἐκ Παύλου καὶ Ἰωάννου, τῆς κλήσεως συγκειμένοις αὐτοῖς*. Hos aetas inferior *Publicanos* nominavit, interdum *Populicanos*, ut Villharduinus N. 208. qui illos pariter Philippopolitanum tractum incoluisse scribit. De hisce Haereticis pluribus egimus ad hunc Scriptorem.

Ὁ Τζιμισκῆς] Zonaras et Glycas in Alexio. Pag. 451. B

Ἀρμενίων] De Armeniis Thraciam incolentibus agit Pag. 452. C
Gotofredus Monachus S. Pantal. An. MCLXXXIX. De Iacobitis multa habent Iacobus de Vitriaco, Miraeus in Notit. Orb. Christ. Quaresmius et alii passim.

Κωνσταντίνῳ] Constantinum *Ἰσαποστόλου* nomine do- Pag. 453. B
natum a Graecis testantur Menaea, Euchologium Graec. pag. 374. ipseque Eusebius lib. 4. de vita Constant. cap. 71. *Apostoli* denique praeter Annam Ioann. Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp. et Cinnamus lib. 1. quibus dicitur, *ὁ ἐν Βασιλεῦσιν Ἀπόστολος*. Neque soli Constantino *Ἰσαποστόλου* titulum concessit Ecclesia Graecanica, sed et Helenae matri, D. Theclae, D. Albercio Episcopo Hierapolitano, Mariae Magdalenae, et aliquot aliis, ut constat ex eorum Menaeis. Sic appellatum a nostris *Parem Apostolis* D. Martinum narrat praeter Odonem Cluniacensem et Petrum Damianum Belethus lib. de Divin. Offic. cap. 163. et ex eo Durantus in Ration. lib. 7. cap. 27. quo spectat illud Sulpitii Severi in illius vita lib. 2. *Est enim ille, ubi est, consertus Apostolis ac Prophetis, et quod pace Sanctorum omnium dixerim, in*

illo iusto grege nulli secundus. Sic Regi Recaredo in Concilio Toletano acclamatum legimus: *Ipse mereatur veraciter Apostolicum nomen, qui Apostolicum implevit officium.* Petrus Blesensis Epist. 46. de S. Thoma Archiepisc. Cantuariensi: *Non laboro Martyrem Apostolo comparare, cum Apostolus sit maior Martyre. Sed gloriosum est nos habere Martyrem, qui Apostoli nomen habeat, et Apostolum miraculis aut imitetur, aut vincat.* Licet vero ab Ecclesia Graecanica relatus sit in Divorum numerum Constantinus, et a Graecis velut Ἰσαπόστολος colatur, secus tamen in Ecclesia Latina observatur. Berengosius Abbas lib. 3. de Invent. et Laude Sanctae Crucis cap. 2. ubi de B. Helena: *Unde cum virtus sanctitatis eius sit tanta, ut merito inter alios Sanctos et ipsa numeretur Sancta, mirum non est, quod sicut Catalogus Sanctorum solet ubique testari, festivitas eius a nobis annua semper debet revolutione celebrari. Sed quoniam in eodem Catalogo filii eius nulla est mentio, sed magis memoria illius omnibus modis inibi obteratur silentio: ideo ut in regione vivorum, et ipse complaceat Deo, necesse est ut oratio fiat ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum enim praesentis Ecclesiae domicilio festivae solennitatis officium matri potius debeatur, quam filio: ideo in Agendis mortuorum providendum est cunctis, ut memoriam filii studeant habere cum defunctis.*

C *Εὐστράτιος*] De quo et eius Scriptis consulendus omnino Leo Allatius lib. 2. de Eccl. Occid. et Or. perpet. consens. cap. 10. N. 11.

Pag. 454. C *Βιδύνην*] Bidynae mentio est apud Zonaram et Scylitzem in Bulgaroctono et Suidam.

Pag. 455. C *Περιδρόμους στοάς*] Porticus Palatium ambientes, in quibus excubabant Praetoriani milites, ad Regiae et Imperatoris ipsius custodiam delecti, quas eleganti carmine descripsit Corippus lib. 3. de Laudibus Iustini. Has inter erant Porticus Scholariorum, quarum meminit Chronicon Alexandrinum A. Iustin. v. *Excubita* in universum dictae omnes Zonarae, Scylitzae et Codino in Orig. CP. *Excubitoria*, Autori de Exilio S. Martini PP. Vide pag. 494.

Pag. 457. B *Ἐλεφαντίνην*] Carceris Palatini nomen Scylitzae in Monomacho notum: *τὸν μὲν Κεγένην ἄγει πρὸς τὰ Βασίλεια, καὶ ἐν προσχήματι τάχα θεραπείας καὶ ἰατρείας ἐν τῇ Ἐλεφαντίνῃ καθείργνυσι.* Et Cinnamo lib. 6. N. 14. *Εἰς τὴν ἐν Παλατίῳ τε φρουρὰν ἀχθείς, ἣν Ἐλεφαντίνην ἔθος καλεῖν ἐστιν.* Vide Not. ad pag. 494.

IN LIBRUM XV. ALEXIADIS NOTAE.

ΣΟΛΥΜΑΣ] Solymannus Iunior, qui Nicaea a nostris privatus fuerat. Pag. 460. A

Σουλτανίζιον] Iconium Lycaoniae, seu Cappadociae urbs, a Cliziasthlanis Sultani Regia et Sedes. Hinc patet Cliziasthlanem Solymanni Senioris filium, Solymanni Iunioris fratrem, Iconio praesertim imperasse et Cappadociae. Idemne vero cum Cliziasthlane, qui hoc libro memoratur, addubitari potest; nam cum Anna hunc adhuc adolescentem repraesentet, alterum a priori dici debere contenderim, qui statim post Solymanni parentis caedem Nicaeae Imperium tenuit. Proinde eo anno quo bellum, quod hocce libro recensetur, gestum est, biennio scilicet ante Alexii obitum, adolescentiae annos excesserat, iamque erat aetate provectior. Praeterea filium Cliziasthlanis Senioris fuisse suadent patrium nomen et continuatum Iconiense Imperium. Denique posteriorem hunc Cliziasthlanem eumdem fuisse, qui libro 14. pag. 429. et 431. et hoc libro *Saïsan* et *Amer Saïsan* nuncupatur, diserte indicat Anna pag. 478. Quem enim Cliziasthlanem supra appellavit, ubi de inito cum Alexio conflictu, mox eiusdem cum Alexio foedera, et ut a Mazuto fratre circumventus, Imperio et vita privatus fuerit, enarrans Cliziasthlanem *Saïsan* cognominatum his verbis indicat: *τὸν Σουλτάνον Σαϊσὰν τὴν κλῆσιν*, non quod eius esset nomen, sed ex Sultanica dignitate ita indigitaretur: *Sa* enim lingua Persica Regem sonat, ut autor est Tyrius lib. 3. cap. 1. qui eo donatum cognomine Solymannum ipsum perinde scribit, quod nempe Sultanico titulo gauderet, qui apud Achamedem Guerapsi F. in Hist. Tamberlani, libro praesertim 2. primoribus Toparchis attribuitur. De vocabuli vi multa Reineccius in Stemm. Persic. Sultan. in Appendice ad Aithonum, Seldenus de Titulis Honorariis, seu *Titles of Honor*, 1. part. cap. 6. §. 5. 6. 7. et Henricus Valesius ad lib. 19. Marcellini, initio. *Σαανισὰν* nescio quem Persarum, seu Turcorum Regem habet Achmes *Ὀνειροκριτ.* cap. 2. Sasanem Persicorum Regum autorem memorat Chronicon Orientale in Commodo Imp.

Ἀέρα] Sunt qui putant Aerem hoc loco nihil aliud esse quam aeris aut caeli temperiem; ut sensus sit, Alexium, qui plurimum iter per arida loca flagrantissima aestate confecerat, aestu remisso ad Malagnorum oppidum se contulisse, ubi aer hauriebatur purior et temperatior: Galli dicerent, *Alexis vint prendre l'air des Malagnes.* Plutarchus *σπᾷν τὸν ἀέρα* scripsit, haurire, vel carpere aerem; Caelius Aurelianus Sicciensis lib. 4. de Tardis Passionibus cap. 1. *in aerem me-* Pag. 462. C

liorem transire. Verum quin hanc protinus amplectar sententiam, vetant quae mox sequuntur, Alexium simul Aerem attigit (*τὸν ἀέρα καταλαβεῖν*) regia monere missa Imperatricem accersivisse. Vide an ad Annae mentem faciat locus Procopii lib. 2. de Aedif. Iustin. cap. 1. ubi urbis Daras muros a Iustiniano instauratos describit.

C *Κατὰ τὴν Πρίγκιπον*] Sic vocatur Insula Byzantio et Chalcedoni vicina, quam pluribus describit Gyllius lib. 3. de Bosp. Thrac. cap. 15. In ea Insula Monasteria aliquot extructa tradunt Cedrenus, Zonaras, Anastasius, Paulus Diac. lib. 23. Nicetas Paphlago in vita Ignat. Patr. CP. et alii.

Pag. 469. D *Τόξοις βάλλουσιν*] Leo in Tact. cap. 18. §. 50. et 52.

Pag. 471. A *Βούρτζη*] Bardas iste, cognomento Burtzes, quem oppidis aliquot imperasse Anna scribit, filius fuit (nisi idem ille sit) Burtzae, quem lib. 3. *Τοπάρχην Καππαδοκίας καὶ Χώματος* fuisse ait; genusque ducebat a decantatissimo illo Michaele Patricio, qui imperante Nicephoro Phoca Antiochiam expugnavit, et altero Michaele prioris filio, Magistro, et Antiochiae Duce a Basilio Porph. creato: de quibus Zonaras et Scylitzes.

Pag. 473. B *Ὁ Βασιλεὺς Μιχαήλ*] Michael Basilius.

C *Τὸ Φιλομήλιν*] Philomelis, Philomelium et *Φιλομήλιον*, uti effertur a Cinnamo, una eademque urbs. Zonaras de hac Alexii Expeditione: *ἔξεισι αὖθις κατὰ τῶν βαρβάρων τοίτων ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ ἄπεισιν εἰς τὸ Φιλομήλιον, εὗρε δὲ τὸ ἄστυ τοῦτο κενὸν ὁπλιτῶν* etc.

C *Μεσόραχια*] Oppidum olim Dipotamus dictum, quod in Phrygia statuitur a Scylitze pag. 688.

Pag. 478. B *Τὸν πόδα αὐτοῦ ἡσπάσατο*] Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 15. *Est quaedam detestabilis consuetudo Regi Graecorum, qui etiam propter nimium fastum divitiarum suarum Imperatorem se nominat, — ut osculum salutationis nulli offerat, sed quicumque faciem eius videre meretur, incurvatus genua eius osculatur.*

D *Συνθήκας*] Vide Zonaram.

Pag. 479. A *Μαζοὺτ*] A quo genus ducunt caeteri Iconienses Sultani. Consule Familias nostras Mahometicas et Stemma Iconiensium Sultanorum.

Pag. 480. A *Γαζῆς*] Qui ab Orderico Vitali lib. 11. *Gazis*, ab aliis *Gazzi* nuncupatur. Tyrius lib. 12. cap. 9. *Infidelium potentissimus Princeps, et apud suos valde formidabilis, infelicis populi et perfidae plebis, videlicet Turcomannorum Dominus Gazzi.* Gauterio de Bellis Antioch. *Amir Gazi Turcorum*

Amiraldus dicitur. Fuit porro Gazis Asanis Catuchi, quem antea Saïsan, seu Cliziasthlan, Sultanus interfecerat, filius. Sed an Catuchus idem sit cum Malducho, seu ut vocitatur a Tyrio, Menduco, potentissimo Turcorum Satrapa, qui a Doldechino Damasceno Tyranno neci datus est A. Chr. MCXIII. non ausim omnino affirmare, cum Asanum Catuchum a Cliziasthlane Iconiensi Sultano sublatum scribat Anna. Vide et confer Albertum Aq. lib. 12. cap. 9. et 17. et Tyrium lib. 11. cap. 19. et 20. Idem Ordericus pag. 829. Gazim, nepotem et haeredem Balad Calepi Domini fuisse autor est.

Μανονήλην] Recte Interpres Candelabrum ex Meursii D
Glossario vertit. Nam falli constat virum eruditum apud Ducam cap. 39. ubi *Μανονάλια* armillas interpretatur. Anonymus de Templo S. Sophiae: *σταυροὺς δὲ ἐποίησε πέντε, — καὶ Μανονάλια δύο ὁλόχρυσα* etc. *auro fusa duo candelabra:* ita Combefisius. *Μενάλιον* pro *Μανονάλιον* occurrit in Orig. CP. *καὶ μενάλια δύο ὁλόχρυσα*; est autem candelabrum quod manu gestatur. Candelabro igitur, vice *μυδροῦ*, seu ferri candentis, quod tum aberat, visus ademptus est Saïsani. Vide Historiam nostram Gallobyz. N. 34.

Τὸ Φιλομήλιον] Zonaras pag. 245. Pag. 481. C

Ἀνήγειρεν Ὀρφανοτροφεῖον] Non de novo condidit Pag. 482. C
Orphanotrophium, sed labefactatum et neglectum instauravit Alexius, Monachorum et Monacharum cellulis auxit, Scholas Grammaticae, in quibus pupilli et pauperum liberi erudirentur, statuit; denique Gerontocomiorum, vel Xenodochiorum, quae hactenus deserta erant, reditus omnes novosque insuper attribuit. Ita Zonaras et Glycas in Alexio. Sed et ex Aede D. Pauli, quae in ea stabat urbis regione quae vergit ad Acropolim, (seu Angulum D. Demetrii) ad quam inaedificatum Orphanotrophium scribit Anna, perspicue patet illud esse vetus Orphanotrophium, intra quod stetit Aedes D. Pauli, ut mox dicemus. A Iustino Imperatore et Sophia Augustis conditum videtur innuere Codinus de Orig. CP. pag. 45. 58. a quo Orphanotrophium S. Pauli appellatur. Ante Iustini tempora extructum fuisse evincit Lex 5. Cod. de Episcop. et Cleric. quae est Leonis et Anthemii Impp. ex qua docemur praeterea Zoticum quemdam, cuius memoriam agunt Menaea ult. Decembris, fuisse primum illius curatorem, sub Orphanotrophi nomine, qui primus huiusmodi officium invenisse dicitur, cui postea successerit Nicon. A Romano Argyro instauratum fuisse autor est Scylitzes.

Παύλου] Scribunt Theophanes, Zonaras, Scylitzes, Ioe- D
les et Codinus de Origin. CP. pag. 58. Edit. Reg. Aedem

SS. Petri et Pauli Apostolorum *πολυτελῶς* exaedificatam *ἐν τῷ Ὀρφανοτροφείῳ* a Iustino Iuniore An. illius VII. quod perperam Suidas Iustiniano tribuit, nisi error subsit in nomine, quod vult Alamannus. Transiit illa posthaec in solius D. Pauli appellationem, Aedesque D. Pauli dicta est, ut ex hoc Annae loco patet, Scylitze in Leone Armenio, Pachymere lib. 4. cap. 14. praeterea Graecorum Menaeis ad 12. Novemb. tradentibus S. Nili (cuius narrationes ante aliquot annos publicavit eruditissimus Annae Interpres) et S. Theoduli filii corpora in ea Aede sub altari recondita ab ipso Iustino. Hanc a sui amplitudine pariter commendat Nicephorus Gregoras lib. 7. et ad Eugenii portam statuit, quae stetit iuxta Acropolim, et ab Andronico Palaeologo Seniore instauratam refert. Extitit praeterea Constantinopoli Aedes alia Divis iisdem sacra, quam Iustinianus in domo, quam priusquam Imperium adeptus esset, habitabat, iuxta Hormisdae Palatium extruxit, ut habet Procopius lib. 1. de Aedif. Iust. quod Petro cuidam Barsimiano, qui eodem imperante Iustiniano vixit, tribuit Autor *τῶν πατριῶν ΚΠ.* At illa postea solius D. Petri titulo et nomine innotuit, de qua intelligendus Anastasius Biblioth. in Agathone PP. *Suscepti sunt a Principe in oraculo B. Petri Apostoli intra Palatium.* Nam Hormisdae aula pars fuit Magni Palatii. Meminit etiam istius Aedis a se in domo sua conditae Iustinianus ipse in Epist. ad Hormisdam PP. quae extat post 65. Epist. eiusdem Pontificis, et Concilium Constantinopolitanum sub Menna Act. 2. sub finem. Habet denique vetus urbis Descriptio Ecclesiam S. Pauli in 8. Regione: verum fuit illa sacra D. Paulo, non Apostolo, sed Patriarchae CP. ut pluribus docent Photius in vita eiusdem Sancti, Socrates lib. 5. cap. 9. Sozomen. lib. 7. cap. 10. et Nicephorus lib. 12. cap. 14. qui eam *περὶ τὸ Δεύτερον* statuit. Vide Innoc. III. PP. lib. 13. Epist. 19.

Pag. 484. D *Ὀρφανοτροφεῖον*] Definitur Orphanotrophium a Iuliano Antecessore Constitut. 7. *Locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri pascuntur.* Vide Leg. 32. Cod. de Episc. et Cler.

Pag. 485. A *Σέκρετα*] Secretum hoc loco interpretor Forum Iudiciale, in quo de rebus et praediis ad Orphanotrophium spectantibus lites agitabantur, quod videtur indicare vox *λογοπραγίας*, quae proxime sequitur. Vide Notata ad pag. 70.

A *Τῷ τῶν Ἀποστόλων νεῷ*] Petri et Pauli Ecclesiae, quae D. Pauli paulo ante dicitur.

A *Διακονισσῶν*] Diaconissarum nomen iam inde a Christianae Religionis incunabulis auditum testantur abunde D. Paulus Epist. ad Rom. cap. 16. ubi Phoebem *διάκονον τῆς ἐν Κεγχρείαις Ἐκκλησίας* commendat, et B. Ignatius, qui

Epist. ad Antiochenses *τὰς διακόνους* salutat. Sed et meminit Theodoritus lib. 13. cap. 14. mulieris pietate insignis, *τοῦ τῆς διακονίας ἠξιωμένης χαρίσματος*, et alterius sacro isto fungentis munere Sozomenus lib. 4. cap. 24. Dionysiam S. Euthymii matrem ab Otreio Melitenensi Episcopo ordinatam fuisse Diaconissam autor est Cyrillus in eiusdem Euthymii vita cap. 1. N. 5. Aliarum mentio est apud Crispinum in vita S. Parthenii Episc. Lampsac. cap. 2. N. 17. Marcum in vita S. Porphyrii Episc. Gazensis cap. 12. N. 102. *Ministras* a primis Christianis vocitatas autor est etiam Plinius lib. 10. Epist. 97. quod scilicet, ut Diaconi Episcopis et Presbyteris aderant, quo iis divina exequentibus officia navarent operam, ita illae in sacris ministeriis ea obibant munia, quae Diaconi ipsi salvo pudore, vel etiam absque offensionis nota peragere non poterant, in officiis praesertim, quae mulieres spectabant: verbi gratia, si ad balnea procedere, si corpora nudari qualibet ex causa necesse esset, ut est in Constitut. Apost. lib. 3. cap. 15. et apud Epiphanium Haer. 79. vel si divino instruendae verbo erant, vel docendae rusticae et imperitae mulieres, quo tempore baptizandae sunt, qualiter et baptizatori responderent, et accepto baptismate deinceps viverent, ut est in Canon. Arabicis Concilii Nicaeni Can. 74. et in Synodo Carthag. IV. Can. 12. Unde et a D. Hieronymo dicuntur *in suo sexu ministrasse* Diaconissae *in Baptismo et ministerio verbi*; quod et docent praeterea Novella Iustiniani 6. cap. 6. et Ioannes Moschus in Prato Spirit. cap. 3. ubi innuit mulieres ipsas, cum ad sacrum Baptismum accederent, nudas prorsus fuisse; quod praeterea testatur D. Chrysostomus in Epistola ad Innocentium PP. quae in vita ipsius a Palladio conscripta legitur, firmaturque ex Concilio Constantinopolitano sub Menna Act. 5. pag. 751. Edit. 1618. in quo obiectum Petro Alexandrino, quod cum Maria quadam nuda in Baptisterium, priusquam illa baptizaretur, ingressus esset, nullique alii introeundi facultatem concessisset. Unde proclivis est coniectura, ut viri a Diaconis in eum finem denudabantur, ut autor est Dionysius Areopagita et Gregorius Nazianzenus Orat. 40. de Baptismo, ita mulieribus, quae seorsim a viris baptizabantur, (quod indicat Ordo Romanus et Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8.) Diaconissas in earum denudatione ministrasse. Habita tamen iis in caeremoniis pudoris ratio est: nam, ut autor est Clemens lib. 3. cap. 16. virum ad Baptismum venientem excipiebat Diaconus, mulierem Diaconissa: cui propterea istius partis Baptisterii, in qua baptizabantur mulieres, claves commissae erant, ut est apud eumdem Scriptorem lib. 8. cap. 28. atque inde Diaconae di-

cuntur a D. Ignatio Epist. 9. *τῶν ἁγίων πυλῶν φρουροί*. Itaque cum baptizabantur mulieres, Diaconus eis frontem oleo sancto tantum ungebat, postmodum caeteras unctiones peragebat: *οὐ γὰρ ἀνάγκη γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρὸς κατοπτεύεσθαι*, ut ait idem Clemens. Proinde probabile est, etsi nudae ad Baptisterium procederent, operta tamen habuisse nudata corpora linteo aliquo, quod a solis Diaconissis auferretur, cum id res postulabat, aliaeque unctiones exequendae erant, cum solam frontem ungeret Diaconus. Atque de hisce Ministeriis intelligendus videtur Atto Episcopus Vercellensis Epist. 8. dum ait Diaconas *ministrandi vel baptizandi officium sumpsisse*; non quod revera id munii unquam obierint, sed quod in administratione istius Sacramenti foeminis collati ministraverint. Cum igitur praecipuus is fuisset veterum Christianorum scopus, ut Paganorum praesertim caeterorumque vitarent scandala, in muliebribus officiis adhibendas censuerunt mulieres, viduas, virtutibus probatas, aetate maturas et provectas, quae sexagesimum aetatis excessissent annum, iuxta praeceptum Apostoli 1. ad Thimoth. cap. 5. Quod et sancitum postea a Theodosio autor est Theophanes, et a Valentiniano, Lex 27. C. Theod. de Episc. et Cler. Hinc ab aetate provectiore *Πρεσβύτιδες* dictae in Concilio Laodic. Can. 11. et *Προκαθήμεναι*, *Seniores* Isidoro Mercatori, *Πρεσβύτιδες ἱεροπρεπεῖς* S. Antiocho Homil. 21. et *γυναῖκες Πρεσβύτιδες καὶ θεόπνευστοι μητέρες* Palladio in Praefat. ad Hist. Lausiacam, quod in Ecclesia caeteris mulieribus praeirent, in consessibus primum obtinerent locum, atque adeo *τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς*, seu coetum muliebrem regerent, ut est apud Balsamonem lib. 5. Iuris Graeco-Romani. Postmodum indultum est, ut quae annum quinquagesimum attigerant, ad Diaconissarum ordinem admitti possent, Novella Iustiniani 6. vel saltem quadragesimum, Nov. 123. cap. 13. et Concil. Chalced. Oecum. Can. 15. quo praeterea cavetur, Diaconissas post *χειροτονίαν* non posse ad nuptias transire; ubi *χειροτονίας* vox non pro ordinatione, seu consecratione sumitur, sed pro benedictione. Duplex quippe fuit *χειροθεσία*, *εὐλογίας* videlicet et *καθιερώσεως*, ut ait Tharasius Patr. CP. Act. 1. Concilii Nicaeni II. pag. 486. utraque manuum impositione facta: sed posterior fuit ordinationis et consecrationis, quae ad Episcopos et Presbyteros spectabat, altera vero benedictionis, quomodo baptizatis manus imponebatur, ut autor est Hieronymus contra Lucifer. vel poenitentibus et lapsis. Concilium Arausicanum I. Can. 26. *Diaconissae omnimodo non ordinandae: si quae iam sunt, benedictioni quae populo impenditur, capita submittant.* Concilium Epaonense Can. 21. *Viduarum consecrationem, quas*

Diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus, solum eis poenitentiae benedictionem imponendo. i. quomodo poenitentibus manus imponi solet. Proinde verbum *consecrationis* ita accipiendum constat apud Fortunatum in vita Sanctae Radegundis cap. 22. dum narrat, ut haec pia Francorum Regina *B. Medardum Noviomensem Episcopum supplicaverit instanter, ut ipsam mutata veste Domino consecraret.* Cum enim abnueret S. Medardus, *intrans illa in Sacrarium monachica veste induitur, procedit ad altare, Beatum Medardum his verbis alloquitur, dicens: Si me consecrare distuleris, et plus hominem, quam Deum timueris, de manu tua a pastore ovis anima requiretur. Quo ille contestationis concussus tonitruo, manu superposita, consecravit Diaconam:* id est, manus impositione. At e contra benedictio pro ordinatione sumitur in Concilio Aurelianensi II. Can. 17. *Foeminae quae benedictionem Diaconatus hactenus contra interdicta Canonum acceperunt, si ad coniugium probantur iterum devolutae, a communione pellantur.* Et Can. 18. *Placuit etiam ut nulli postmodum foeminae Diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur.* Damnatos olim Cataphryges, quod mulieres posse Diaconas ordinari profiterentur, autor est D. Ambrosius in cap. 3. Epist. 1. ad Timoth. quam haeresim Acephalis tribuunt Marianus Scotus et Sigebertus. Epiphanius Salaminae Cypri Episcopus Epist. ad Ioann. Episc. Hierosol. qua varia sibi obiecta diluit: *Nunquam autem ego ordinavi Diaconissas, et ad alienas misi provincias, neque feci quicquam ut Ecclesiam scinderem.* Proinde non alia notione vocem *χειροτονεῖν* usurpatam constat a Theophane, dum ait Chrysaphium suasisse Eudociae Augustae, ut a Marciano coniuge obtineret *ἐπιτρέψαι τῷ Πατριάρχῃ χειροτονῆσαι αὐτὴν διάκονον*, ut quae virgo adhuc esset; sic etiam in Concilio Wormatiensi Canon. 45. *manus impositio* in Diaconissis accipi debet. Atque inde Diaconissas, licet in Ecclesia qualemcumque ordinem confecerint, ut ait Epiphanius, Laicis accenset Concilium Nicaenum Can. 19. Neque diversae sunt a Diaconissis, quae vulgo *Viduae* in Ecclesiae Latinae Conciliis dicuntur, *quae* scilicet *servandae viduitatis professionem coram Episcopo in Secretario emittebant, imposita ab eo veste viduali*, ut est in Arausicano I. Can. 27. univirae scilicet: Clemens lib. 6. cap. 17. *διακόνισσα δὲ γενέσθω παρθένος ἁγνὴ, εἰ δὲ μή γε κἂν χήρα μονόγαμος πιστὴ καὶ τιμία.* Ita etiam Epiphanius cap. ult. Panarii. Prudentius lib. *Περὶ Στεφ.* in S. Laurentio:

Cernis sacratas virgines,
Mireris intactas anus,

Primique post damnum thori,
Ignis secundi nescias.

Concilium Toletanum IV. Can. 56. *Duo sunt genera Viduarum, Seculares et Sanctimoniales. Seculares Viduae sunt, quae adhuc disponentes nubere laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quae iam mutato habitu seculari sub religioso cultu in conspectu Sacerdotis, vel Ecclesiae apparuerunt.* Mutationem vestium observant etiam Parisiense V. Can. 13. Turonense II. Can. 20. Toletanum X. Can. 4. et Foroiul. Can. 11. ut et Epistola Clodovaei ad Episcopos. A professione devotionis *Devotae* appellantur in eadem Clodovaei Epistola, et *Professae* in Concilio Arelatensi II. Can. 46. quod vero consecrarentur ab Episcopis, *Consecratae* in Concilio Remensi Can. 23. quod denique iis impertiretur benedictio, *Benedictae* in Concilio Turonensi II. Can. 20. At qualis fuerit Viduarum *Consecratio* et *Benedictio*, video controverti. Certe iis in caeremoniis varius fuit in Ecclesia usus. Nam viduas emissa viduitatis professione ad nuptias transire vetat Symmachus PP. Epist. Decretali ad Caesarium Arelat. cap. 5. et Concilium Foroiul. Can. 11. quod de Diaconissis statuit Chalcedonense et Toletanum IV. Can. 56. et Additio 3. Ludov. cap. 47. Proinde si ab ea professione recederent, ut et earum raptores, excommunicatione damnant Arausicanum I. Can. 27. idem Symmachus cap. 4. Concilium Aurelian. II. Can. 46. Aurelianense III. Can. 16. Remense Can. 23. Parisiense III. Can. 5. Toletanum X. Can. 4. Tullense II. Can. 2. etc. At earum consecrationem vetat Epaonense Can. 21. cuius Decreti haec in Turonensi II. Can. 20. redditur ratio, quia *nunquam in Canonicis libris legitur benedictio vidualis;* ubi *benedictio* pro manus impositione, seu ordinatione sumitur, diversa a poenitentiae benedictione. Imo non velandas ab Episcopo statuit Gelasius PP. Epist. 9. *Cum*, inquit, *nec auctoritas divina, nec Canonum forma id praescribant.* Id postea firmavit Zacharias PP. Epist. ad Pipinum cap. 6. qua decrevit Viduas *sub nulla benedictione velandas*, ita ut *si propria voluntate professam coniugii castitatem mutabili mente calcaverint, periculi earum intersit, quali Deum debeant satisfactione placare.* Nam, ut ait Concilium Turon. II. Can. 20. Etsi *solum propositum illis sufficere debet, absque dolo in eo perseverare procurare debent.* Verum haec sunt postmodum immutata: siquidem *sacro semel velamine suscepto consecratas viduas* ab emissa professione recedere prohibitas, evincit Concilium Wormatiense sub Adriano II. PP. Can. 20. 21. Viduae itaque et Diaconissae in Ecclesia certum ordinem confecere, uti Sanctimoniales et Monachae, a quibus differe-

bant; neque enim recte *Diaconissae* nomine Abbatissam appellavit Abaelardus Serm. in Natal. S. Steph. et pag. 143. nisi forte quia Diaconissae muliebri coetui praeerant, ut *Πρεσβύτιδες*, (etsi, ut verum non diffitear, hoc nomine indigitari videntur Praefectae Monasteriis puellaribus in vita Sanctae Eupraxiae Virg. N. 7. et 10.). Unde in septem ordinibus, quibus constitit Litania Septiformis, sub Gregorio M. PP. tertius fuit *omnium Abbatissarum cum Congregationibus suis;* sextus *universarum Viduarum*, ut autor est Paulus Warnefridus lib. 3. de Gestis Langob. cap. 25. Quae vero hic Viduae dicuntur, *Diaconissae* appellantur apud Anastasium in Leone III. PP. *Universus populus Romanus cum Sanctimonialibus et Diaconissis ac nobilissimis matronis, — cum bandis et signis et canticis spiritualibus cum susceperunt.* Neque aliter intelligi debent in Bulla Greg. VII. PP. apud Ughellum in Archiepiscopis Bonon. N. 52. *Abbates, Monachos, Presbyteros, Diaconos, Clericos literatos et illiteratos, servos et ancillas Dei atque Diaconissas, famulos utriusque sexus* etc. Ita hoc Annae loco distinguntur Diaconissae a Sanctimonialibus, et recte. Monachae quippe sacris Monasteriorum officiis addictae erant; Diaconissarum autem munus erat, ad mulieres pauperes, aut in ergastulis detentas, vel aegritudine affilictas accedere, et alia pietatis officia peragere. Unde *Matriculariae* appellabantur, ut autor est Isidorus Mercator ad Can. 11. Concilii Laodiceni: *Mulieres quae apud Graecos Presbyterae appellantur, apud nos autem Viduae, Seniores et Matriculariae nominantur, in Ecclesia constitui non debere.* Matriculariorum enim munia circa pauperes extitisse notum est. Quamobrem iure Atto Vercellensis, loco supra laudato, Diaconas alias prorsus fuisse ab Abbatissis contendit. Quo vero pacto, quove ritu ordinarentur Diaconissae apud Graecos, pluribus exequitur Euchologium Goari, ut et Mathaeus Blastares. Quomodo autem apud Latinos viduae, quae castitatem profitebantur, consecrarentur, narrat Ordo Rom. in quo praeterea annotatur *Presbyteris licere viduas velare, solis Episcopis virgines*, et hoc ante Evangelium. Porro videntur eaedem fuisse cum Diaconissis mulieres, quas *Canonicas* vocat idem Ordo Rom. qui eas distinguit a Sanctimonialibus: *Inter virginem et foeminam, inter Canonicam et Sanctimonialem* etc. Harum mentio est apud S. Antiochum Homil. 18. ubi ait Monachos non debere cum mulieribus conversari: *ὁμοίως δὲ Κανονικαῖς ἀναρμοστόν ἐστι συνδιαζῆν μετὰ ἀνδρῶν πρὸς τὸ μηδένα σκανδαλίζεσθαι.* Sic autem appellabantur *Viduae*, seu *Canonissae*, quod essent *ἐν τῷ κανόνι*, et *ἐκ τοῦ κανόνος*, ut

loquuntur Concilium Antiochenum Can. 2. 6. 11. Chalcedonense Can. 2. et Synodus Trullana Can. 6. seu quod *sub Canone Ecclesiastico iacerent*, vel *essent constitutae*, ut est in Concil. Tolet. III. Can. 5. et 6. et Foroiuliensi A. DCCXCI. Can. 1. id est, quod certum et quemdam in Ecclesia ordinem conficerent, et regulis Ecclesiae voti emissi religione astringerentur. Nam et inde primitus quos hodie Canonicos dicimus, ea de causa sic nuncupatos par est credere, quod scilicet sub Canone Ecclesiastico constituti essent, et Ecclesiasticis muniis inservirent. Balsamon lib. 5. Iuris Graecorom. pag. 381. ait Diaconissarum ordinem Canonibus olim cognitum sedem habuisse in Bemate: sua vero aetate, etsi *ἐκκλησιάζουσαι*, id est, in Ecclesia Constantinopolitana locum et stationem haberent, non tamen in Bemate sedisse. Discimus ex Novella 3. Iustiniani, et alia Heraclii Imp. quae extat lib. 2. Iuris Graeco-Rom. definitum fuisse numerum Diaconissarum in Maiore Ecclesia Constantinopolitana ad quadraginta, uti Presbyterorum ad XXC. Diaconorum ad CL. Subdiaconorum ad LXX. etc. quibus singulis ordinibus assignatae erant in eadem Ecclesia *στάσεις*, seu stationes: ita enim vocantur loca Ecclesiae iis adscripta in eadem Heraclii Novella, in qua etiam Clericorum Blachernianae Ecclesiae numerus definitur, atque adeo Diaconissarum ad sex. At quo in loco aedis Sophianae, aut alterius, fuerit Diaconissarum statio, non est promptum asserere. Certe constat in omnibus Ecclesiis seorsim stetisse mulieres a viris. In Sophiana duplices erant porticus, quarum inferior viris, superior mulieribus destinatae erant. Procopius de Aedif. Iustin. *στοαὶ δὲ εἰσὶν ἑκατέρωθι δύο. — ταύταιν δὲ ταῖν στοαῖν ἀτέρα μὲν τοὺς ἄνδρας εὐχομένους διακεκλήρωται, γυναιξὶ δὲ ταυτὸ πεποιημέναις ἡ ἄλλη ἀνεῖται.* Atque inde superior porticus *γυναικωνῖτις* eidem Scriptori dicitur: *τίς δ' ἂν τῶν ὑπερῴων τῆς γυναικωνίτιδος ἑρμηνεὺς γένοιτο*; quae quidem porticus superiores *κατηχούμενα* etiam appellabantur. Leo Nov. 73. *ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ πολὺς ἄνθρωπος Κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω.* Ita etiam *ὑπερῷα τοῦ μεγάλου ναοῦ* dixit Nicetas Paphlago in vita S. Ignatii Patr. CP. *γυναικωνίτιδος* vero Sophianae non semel meminit Auctor descriptionis illius Aedis, qui *δεύτερα Κατηχούμενα* superiores, ut *πρῶτα Κατηχούμενα* inferiores porticus interdum vocat. Porro *γυναικωνῖτις pars mulierum* et *pars foeminarum* apud S. Augustinum lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. et in Ordine Romano, ut altera *pars virorum* dicitur Anastasio Bibl. in vitis PP. pag. 72. 118. 132. et in eodem Ordine Romano. Sed de hoc antiquo more, quo foeminae a viris separatae orabant in Templis, consulendi

Clemens Constit. lib. 2. cap. 61. Gregorius Nazianz. in Somn. de Anastasia, Ambrosius ad Virgin. laps. Cogitosus in vita S. Brigidae sub finem, Allatius de recentiorum Graecorum Templis, Goarus ad Eucholog. et alii. Iam vero an una cum caeteris mulieribus constiterint Diaconissae, id non videtur vero simile, cum Presbyteris, Diaconis, Diaconissis, Subdiaconis, Lectoribus, certas quibusque assignatas *στάσεις*, seu sedes in Ecclesia Sophiana satis innuat Heraclius. Proinde Diaconissarum sedes illa forte fuerit, quam *Matroneum* vocant Scriptores Eccl. Anastasius in Symm. PP. pag. 32. *Apud B. Apostolum Paulum — cameram fecit et Matroneum.* Idem in Gregorio IV. pag. 166. *Matroneum Presbyterio* adiunctum fuisse innuit: *Presbyterium amplum operosi operis funditus construxit, cui ex Septemtrionali plaga lapidibus circa septum Matroneum adposuit.* Non desunt tamen qui *Matroneum* illud esse credant, quod eidem Scriptori *pars mulierum* dicitur, ubi scilicet mulieres consistebant, dum sacra perageretur liturgia: nam et in balneis partem in qua lavabant mulieres, *Ματρωνίτιον* appellatam fuisse autor est Cedrenus: cui quidem sententiae favet Ordo Romanus, qui partem mulierum *partem matronarum* vocat: *Similiter transiens Pontifex in partem matronarum explet omnia ut supra.* Ex quibus videri potest idem fuisse *Matroneum* cum *parte matronarum.* Sed et *pars mulierum* haud procul a Presbyterio extitit. Narrat quippe idem Anastasius pag. 154. 155. Paschalem PP. cum videret *Ecclesiam sanctae et intemeratae Virginis Mariae ad Praesepe quondam tali more constructam, ut post sedem Pontificis mulieres ad sacra Missarum solemnia stantes prope assistere iuxta Pontificem viderentur: ita ut si aliquid colloqui Pontifex cum assistentibus voluisset, ex propinqua valde mulierum frequentatione nequaquam ei sine illarum interventione liceret, largum ibidem locum inesse, qualiter inde sedem mutare valeret, concerneret, dato operis studio, coepisse indesinenter agere sedem inferius positam sursum ponere, ut eo familiarius Domino preces fundere posset, quo consortia populorum modeste declinare potuisset.* Quo loco mulieres istae, quae haud procul a sede Pontificis stationem suam habebant in Ecclesia, videntur fuisse Diaconissae; nam caeterae in Narthece stabant, aut in ea parte quae *mulierum* dicebatur.

Ἰβηρίδων] Monacharum, quae ex Iberia Constantinopo- A
lim migraverant.

Παιδευτήριον] Scholarum Grammaticalium Orphano- C
trophii meminit Pachymeres lib. 4. cap. 14.

Σχεδῶν] Schedographiam intelligit, seu eam Gramma- C

ticae partem, *qua docentur adolescentes scripta intelligere aut probare*, ut est apud Martianum Capellam lib. 3. Ea enim vis est vocis *σχέδος* apud Basilium libro *περὶ γυμνασίας γραμματικῆς*, ubi de vocabulo *σχεδογραφεῖν*. *Πόθεν γίνεται; ἐκ τοῦ σχέδους, καὶ τοῦ γράφω. τὸ δὲ σχέδος, παρὰ τὸ χέω, χέδος* et *σχέδος. οἱονεὶ τὸ διαχέον καὶ διαχωρίζον τὰς λέξεις ἀπ' ἀλλήλων. ἢ παρὰ τὸ σκεδάζω, σκεδάσω. σκεδαζόμεναι γὰρ αἱ λέξεις, καὶ οἱονεῖ μεριζόμεναι, εἰς γνῶσιν παραλαμβάνονται. ἢ παρὰ τὸ σχῶ, τὸ κρατῶ, σχέδος τὸ τῶν πολλῶν συνεκτικόν.* Glossar. Gr. Lat. *σχεδιάζειν* interdum *ἀντὶ τοῦ χειρονομεῖν*, interdum *ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγοντος, ex tempore dicere*, interpretatur, ut *σχεδίον, ex tempore dictum*. Ita apud Hesychium *σχεδιάζειν* est *ἐκ παρατυχόντος ἐν ἑτοίμῳ λέγειν*. Quod porro Graeci *σχεδογραφεῖν*, Latini *edere partes* dicunt. Gotefridus Viterb. part. 16. Panth.

Nunc quoque Grammaticae summus Donatus in arte,
Hieronymus cum discipulo docet edere partes.

Schedographiam recentiorum inventum esse ait Anna, praecipuosque in ea Magistros nominat nescio quos Stylianos et Longobardos, seu Italos, quos Glaber Radulphus lib. 2. cap. 12. et Paulus Warnefridus lib. 6. de Gest. Langob. cap. 7. Grammaticae prae caeteris impensius operam dedisse testantur. Ad quam Grammaticae partem referri debent Manuelis Moschopuli liber *περὶ σχεδῶν* et eiusdem Basilii Exercitatio Grammatica.

Pag. 486. C *Βογομίλων*] Rem etiam narrat Zonaras. Bogomilorum porro Haeresis conflata erat potissimum ex pravis Manichaeorum et Massalianorum dogmatibus, ut est etiam apud Harmenopulum libro de Sectis, ubi utriusque Haeresis Massalianorum scilicet et Bogomilorum opiniones recenset. Massalianorum, qui sub Valente primum exorti sunt, dogmata enarrant praeterea S. Ioannes Damascenus in opusculo quod de ea Haeresi edidit et Nicetas lib. 2. Thesaur. Orthod. fid. Bogomilorum vero Euthymius Zygabenus in Panopl. part. 2. tit. 23. Dicitur autem Bogomilus Mysorum idiomate, *qui Dei misericordiam implorat*, ut autor est idem Harmenopulus, unde *εὐχίτας*, *Ἐνθουσιαστὰς* et *Ὀμφαλοψύχους* Haereticos istos Graeci appellarunt. Vide Cedrenum A. XX. Constantini M. et I. Valentis, Gregoram lib. 11. Balsamonem in Nomocan. Phot. Psellum de Operat. Daemon. Cantacuz. lib. 2. cap. 39. etc.

C *Δεινότατον*] Id iam olim Paulicianis Haereticis, Manichaeorum et Bogomilorum asseclis, obiectum. Willel. Neubrig. lib. 2. cap. 13. *Egrediuntur de caveis suis vulpes nequissimae et praetenta specie pietatis seducendo simplices vineam*

Domini Sabaoth tanto gravius, quanto liberius demoliuntur. Epistola Lud. VII. Franc. Reg. quae extat Tom. 1. Rerum Germ. Freheri, de iisdem: *Et per quasdam observantias quas habent, meliores apparent quam sint.* Fredericus II. Constit. 2. in Haereticos: *Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eousque mansuetudinem praetendentes ovium, quousque ovile possint subintrare. — Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere et sub mollis dulcedine virus evomere, ut vitae cibum se simulent ministrare, a cauda feriunt, et mortis poculum, velut quoddam dirissimum venenum miscent.* Petrus Blesensis Epist. 113. *Surrexerunt temporibus vestris falsorum dogmatum praedicatores, doctores mendacii, hostes veritatis et fidei subversores. Blandi et simplices sunt ut agni, sed ut vulpes astuti sunt et rapaces ut lupi. Isti sunt Haeretici qui in vestimentis ovium veniunt.*

Μανδύαν] Gloss. Basilic. *μανδύας, ἱμάτιον.* Xiphilinus in Tiberio, *φαιὰν μανδύαν ἐπανέδυ.* Anna pag. 494. Vide Salmasium ad Hist. August. C

Ἐξάδελφος] Supra *ἀδελφὸς*, rectius. Pag. 488. A

Ζυγαβηνόν] De Euthymio Zygabeno Panopliae Scriptore consulendi Leo Allatius lib. 2. de Eccl. Occ. et Or. cons. cap. 10. Baron. Bellarm. Simlerus etc. Pag. 490. B

Ναζιραίων] Qui et *Ναζηραῖοι*, quo vocabulo dicuntur Graecis Scriptoribus vitae religiosae sectatores et Monachi, quod instar Nazaraeorum apud Hebraeos, de quorum Secta et instituto agitur Numeror. cap. 6. strictiorem vitam amplecterentur. Suidas: *Ναζηραῖος, ὁ Θεῷ κεχωρισμένος καὶ ἀφιερωμένος, ὁ Μοναχός.* Eadem prope habet Hesychius. Gregorius Nazianz. Orat. habita in Concilio Constantinopolitano: *χαίρεται Ναζηραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, γυναικῶν εὐκοσμία* etc. Nicephorus CP. *ἔτι δὲ πνέων κατὰ τῆς ἀσεβείας τὸ ἱερὸν τῶν Ναζηραίων σχῆμα καθύβρισεν.* Utuntur Ignatius Diac. in vita S. Niceph. Patr. CP. N. 21. Ioann. Phocas cap. 11. Laonicus lib. 1. Cantacuzenus lib. 2. cap. 16. et 29. et alii. Pag. 491. B

Κατὰ τὸν Μελῳδόν] Cosmam forte, Maiumensem Episcopum, D. Ioannis Damasceni Praeceptorem, *Μελῳδὸν* vulgo a Graecis vocitatum, quod praecipuus habitus sit inter Melodos et Hymnographos Graecos. Vide Allat. de Libr. Eccl. Graecor. Dissert. 1. et Combefisium ad vitam S. Theodori **Grapti. Cosmae festum agunt Graeci 14. Novemb.** Pag. 492. A

Τζυκανιστήριον] **De Tzycanisterio dictum pluribus ad Ioinvillam Dissert. 8.** A

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

Pag. 493. C *Πυραμίδος*] Seu Obelisci, qui etiamnum stat in medio Hippodromo. Obeliscos nempe medio in circo poni solitos in metae formam docet vetus Epigr. de circo, quod lucem accipit ex iis quae a Cedr. notantur in vita Romuli:

Namque his Euripus quasi magnum intervenit aequor,
Et medius circi summa obeliscus adit.

Obeliecum in Circo Constantinopolitano quis posuerit, habent Inscriptiones Graeca et Latina, quae leguntur in Stylobatae lateribus, ex quibus positum colligitur a Theodosio M. Annum indicat Marcellinus Comes, Indict. 6. Valentiniano A. et Neoterio Coss. unde falli constat Codinum in Orig. qui Theodosio Iuniori tribuit. Graecam Inscriptionem profert Anthologia Gr. lib. 4. cap. 16. utramque, Graecam et Latinam Gruterus pag. 186. 6. 7. Easdem etiam habet Gyllius in CP. lib. 2. cap. 6. sed non adeo ad metri normam descriptas; quamquam ut illas sic exaratas credam, uti exhibentur a Gyllio, facit quod scribit Franciscus Philelphus lib. 6. Epistolar. *Legi*, inquit, *ad Hippodromum Constantinopolis in marmoreis quibusdam lapidibus sub pulcherrimo illo Obelisco Versus quosdam ad partem anteriorem Obelisci Latinos, ad posteriorem Graecos, et utrosque heroicos, et item utrosque admodum ineptos.* Latinos praeterea descripsit Bondelmontius in Descript. CP. Fuit vero ille, quo curante intra 32. dies erectus fuit Obeliscus, Proculus Praefectus Urbi, qui in Inscriptionibus, metri causa, per syncopem *Proclus* appellatur et eo quo positus est anno et superiore hunc obiit Magistratum, ut innuit L. 5. Cod. Theod. de Agentibus in reb. et L. 3. de Tutor. et Curator. Cod. eod. tit. Habuit olim Obeliscus superimpositam pilam aeneam, quae terrae motu Michaele Theodorae F. imperante statim post celebratam VIII. Synodum decidit, ut autor est Nicetas Paphlago in vita S. Ignat. Patr. CP. Obeliscum porro Pyramidis appellatione donavit Anna, quia ut Pyramides, ita et Obelisci forma erant quadrata, gracilescentes paulisper, et in angustum verticem producti, secundum Ammianum lib. 15. Obelisci vero Constantinopolitani latera ima lata sunt 6. pedes, ut tradit Gyllius loco citato, ubi accuratam eius descriptionem dedit. Habent etiam de hocce Obelisco nonnulla ex Graecorum narrationibus Augerius Busbequius in Itin. CP. et Thevetus lib. 19. Cosmogr. cap. 3.

Pag. 494. D *Ἐγκλεισθῆναι*] Iubet Alexius Basilii sectatores in porticibus Palatium ambientibus de quibus egimus ad pag. 455. includi; erant enim in hisce porticibus carceres in quibus detinebantur rei. Nicetas Paphlago: *ἡμερῶν δὲ παρελθουσῶν ὀλίγων εἰς τὰ Νούμερα τοῦτον περάσαντες συνδέσμιον ἐγκλείουσιν.* Octava Synodus Act. 10. *καὶ ἔμφρουροι ἐν τοῖς Νουμέροις*

γεγόναμεν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις. Sunt vero *Numera*, seu potius *Numeri* porticus, in quibus excubabant Praetoriani milites, ut indicat Codinus de Orig. CP. a voce Latina *Numerus*, quae cohortem, legionem, aut militares copias significat. *Numeros militares* dixit Tyrius lib. 2. cap. 20. ut caeteros omittam, quos laudant Cujacius ad L. 3. Cod. de his qui non impl. stip. lib. 10. Lipsius de Milit. Rom. lib. 4. cap. 2. Dempster. ad Coripp. et Meurs. in Gloss. Carceres istos intelligit Autor de Exilio S. Martini PP. *Et auferentes eum de lembo posuerunt eum in gestatorio, duxeruntque in custodiam Excubitorii, quae cognominatur Prandearia et fecit eum inclusum sub multa custodia, praecipiens Excubiti custodibus: ut nullus penitus sciret civitatis, quia est in eodem Excubitu.* Hinc docemur quid sit *Πρανδίαρα* in Chronico Alexand. A. Arcadii 12. quo ait conflagrasse porticus Hippodromi et Prandeariam et adiacentes porticus. Elephantinem carcerem ita dictum in Palatio pariter statuit Anna pag. 457. Praetorii carceres habet Leo Grammaticus pag. 467. Zeuxippi Pachymeres lib. 6. cap. 33. Palatii Eleutherii dicti Theodorus Studita in vita S. Theophan. Confess. N. 23. Igitur cum Palatii custodia penes Papiam esset, eius etiam erat carcerum Palatinorum et qui in eis detinebantur reorum cura. Sed de hac dignitate agimus ad Cinnamum.

Καλλικλῆς] Is est Nicolaus Callicles Archiater, cuius Pag. 496. C
Poesim et Iambos plurimi facit Georgius Corinthi Episcopus lib. de Construct. Orat. ad quem etiam extant Epistolae Theophylacti Bulg. Archiepiscopi 38. 39. 56. 57. Illius sunt Epigrammata aliquot iam olim ab Hieronymo Gontio edita, quorum duo, quia ad Historiam Annae nostrae, Eudociae sororis et Irenes pertinent, hisce Commentariis adtexere erit operae pretium. Primum spectat *ἐγκόλπιον*, sacris vivificae Crucis Reliquiis adornatum, quod Anna ab Eudocia sorore, quae in Monasterium secesserat divulsa a marito, dono acceperat. Alterum spectat Irenes ipsius Augustae Annae matris, vel etiam Ioannis Comneni Imp. uxoris aliud *ἐγκόλπιον*. En utrumque.

Τοῦ Καλλικλέους στίχοι εἰς τὸν καλὸν σταυρὸν τὸν κοσμηθέντα παρὰ τῆς Πορφυρογεννήτου Κυρᾶς Ἄννης.

Ἐκ τοῦ ξύλου τρυγῶ σε τὴν ζωὴν λόγε,
Καὶ Εὔα τρυγᾷ τὴν φθορὰν ἀπὸ ξύλου,
Καὶ προσκυνοῦσα σῶν παθῶν τὴν εἰκόνα,
Εἰς ἀπαθῶν αἰτῶ σε λιμένα φθάσαι,
Σὺν συζύγῳ τε καὶ τέκνοις τηρουμένη,
Ἐξ Εὐδοκίας ταῦτα Πορφύρας κλάδου.

Calliclis Versus in eximiam Crucem adornatam a Domina Porphyrogenita Anna.

Proles parenti aequaeva quam moriens mihi
Vitam dedisti, carpere e ligno datur,
Licet Eva mortem nescia hinc olim hauserit,
Diraeque cladis triste simulachrum colens,
Beatitatis tangere hic portum ardeo,
Me liberosque et coniugem in tuto locans,
Hanc flos nitentis Purpurae et Sceptri decus,
Eudocia olim et arborem et fructum dedit.

Εἰς τὸν καλὸν ξύλον τὸ κοσμηθὲν ὑπὸ τῆς Δεσποίνης.

Οὐ ταῦτα δρυμὸς, οὐδὲ κρανίου τόπος,
Ἐν οἷς ἐπάγη τοῦτο τὸ ξύλον πάλαι,
Ἀλλ' ἐστὶ λιθόστρωτος ἢ χρυσοῦς τόπος,
Ἀνθεῖ δὲ λευκὸν ἄνθος ἐκ τῶν μαργάρων,
Τούτοις φυτεύσει σὲ ξύλον ζωηφόρον,
Δοκῶν ὁ λαμπτὴρ ἡ Βασιλὶς Εἰρήνη,
Καρπὸν γλυκὺν τρυγῶσα τὴν σωτηρίαν.

In Lignum Crucis ab Imperatrice ornatum.

Non illi lucus sanguinis Christi notis,
Vel mons cruentus his ubi quondam stetit
Ferale Lignum, lapide sed Pario locus,
Auroque stratus, candidum vibrans iubar,
Baccis decorus, et Rubri spoliis Maris,
Haec te inter (Arbos perditis vitam ferens,
Solem et lacessens lumine) Irene inseret,
Ex Te salutis aureos fructus legens.

Pag. 497. A *Παντεχνὴς Μιχαήλ*] Quem non semel idem Theophylactus innuit suum iam olim fuisse discipulum et cui gratulatur quod in Imperatoris Medicum allectus sit, Epist. 44. 47. 73. 74. et 75. Nicetam praeterea nescio quem Alexii Medicum nominat Epist. 55.

Pag. 500. A *Καταλαμβάνει τὰ Μάγγανα*] Huc referenda quae de morbo et vitae exitu Alexii habent Zonaras et Glycas in Alexio et Nicetas in Ioanne.

Pag. 502. A *Πορφυρογέννητος Εὐδοκία*] Alexii filia, cuius meminit Callicles in eo quod descripsimus Epigrammate et quam Zonaras a patre filio Constantini Iasitae (illius forte, quem Anna lib. 5. Itali auditorem fuisse ait) collocatam et ab eo

pessime contra generis dignitatem habitam et offensam, soluto matrimonio, in Monasterium concessisse scribit.

Μαρία] Quae Gregorio Gabrae pacta et desponsa, eiu- B
rata postmodum affinitate, Nicephorum Constantini Euphorbeni Catacalonis filium, Sebastocratorem a socero appellatum, duxit, ut autor est Zonaras. Ex his nuptiis nati Alexius et Andronicus, qui filii *τῆς Πορφυρογεννήτου Μαρίας*, Annae *αὐταδέλφης*, dicuntur in sententia depositionis Cosmae Patr. CP. A. Ch. MCXLIV. apud Allatium de Eccl. Occid. et Orient. perp. consens. lib. 2. cap. 12.

Ὁ τῆς Βασιλείας διάδοχος] Vide Zonaram in Alexio et Pag. 503. A
Nicetam in Ioanne.

Ἱμάτιον] Codinus de Off. Aulae CP. cap. 17. N. 26. de Pag. 505. C
Imperatrice: *Εἰ δὲ τύχοι οὖσα χήρα, τὸ μὲν βαῖον κατέχει, καὶ ἱσταμένη καὶ καθημένη· φορεῖ δὲ ἔνδυμα μέλαν, λεγόμενον ἱμάτιον καὶ μανδύαν ὀξύν.* Est igitur *ἱμάτιον* propria Augustarum viduarum vestis.

Τὴν ἱερὰν ψυχήν] Excessit e vivis Alexius sub noctem, D
18. Kal. Sept. quo die celebratur ab Ecclesia Deiparae Assumptio, Feria Hebdom. 5. An. M. iuxta Graecos VIMDCXXXVI. Chr. MCXVIII. Indict. XI. Vixit annos circiter 70. imperavit 37. menses 4. dies 15. Illius corpus humatum in Monasterio quod aedificaverat et Christo *τῷ Φιλανθρώπῳ* sacraverat. Haec Anna filia, Zonaras, Glycas, Nicetas in Ioanne, Codinus de Orig. CP. pag. 79. Edit. Reg. Ducas cap. 1. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Cas. Will. Tyrius lib. 12. cap. 4. Histor. Hieros. 2 part. A. MCXVII. Chron. Malleac. A. MCXVIII. Aegid. de Roya A. MCXVII. Alexii sepulchrum etiamnum extare in Templo *τῆς Παμμακαρίστου*, quod hodie *Patriarchium* vocant, autor est Mart. Crusius in Turcogr. pag. 189.

Digitized by Goog

INDICES

Digitized by Google

INDEX HISTORICUS

Aaron II 45, 1
Aaron Alexio insidias struit II 178, 17 cum matre et fratre coniuratione detecta in exilium mittitur 182, 12
Abrilebo II 24, 13
Abydus I, 434, 15. 20. 435, 10 II 92, 21. 250, 3, 266, 10. 280, 8
academia I 410, 19 II 5, 17. 301, 12
Ace arx II 261, 20. 262, 5
Achilles ab Homero celebratus I 51, 4. 336, 12
Achridiotae Boëmundum arcessunt I, 242, 17
Achrido I 199, 4
Achris, quae et Lychnitis, lacus II 174, 8
Achris locus I 221, 3. 225, 4 Achrides 239, 9. 248, 18
aciei Romanae nova forma II 323, 11 sqq.
Acrocus II 283, 6. 286, 3
Acronium II 337, 10
Acrunus II 267, 13
Adana II 126, 7. 241, 3
Admetus I 22, 10
Adonidis horti II 305, 9
Adralestus Boëmundo obses datus II 217, 17. 221, 21
Adrianopolis I 312, 14. 325, 18. 328, 20. 333, 8. 355, 18 II 10, 18. 11, 10. 13, 17. 18. 24, 11. 296, 1 a Comanis obsidetur 14, 16 liberatur obsidione 15, 7 sqq. 23, 17
Adrianus Comnenus Alexii fr. magnus domesticus occidentis I 332, 20. 398, 16. 415, 20. 416, 5. 7. 448, 9. 14. 449, 3. 451, 7. 14 Latinis in Alexii exercitu praeest 344, 9. 345, 18 Nicephori Diogenis affinis 449, 5
Adrianus Taronitae fr. protosebastus I 148, 7
Adriani Dalasseni I 163, 6
Adriaticum mare I 10. 7. 75, 21. 312, 18. 410, 13 II 5, 10. 171, 12. 172, 10. 173, 6. 11. 174, 20. 238, 19. 239, 2. 298, 18
Aegaeum mare I 25, 9
Aegiali II 279, 4. 309, 19
Aeginus I 420, 10
Aegyptius Alexandrinus I 292, 4
Aegyptus I 252, 1. 312, 9. 323, 21 II 349, 6
Aeliani tactice II 322, 14
Aemilius Paulus I 15, 12
Aenus I 394, 21. 396, 5. 10 II 296, 8
Aër Malagnorum II 312, 1. 4
aerarium imperatorium exhaustum I 170, 13. 225, 15
Aeschines orator I 108, 9
Aethiopia II 349, 8
Aethiops I 445, 17
Aēti thema II 243, 4
Africi venti II 150, 11
Agamemno Atrei f. I 340, 3
Agareni I 93, 11. 147, 2 II 29, 21. 87, 2. 97, 19. 98, 21. 99, 6. 103, 6
Agathonice II 24, 12
Agelaus I 219, 12
Agrustopolis (Augustopolis?) II 85, 16
aguri I 360, 12
Aiax II 45, 14. 52, 14
Alacaseus II 17, 14. 18, 3. 19. 19, 19. 22. 20, 10 Pseudodiogenem capit 20, 15. 21, 2

Alamaniae rex v. Henricus
Alani I 418, 4 in Alexii exercitu II 204, 15. 205, 8 Alanus quidam 314, 8 Alanus magister I 95, 10
Albani I 221, 16
Albertes regis Alamaniae fidelis I 176, 5
Alcestis Admeti uxor I 22, 10
Alcibiades Atheniensis Lacedaemonios fallit I 310, 9. 18
Alethina II 283, 5
Alexander qui et Paris I 44, 17
Alexander Cabalica I 366, 13
AlexanderCabasilasThessalis praeest I 199, 2 Petrulam obtinet II, 199, 16. 22 victus 208, 19
Alexander Euphorbenus vir fortis et strenuus contra Elchanem mittitur I 320, 11. 20. 321, 4 vincitur 321, 17 obses Tzachae datur 428, 7 contra Gallos pugnat II 169, 3 a Lantulpho accusatur 209, 20
Alexander Magnus I 9, 19. 354, 15. 439, 10 II 349, 5
Alexandria Aegypti I 354, 16 II 349, 7
Alexandria Indica I 354, 17
Alexandrinus astrologus I 292, 4 Raedestum relegatus 292, 15
Alexiopolis urbs quae et Neocastrum ab Alexio prope Philippopolim aedificata II 305, 5
Alexius Comnenus imp. *ubique*
Alexius Isaacii sebastocratoris f. Dyrrachii praefectus II 148, 16 ut acriter invigilaret ab Alexio stimulatus 165, 8 eius fortitudo 187, 20 minime socors 192, 4 eius milites 192, 16 cum eo Boëmundus de pace agit 215, 11
Alexius dux Coryphus II 128, 16
Aliphas Petri pater I 212, 18
Allage locus I 249, 7
Alopus Mitylenensis curator I 361, 20
alumni ecclesiae Constantinopolitanae II 240, 16
Alyates ab Alexio Glabinitzae praepositus II 200, 23 a Contopagano interfectus 201, 14
Amalpheni I 289, 19,
Amalphis II 245, 20. 246, 4
Amasea I 17, 17 II 109, 14
Amaseni tumultum faciunt I 19, 1
Amastris II 267, 13
Amer v. Apelchasem. Muhumet. Puzanus. Saisan. Solymas
Amerae oppidulum II 242, 17
ameras I 361, 6
Amerimnes Babylonis princeps II 103, 2. 12. 104, 15
Amicetes comes I 208, 11. 210, 4. 212, 17. 20
Amorium II 324, 9. 327, 1
Ampelas Romanorum dux II 283, 17. 284, 22 a Turcis interficitur fortiter pugnans II 285, 9. 286, 9
Amphion et Zethus I 186, 4
Amphipolis I 48, 7
amphorae pice impletae II 260, 17 naphthae plenae 261, 2
Ampus II 336, 1
Amyntas II 296, 4
Anabarza II 241, 3
Anastasius Dicurus II 27, 6
Anchialus II 9, 13. 10, 8. 13. 18. 12, 12. 17, 11. 21, 12. 182, 14 eius situs 13, 11
Ancyra II 109, 7
S. Andreae monasterium in Longibardia in Brundisii insula situm II 245, 22
Andronia I 245, 7
Andronicus porphyrogenitus Annae frater carissimus laevo cornu praefectus cadit II, 333, 35
Andronicus pater Irenes I 144. 22
Andronicus Tzintziluces II 105, 1. 107, 6. 19
Andronici I 145, 1
Anelius II 150, 10
Anemas v. Michael. Leo
Anemades fratres quattuor cum aliis nobilibus in Alexium coniurant II 153, 15 sqq. coniuratio per indicem patefacta II 157, 10
Angelocomites fluvius II 280, 7
Anna Alexii et Irenes f. I 4, 7 nata Kal. Decemb. 295, 17 qua sit eruditione 4, 7 causa scribendi historiam 6, 11 eius mari-

tus Nicephorus Caesar 6, 12 apud Mariam imp. educatur octavum annum ingressa 136, 9 a novis fingendis abhorret 136, 4 eius erga parentes obsequium 296, 3 patrem miseratur II 5, 1 nominibus barbaris historiae contextum contaminare non vult 40, 4 sqq. 57, 12 Gallis maledicit 57, 18. 97, 22 miratur, unde tot in principem mala redundarint 151, 8 quid de bono duce sentiat 194, 21 de oratione sua parum concinna queritur 206, 2 ingratorum catalogum componere eius animus gestit 268, 10 astris fata humana non adscribit 288, 20 quomodo historiam conscripserit 290, 4. 293, 15 malis demersa ibid. commentariis usa est 292 Manichaeorum haeresim refutare non vult 297, 7 varios belli modos exponit 318, 14 sqq. Andronicum fr. plangit 333, 9 lege historiae ad rerum ordinem revocata 333, 11 eius studia 350 historiae leges transgreditur 366, 18 patrem luget 381, 4 sqq.

Anna Dalassena Comnenorum mater I 98, 20 II 21, 6 in monasterio Petriorum includitur I 103, 13 cum filio regnat 156, 7 deinde summum imperium penes eam solam 156, 16 eius prudentia et eloquentia 160, 4 sqq. eius mores 163, 11 moritur 293, 10

Anna Georgii Palaeologi uxor I 105, 15

Antaradus II 105, 8 strategis 241, 8

Antarto strategis II 241, 8

Anthelius II 150, 4. 10

Antiocheni II 112, 21

Antiochia I 7, 21. 300, 1. 9. 12. 17. 301, 2. 3. 303, 21. 314, 14 II 6, 5. 15. 15, 4. 82, 5. 86, 2. 96, 13. 17. 19. 97, 10. 98, 16. 103, 3. 112, 1. 3. 13. 126, 2. 14. 23. 129, 2. 13. 132, 11. 133, 4. 136, 20. 237, 12 eius praefectus Isaacius I 83, 8 a Latinis obsidetur II 86, 5 capitur praeter arcem 89, 16 a Curpagane obsidetur 90, 1 eius dux Boëmundus a Latinis eligitur 102, 10 curam eius Boëmundus Tancredo committit 126, 15 inde Tancredus ad Ciliciam expugnandam proficiscitur 138, 5 eam Alexius recuperare studet 253, 20 Boëmundo in pacis instrumento concessa 239, 7 eam Tancredus mordicus tenet 253, 20 sqq. Antiochiae ducatus 240, 22. 241, 2. 242, 6 ecclesia 240, 14 ei patriarcha ab imperatore datur 240, 15. 18

Antiochus vir nobilis I 398, 10

Antiochus Macedonibus praefectus I 199, 2

Antiochi generis nobilitate florentes II 153, 21. 156, 5

Antiphonetae secretum I 278, 3

Aorata II 280, 17. 281, 6. 10. 13

Apelchasem Turca I 299, 9 Amer Apelchasem 314, 10 Nicaeae custos 299, 12. 300, 13. 303, 20. 304, 2. 11. 305, 17. 311, 8. 15. 17. 313, 3. 319, 1. 7. 361, 7 vincitur a Taticio 306, 6 iterum 308, 1 foedus facit cum Alexio 310, 5 cum sultano conloqui vult 315, 7 a Puzani militibus strangulatur 315, 21. 316, 2. 3

Apelles pictor I 140, 10

Aphrodite II 30, 22

apocrisiarii II 246, 10. 11

Apollo II 52, 3 eius simulacrum Constantinopolitanum 150, 4

Apollonias I 320, 6. 18. 322, 6 II 279, 14

apostolorum principum dies festus I 458, 21

Aprus Thraciae urbs I 360, 4

Apulia I 68, 23 69, 23. 76, 1. 5. 185, 21. 189, 11. 190, 21. 289, 2

Apuli II 173, 10

Arabes II 103, 6

Arabia I 317, 3 II 264, 12

Aramisus castrum II 242, 17
Arbanitae I 294, 15
Arbanum II 199, 20. 200, 3. 4
Arbani v. Albani
archontopuli I 359, 1 sqq.
Aretae I 117, 17
Argonautae II 171, 17
Argyra Limne II 48, 12
Argyrocastrum II 123, 20
Argyrus Caratzas hetaeriarcha Scytha I 412, 13 dux Dyrrachii creatur 413, 17. 19 Caratzas Sarmata 344, 14 Scytha II 24, 21
Ariebes Armenius I 242, 19 in imperatorem coniurat 411, 4
arietaria testudo quomodo fuerit extructa II 186, 8
Aristerium in palatio Constantinopolitano II 287, 8
Aristophanes poeta I 43, 6
Aristoteles I 4, 11. II 154, 11. 178, 5. 194, 12 eius artes I 263, 2 libri 260, 9 Organum 263, 2
Armenia II 109, 6. 110, 18. 298, 7 Armeniacum thema II 128, 16 Armenicae terrae II 234, 7
Armenii I 449, 10 II 103, 5. 115, 4. 136, 17. 137, 8 haeretici II 3, 11. 17. 4, 5. 297, 1. 300, 1 Armenius quidam Antiochiam Boëmundo prodit II 86, 11
Armenocastrum II 322, 8
Aronii II 178, 18
Artach strategis II 239, 15
Arsaces Armenius haereticus II 3, 14
Arsacidae II 139, 10
Asan II 85, 4 archisatrapa Cappadociam obtinet 251, 7 Philadelphiam obsidet 252, 6 ab Eumathio vincitur 252, 21
Asan Catuch satrapa a Saisane occisus II 340, 17
Asclepiadae id est medici II 373, 4. 21. 374, 18
Asia II 228, 5. 254, 3. 265, 17. 298, 6. 316, 11. 326, 1. 5. 337, 8 propie vocata II 268, 19. 284, 15. 308, 1, 20 Asiae ora a Turcis vastata II 249, 2
Ason II 41, 2
Aspietes in proelio interficitur I 212, 14
Aspietes ex Armenia regio genere oriundus Tarsum milites ducit II 136, 16. 139, 10 quamquam fortissimus adventante Tancredo otium agit 136, 16 sqq. stratopedarchae dignitate antea ornatus 139, 12 eius cum Gallo quodam certamen 139, 14
Asprae Ecclesiae I 243, 5. 16
Assyrii II 156, 16
Assyriae mulieres I 145, 9
Astaroth II 31, 2
Astarte II 30, 22
astrologia I 291, 2
Atapacas Damasci II 105, 9. 14. 17
Athanati v. Immortales
Athena I 145, 19 II 145, 4
Athenae I 292, 22. 310, 11. 16
Athenienses I 310, 12
Ather Cephaleniae promunturium I 286, 6. 10. 287, 20
Athyra I 110, 7 II 47, 22
Atlanticus Oceanus I 10, 6
Atramytium II 250, 4. 265, 7. 280, 8 a Tzacha deletum 250, 6 a Philocale restitutum 250, 9
Atreus I 340, 3
Attalia II 113, 21. 249, 3. 7 Philocales eius praefecturam impetrat 249, 18
Attici (grammatici) II 350, 3
Augustopolis II 337, 9
Aulon I 68, 16. 70, 10. 12. 19. 182, 18. 21. 191, 12. 197, 18. 233, 15. 256, 11. 271, 20. 272, 4. 280, 17. 282, 12. 20. 21 II 31, 21. 40, 14. 169, 10 sqq. 170, 15. 16. 172, 1. 3. 199, 15. 206, 13. 210, 14
Azalae mons II 79, 20

Baane lacus II 26, 20
Babagora vallis invia I 221, 5
Babylon II 103, 2. 22. 104, 14
Babylonii II 103, 18. 19
Babylonii muri II 214, 5. 255, 20
Babylonius sultanus II 133, 1. 11 trecentis captivis sine pretio libertatem concedit 133, 14
Baccheni consobrinus II 162, 11

Bagda I 301, 1
Bagelardus I 175, 13
Bagenetia I 236, 15
Baïmuntus v. Boëmundus
Balabista II 149, 18
Balanei castrum II 105, 2 strategatum 241, 8
Balduinus comes impudentiam Latini cuiusdam vituperat II 58, 19 ad Ramel a Babyloniis fugatur 103, 16 eos vincit 104, 6 Godofredum fratrem redimit 104, 19 ab eo Edessam mittitur 104, 23 rex Hierosolymorum eligitur 108, 9. 10. 256, 16 ad eum delegatur Butumites 257, 1 pecuniarum cupidus legatos ultro invitat 259, 3 Tyrum obsidet 259, 9 munimenta eius diruit 260, 1 segnis factus machinis incensis pellitur 260, 1 sqq. Ace fugientes milites sequitur 261, 20 ibi Butumiten mentitum increpat 262, 11 Hierosolyma profectus auxiliari Alexio contra Tancredum recusat 263, 5 Gallorum classem re infecta rediisse audit 266, 20
Barangia I 344, 20
Barangi Thule oriundi I 120, 9
Barcinonensis comes I 62, 6
Bardales II 104, 12
Bardares I 239, 12. 243, 4
Bardarus fl. I 40, 6
Bardas II 113, 10. 21. 115, 1
Bardas Burtzes Burtzae nepos contra Turcas missus II 325, 10 in Amorii planitie eos vincit 326, 18 praeda onustus ad imperatorem redit 327, 4 sqq. iterum cum Turcis pugnat 328, 2. 9 ab imperatore adiutus 328, 16 sq.
Barenus fl. II 280, 4
Bari II 38, 14. 172, 3
Basilacius regnum affectat I 38, 12 sqq. proelio funditur 42, 3 sqq. Thessalonicam fugit 47, 4 a suis traditus oculis privatur 48, 2 sqq.
Basilacius Georgius in catalogo militari princeps in Alexium coniurat II 154, 3 coniuratione detecta in regiam ductus 157, 13
Basilacii fons I 48, 12
Basilia I 305, 6
Basilica II 283, 3
Basilius porphyrogenitus imp. I 257, 19 II 174, 11. 365, 17
Basilius Byzantii praefectus cometae apparitionem interpretatur II 147, 14
Basilius Curticius I 46, 13 Iohannaces cognomine Adrianopoli oriundus 248, 2 ab Alexio ad sultanum Persidis mittitur 316, 16 bello cum Scythis interest 332, 6. 344, 20 dux exercitus 383, 6 Comanorum comes 410, 6
Basilius monachus cum duodecim discipulis Bogomilorum haeresin propagat II 351, 20 omnes Bogomili tormentis subiecti eum praeceptorem vocant 352, 7. 11 Satanaelis archisatrapa 352, 14 comprehenditur ibid. ab imperatore deceptus arcana haeresis prodit 353, 20 eius mystae id est apostoli 358, 1 a synodo et patriarcha igne dignus iudicatus 361, 1 comburitur 361 sqq.
Basilius nobilissimus eunuchus II 246, 12
Basilius Psyllus eunuchus II 180, 2. 181, 4. 182, 4. 8
Bathys Rhyax I 393, 3
Bebetziota I 331, 8
Beliatoba I 279, 16. 324, 12. 327, 5 Beliatobae collis 323, 21
Bembetziotes I 331, 8
Beneventum I 65, 7
Beroë I 350, 7. 352, 18. 355, 9 II 9, 16
Beroea, quae et Chalep, Casiotidis caput II 242, 13
Beroites dux Romanorum II 206, 16
Berrhoea I 40, 9. 242, 22
Betrinum I 343, 1
Bidyne II 302, 13
Bigla I 286, 19
Bithynia I 8, 19. 178, 7. 180, 11. 299, 2. 304, 8. 306, 7. 13. 309, 3. 14 II 70, 4 munitur ab Alexio II 26, 8

Bithyni I 181, 6 II 316, 18 Bithynorum ora 314, 2 eorum regio feni foracissima 317, 8
Bitzina fl. I 340, 6
Bitzina urbs I 323, 15
Blachernarum palatium I 100, 1. 104, 13. 275, 15 II 161, 20 in eo aedes I 103, 19. 105, 22 deiparae II 177, 16
Blachernites haereticus damnatur II 4, 12
Blachi I 245, 7. 395, 4 II 10, 9. 11, 18
Blisnus I 326, 6
Bodina I 248, 1
Bodinus Dalmatiae exarchus I 80, 11. 181, 10. 204, 10. 214, 2. 294, 15 bellicosissimus 368, 1 ab Iohanne Duca capitur 368, 9 foedus rumpit 411, 13
Boditza v. Bontitza
